Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
IX
C
53
NAPOLI

Digitized by Google

DISPVTATIONVM ROBERTI BELLARMINI

POLITIANI CARDINALIS,

S. R. E. Tit. S. MARIÆ in viâ.

De Controuerſiis Chriſtianæ fidei aduerſus huius temporis hæreticos.

EPITOME

Labore Fr. I. BAPTISTAE DESBOIS Ordinis Minimorum.

TOMVS QVARTVS.



PARISIIS,

Apud NICOLAVM BVON in monte D. Hilarij, ſub ſigno D. Claudij.

M. DCIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII.

HENRICI IIII. Galliarum & Nauarræ Regis Edicto cautum & ſancitum eſt, ne quis cuiuſcumque gradus, ordinis, ſtatus, conditionis, ac dignitatis, ſiue ſit Bibliopola, Typographus, ſiue alius quilibet, vel Regnicola, vel externus negotia gerens quacumque regni & ditionis eius patent fines, *Epitomen diſputationum & operum Roberti Bellarmini S.R.E. Cardinalis tit. S. Mariæ in via, de Controuerſiis fidei Chriſtianæ aduerſus huius temporis hæreticos. Labore F.I.Baptiſtæ Des-bois Ordinis Minimorum.* præter viduam Gulielmi Chaudiere, Robertum Foüet, & Nicolaum Buon, Bibliopolas in alma Pariſiorum Vrbe cōmorantes intra duodecim annos, eadē vel alia maiori, aut minori forma vel quouis modo excudat, vel excudenda curet, vendat ipſe, aut cuiquam diuendenda mandet, aut denique ab aliis excuſſa intra eiuſdem HENRICI Ditionum fines diuendenda importet, ſeu quouis alio modo, & prætextu manifeſte aut occulte diſtrahat ſiue ſit externus, aut regnicola. Qui ſecus fixit, præter librorum amiſſionem, quingentorum coronatorum mulcta pœnas pendito, quorum dimidia Regio fiſco, reſidua vero pars remanebit ipſis viduæ Chaudiere, Roberto Foüet & Nicolao Buon, aut ab illis mandatum habentibus, vti latius patet in ipſo diplomate dato Pariſiis. 26. die Iunij 1602.

Subſignat. HENRICVS.

Ad mandatum Sacræ maieſtatis Regiæ.

POTIER.

Digitized by Google

Digitized by Google

EX ORATIONE

IN SCHOLIS HABITA.

Explicatur caput Apocalyp. 9. à verſu. 1. ad 12.

ET [a] *quintus Angelus* [b] *tuba cecinit.* 1. Hæc ſignificat tuba hæreſim Lutheranorum, vt pote quæ præcurrat perſecutionem Antichriſti, tubâ ſextâ, ſignificatum.

[c] *Et vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe.* Id eſt Lutherum, è cœleſti Monachatus vita, ad terrenas delapſum delicias.

[d] *Et data eſt ei clauis putei abyſſi.* nimirum ſicut Chriſtus Apoſtolo Petro eiuſque ſucceſſoribus claues regni cœlorum attribuit:ita etiam diabolus Apoſtolo ſuo primario Luthero, clauem abyſſi, ad oppugnandam claues regni cœleſtis,tradidit.

[e] *Et aperuit Puteum Abyſſi.* Quia,ſicut Petrus,cœleſti claue,diuina reſerabat oracula, ac ſibi populis creditis doctrinam adferebat de cœlo ſalutarem. Sic Lutherus,abyſſi claue, puteum aperuit Abyſſi, ac in tetros deduxit errores.

[f] *Et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ.* Ante Lutheri caſum, omnes baptizati occidentis, in lumine verſabantur : (vno excepto Bohemiæ angulo) ſeque facile interdignoſcebant. At poſtea

[a] *v.* 1. καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε.

[b] *Hoc vaticinium tuba hæretici in nos retorquent. Sed quam malè vide cap.* 18. *Delirio.* 5.

[c] *v.* 1. καὶ εἶδον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν: *in terram.*

[d] καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου.

[e] *v.* 2. καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου.

[f] καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος, ὡς καπνὸς καμίνου καιομένης.

tantus errorum, & ſectarum fumus exortus eſt, vt nos quidem, ad quos huiuſmodi palpabiles non tranſierunt tenebræ, maneamus in lumine Chriſti: & quiſque facilè ſuos agnoſcat, eiuſdem fidei, fratres, cæteri tenebris hiſce inuoluti, nec quidem in eadem prouincia, ciuitate, ac domo ſe ſe internoſcant.

[g] *Et obſcuratus eſt Sol,* nimirum Chriſtus, quomodo? quia geminia Lutheri [h] negant Chriſtum eſſe Deum, adorandum, veràm habuiſſe carnem, affirmant deſperaſſe de ſalute, &c.

Et aër: id eſt, ſcripturæ ſacræ. Tot enim iam extant interpretationes ſcripturarum contrariæ è Lutheri ſchola prodeuntes: vt dogmata quæ antea erant clariſſima: [i] videantur veluti quædam ænigmata.

[k] *Et de fumo exierunt locuſtæ in terram.* Locuſta ſordidum animal eſt, [l] & ventroſum. Quocirca nec incedere, nec rectè volare poteſt: ſed ſalitando, ſe in ſublime erigit, quaſi volatura. At mox, nimio ventris pondere ad terram depreſſa, turpiter decidit. Huiuſmodi locuſtæ, ſunt Lutherani Miniſtri, ventri homines dediti. Qui propterea, nec rectè valent per viam mandatorum Dei incedere: nec pennis contemplationis ſe ſe ad res erigere cœleſtes. Nituntur interdum equidem, in altum tendere: ſed pondere vitiorum grauati, ilicò in terram corruunt.

[m] *Regem locuſtæ non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas.* Lutherani nullum eſſe volunt qui toti Eccleſiæ præſit. Sed turmatim diuiſi inutiliter occupant terram.

[n] *Et dictum eſt eis ne læderent fœnum terræ,* id eſt, Eccleſiæ ſimplices, qui ſuis paſtoribus firmiter adhærent, nec curioſè de religione diſputant. [o] *Neque omne viride:* id eſt, Sapientiores, qui doctrina & virtute ſingulari ſpecialiter vireſcunt. [p] *Neque omnem arborem:* id eſt, optimos Prælatos, qui ſuper omnes alios eminent.

[g] καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, καὶ ὁ ἀὴρ, ἐκ τοῦ καπνοῦ τοῦ φρέατος.

[h] *Vide tom. 1. l. Controuerſia de Chriſto.*

[i] *vt de Chriſti diuinitate: eiuſdem corporali præſentia in Euchariſtia, &c.*

[k] *v. 3.* καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν.

[l] *totum ſequidem eius corpus nihil fere, niſi venter, eſt.*

[m] *Prou. 30. v. 27.*

[n] *v. 4.* καὶ ἐῤῥέθη αὐτοῖς ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς.

[o] οὐδὲ πᾶν χλωρὸν.

[p] οὐδὲ πᾶν δένδρον.

q *Niſi homines tantùm, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis*: id eſt, qui nihil minus quam crucem, & paſſionem Domini in mente reuoluunt: ſed toti vitiis & voluptatibus merguntur.

r *Et datum eſt illis, ne occiderent eos.* Etſi namque Lutherani, ſuo veneno inferant mortem animæ: quia tamen, non ſopiunt animæ ſenſum: ſicut ſopitur, ſiue extinguitur ſenſus per corporalem mortem: ſed varios & acerbos conſcientiis ingenerant aculeos: propterea meritò dicuntur, *non occidere*: ſed cruciare, inſtar ſcorpionum.

s *Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient,* &c. Quia tot anxietatibus conſcientiæ agitantur à Lutheranis percuſſi: vt cum, nec redire ad Eccleſiam velint: nec pacis quietem poſſidere valeant: vnicum mortis efflagitent remedium. Sed pars ſupplicij impiorum eſt, non mori dum cupiunt: mori, cum nolunt.

t *Et ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium.* Lutherani tanta audacia furiunt, vt nihil videatur fortius: u *Adeſte* (inquit eorum parens) *adeſte adhuc omnes Baptiſtæ in vnum, conſlate ſtudia veſtra omnia in vnum, ſi fortè poſſitis hoc vinculũ diſſoluere.*

x *Et ſuper capita earum tanquam coronæ.* Nimirum ſuperbia qua ſeſe Lutherani y efferunt ſupra etiam Papam. *Aureæ*: id eſt, z videbantur, *Aureæ*, tum quia ſimulant quidem, ſe zelo Dei moueri, cum propria tantum gloriola ducantur: tum quia, ſibi magna arrogãt nomina, vt Euangeliſtarum, Apo-

q εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους μόνους οἵτινες οὐκ ἔχουσι τὴν σφραγῖδα τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

r v. 5. καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτούς· ἀλλ' ἵνα βασανίσωσι μῆνας πέντε: *ſed vt cruciarent menſibus quinque.*

s v. 6. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ζητοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐ μὴ εὑρήσουσιν αὐτόν.

t v. 7. καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον.

u *aſſertione ar.* 25.

x καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι χρυσοῖ.

y *Lutherus libro ad ducem Georgium: à tempore Apoſtolorum* (inquit) *nullus Doctor, aut ſcriptor: nullus Theologus: aut Iuriſconſultus, tam inſigniter, & clare conſcientias ſecularium ſtatuum confirmauit, inſtruxit, & conſolatus eſt, ſicut ego feci. Per ſingularem Dei gratiam hoc certo ſcio, quoniam neque Auguſtinus, neque Ambroſius, qui tamen in hac re optimi ſunt mihi in hoc æquales ſunt.*

z *vt habet editio vulgata.*

ſtolorum, &c. Καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς, πρόσωπα ἀνθρώπων. *Et facies earum velut facies hominum*, quia nimirum profitentur, ſe, non niſi puram edocturos veritatem, atque tantum velle quoſdam errores purgare, adeo humaniter ſe gerere videntur. Καὶ εἶχον τρίχας, ὡς τρίχας γυναικῶν. *verſ.* 8.

[*Et habebant capillos ſicut capillos mulierum*: Nimirum, blanda, ſed ſuperflua, mollia, & inania verba: quibus ſuas fraudes, ac turpitudines occultant.] Καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν, ὡς λεόντων ἦσαν. *Et dentes earum, ſicut leonum erant*: de tractiones ſunt, quibus aſſiduè Lutherani, tum literis, tum ſermonibus famam conantur Eccleſiæ Romanæ lædere. Καὶ εἶχον θώρακας, ὡς θώρακας σιδηροῦς. *v.* 9. *Et habebant thoraces, ſicut thoraces ferreos*: nimirum obſtinatum in hæreſi pectus. Καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν, ὡς φωνὴ ἁρμάτων ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον. *Et vox alarum earum, ſicut vox curruum equorum multorum currentium in prælium*: id eſt, ſonitus opinionum ſuarum (quibus ſe ſe attollere nituntur) maximo tumultu, & ſtrepitu velociter percurrit, ad animarum ruinam, vel Eccleſiæ oppugnationem. Καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα. *Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis.* Nam poſtquam Lutheranus Miniſter Dei verbum propoſuit, continuò interpretatione prauâ corrumpit, & ad varios detorquet errores: atque eo modo, quaſi retortâ caudâ, aculeum infigens, in audientium mentes lætiferum virus infundit.

[a] *v.* 11. ἔχουσαι βασιλέα ἐφ' αὐτῶν τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου.

[b] ὄνομα αὐτῷ ἑβραϊστὶ, ἀβαδδὼν, ἐν δὲ τῇ ἑλληνικῇ ὄνομα, ὁ ἀπολλύων.

[a] *Habentes Regem ſuper ſe Angelum Abyſſi.* Quia etſi regem viſibilem non habeant Lutherani, vt dictum eſt: tamen inuiſibilem habent, nempe diabolum: cum ſit Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.

[b] *Nomen ei Hebraicè Abaddon Græco Apollyon.* Quia per nullam vnquam hæreſim adeò perſecutus eſt Eccleſiam diabolus, quam per Lutheranam, & fi-

lias eius. Deum ſpoliant Trinitate, Chriſtum Deitate, & humanitate, Sanctos beatitudine: eoſdem & Angelos honore. Eccleſiam militantem Traditionibus, Sacerdotio, Sacrificio, Sacramentis, Feſtis, Votis, Ieiuniis, Templis, Altaribus, Reliquiis Crucibus, Imaginibus: Populum obedientia: Principes poteſtate: Purgatorium ſuffragiis: inferos realibus ſuppliciis.

Digitized by Google

INDEX LIBRORVM QVARTI TOMI.

PRIMA CONTROVERSIA GENERALIS.

Quæ eſt

De gratia primi hominis.

LIBER VNVS.

SECVNDA CONTROVERSIA GENERALIS.

Quæ eſt

De amiſsione gratiæ, & ſtatu peccati.

Liber j. D*E definitione & partitione peccati.*
ij. *De cauſa peccati.*
iij. *De peccato primi hominis.*
iiij. *De propagatione primi peccati.*
v. *De natura, & ratione peccati originalis.*
vj. *De pœna, & effectibus eiuſdem peccati.*

TERTIA CONTROVERSIA GENERALIS.

Quæ eſt

De Reparatione Gratiæ.

AC

PRIMO

De Gratia & libero Arbitrio.

Liber j. *De gratia in genere, id eſt, de nomine, definitione & partitione gratiæ.*
ij. *De communicatione gratiæ, & de prædeſtinatione.*
iij. *De natura liberi arbitrij, actu ſubiecto, obiecto,* &c.
iiij. *De viribus liberi arbitrij, & gratiæ neceſſitate in operibus naturalibus.*
v. *De viribus liberi arbitrij, & gratiæ neceſſitate in operibus moralibus.*
vj. *De viribus liberi Arbitrij, & gratiæ neceſſitate in operibus ſupernaturalibus.*

SECVNDO.

De iuſtificatione impij.

Liber j. *De fide iuſtificante, ſiue de præparatione ad iuſtificationem.*
ij. *De iuſtitia inhærente habituali.*
iij. *De incertitudine, inæqualitate, mutabilitate iuſtitiæ.*
iiij. *De neceſſitate, & veritate iuſtitiæ actualis.*
v. *De meritis operum bonorum.*

TERTIO.

De operibus bonis in particulari.

Liber j. DE *Oratione.* ij. *De Ieiunio.*
iij. *De Eleemoſyna.*

INDEX CAPITVM
Controuerſiæ primæ.

Cap. j. & ij. P*Rima propoſitio: de ſtatu in quo fuit primus homo creatus.*
iij. *Secunda.*
iiij. *Tertia.*
v. & vj. *Quarta.*
vij. *Soluuntur obiectiones.*
viij. *Quinta propoſitio.*
ix. *Sexta.*
x. *Paradiſum terreſtrem fuiſſe corporalem.*
xj. *Soluuntur obiectiones.*
xij. *De loco, ſiue ſitu Paradiſi.*
xiij. *Soluuntur obiectiones.*
xiv. *Paradiſum iſtum adhuc ſupereſſe.*
xv. *In hoc Paradiſo non ſolùm homines, ſed etiam animantia futura fuiſſe: ſtante Innocentia ſtatu.*
xvj. *Quid Cherubim cuſtodientia Paradiſum terreſtrem.*
xvij. *Cur dicatur lignum ſcientia boni, & mali.*
xviij. *Quid contuliſſet lignum vitæ.*
xix. *Soluuntur obiectiones.*

DE GRATIA PRIMI HOMINIS.

Liber vnus.

PRIMA PROPOSITIO.

De ſtatu, in quo fuit primus homo creatus.

CAP. I. & II.

PELAGIANI, [a] talem nunc naturam eſſe humanam, qualem acceperat initiò primus homo à Deo, contendunt.

[b] Lutherus, & Caluinus: quidquid tunc à Deo habuerit homo, id naturale fuiſſe: Atque per lapſum, inter cætera, liberum amiſiſſe arbitrium.

[d] Prima Propoſitio: *Homo non fuit creatus, qualis nunc naſcitur, id eſt pronus ad malum, infirmus, ignorans: ſed rectus, iuſtus, ſapiens ac ſine concupiſcentia reluctante.*

Probatur primò, Geneſ. 1. [e] *Creauit Deus hominem ad imaginem,* ratione naturę intelligentis: *& ſimilitudinem ſuam:* [f] ratione Sapientiæ, ac iuſtitiæ collatæ,

[a] CAP. I. *Pelagiani apud Auguſtinum libro de hæreſibus cap. 88. & epiſt. 106.*
[b] *in 3. Geneſeos.*
[c] 1. *Inſtit.* 15. §. 8.
[d] CAP. II.
[e] *v.* 27.
[f] [*Benedictus Pererius lib. 4. de creatione hominis cap. 1. in illud Geneſ. ad imaginem, & ſimilit. arbitratur, imaginem, & ſimilitudinem pro vno, ac eodem poni, tum quia cap. 5. Geneſeos dicitur Adam, genuiſſe filium Seth ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, tum quia, contrarium ſentientes volunt imaginem referri ad naturalia dona: & tamen Paulus eo vtitur nomine 1. Cor. 15. v. 49. & Coloſſ. 3. v. 10. ad ſignificandam ſupernaturalem gratiam. Verùm non eſt inconueniens aliquid ſpecialem habere ſignificationem vno in loco Scripturæ, quam non habeat in alio. Si concurrat communis interpretatio PP. quamuis opinio Pererij mihi probabiliſſima videatur.*]

vt PP. interpretantur. Irenæ. [g] *Si defuerit anima Spiritus, animalis eſt verè qui eſt talis, & carnalis derelictus imperfectus, erit: imaginem habens in plaſmate: ſimilitudinem verò non aſſumens, per Spiritum.*

Cyprian. *Sic perfectos dixit fieri filios Dei*, &c. *Si ſimilitudo diuina, quam peccato Adam perdiderat, manifeſtetur, & luceat in actibus noſtris.*

Baſilius [i] *Per imaginem animæ impreſſam mea, obtinui rationis vſum: verum Chriſtianus effectus, vtique ſimilis efficior Deo.* [k] Hierony. [l] Chryſoſt. [m] Aug. [n] Eucherius: *Inter ſimilitudinem, & imaginem hoc intereſt. Imago Dei, omnium: ſimilitudo paucorum. Hic namque imago, ab excellentia diuinæ ſimilitudinis diſtat, quòd imago Dei anima peccatrix eſſe non deſinit: ad Dei autem ſimilitudinem, niſi anima ſancta fuerit, non peruenit, quia illa anima creata eſt, per naturam: hæc dabitur conformari per gratiam.* Damaſcen. 2. de fide. 12. Bernard. ſerm. 1. de Annuntiatione.

At hanc ſimilitudinem perdidit Adam, & nos naſcimur qualis ipſe poſt peccatum fuit: id eſt hâc ſimilitudine priuati. Ergo. &c.

Secundò, [o] *Erant ambo nudi, & non erubeſcebant:* quia, vt docent [p] Chryſoſt. [q] Auguſt. [r] Eucherius, [s] Bernard. carebant rebellione membrorum, quam nunc patiuntur homines.

Tertiò, [t] *Creauit Deus hominem rectum.* Eccl. 7. [u] Et ſecundũ ſe veſtiuit illum virtute, ac nunc *naſcimur natura filij iræ.*

Quartò, *Deus fecit hominem inexterminabilem*, Sapient. 2. v. 23. id eſt, non moriturum: aliàs ſuperfluè minaretur mortem. At nunc naſcimur morituri.

Quintò, *Quid* (inquit Auguſt.) *timere, vel dolere poterant illi homines in tantorum affluentia bonorum: vbi nec mors metuebatur, nec vlla corporis mala valetudo, nec aberat quicquam, quod bona voluntas adipiſceretur, nec inerat quod carnem animumve hominis feliciter viuentis offenderet.* At nunc [x] *Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſeriis.*

[g] 5. *cap.* 6.
[h] *non procul ab initio ſermonis de patiẽtiâ.*
Ambroſius libro de dignitate conditionis humanæ cap. 2. & 3.
[i] 10. *Examer.*
[k] *in* 28. *Ezechielis ad illud: Tu ſignaculũ, &c.*
[l] *homil.* 9. *in Geneſim.*
[m] *libro contra Adimantum cap.* 5.
[n] *lib.* 1. *in Geneſim.*
[o] *Geneſis* 2. *v.* 25.
[p] *in* 2. *Geneſ.*
[q] 14. *Ciu.* 17.
[r] *in* 2. *Geneſ.*
[s] *ſerm.* 1. *de Annũciatione.*
[t] *v.* 30.
[u] *Eccleſiaſtici* 17. *v.* 2. ἐνέδυσε δὲ αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἰσχύν. καὶ καθ' εἰκόνα αὐτοῦ ἐποίησεν αὐτοὺς, *veſtiuit eos, ſecundum ſeipſos fortitudine: & ad imaginem ſuam fecit eos.*
[x] *Iob.* 14. *v.* 1.

SECVNDA PROPOSITIO.

Primus homo, gratiam gratum facientem, in creatione accepit.

CAP. III.

PRIMÒ, quia ſacræ literæ, nos [a] renouari iubent, & induere nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Ergo fuimus aliquando, videlicet in primo parente, homines noui conditi in iuſtitia, & veritate ſanctitatis. Quod nequit eſſe ſine gratia gratum faciente.

Secundò, [b] Concil. Arauſicanum. 2. docet, non poſſe hominem quod perdidit reparare: ſine gratia Dei. Ergo gratiam Dei aliquando accepit: alioquin ad reparationem non requireretur.

Tertiò, Trident. ſeſſ. 5. [c] *Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in Paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem, & iuſtitiam, in qua conſtitutus fuerat, amiſiſſe*, &c. Anathema ſit. At ſanctos formaliter non facit, niſi gratia gratum faciens.

Quartò, ex PP. [d] Cyprian. *Adam contra præceptum cæleſte, cibi lethalis impatiens in mortem cecidit, nec acceptam diuinitùs gratiam patientia cuſtode ſeruauit.* [e] Baſilius: *inſufflauit in faciem, hoc eſt, propriæ gratiæ partem aliquã homini immiſit, vt per ſimile, ſimile cognoſcat.* Ambroſ. 6. Examer. 7. Nazianz. orat. de Paſchate [f] Chryſoſt. [g] Auguſt. *Quid ergo? Adam non habuit gratiam? immò verò habuit magnã, ſed diſparem.* [h] Cyrillus: *fuit Adam in Paradiſo, quouſque gratiam Creatoris Spiritu ſancto inhabitante ſeruauit.* Leo ſerm. 1. de ieiunio decimi menſis: Gregor. 5. epiſt. 14.

[a] *Epheſior. 4. v. 23. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ v. 24. & induite nouum hominem: qui ſecundum Deũ creatus eſt in Iuſtitia, & Sanctitate veritatis.*

[b] *can. 19.*

[c] *Decreto de peccato Originali.*

[d] *ſerm. 3. qui eſt de bono patientiæ.*

[e] *in illud Pſalmi 4. Homo cum in honore eſſet.*

[f] *homil. 16. in Geneſ.*

[g] *libro de correptione, & gratia, cap. 11.*

[h] *2. in Ioan. 3.*

Obiicitur primò, *primus homo factus eſt in animam viuentem, ſecundus in ſpiritum viuificantem*. 1. Corinth.[i] 15.

[i] *v. 45. ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν. ὁ ἔσχατος ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν.*

Reſpondeo, ſolùm conferre Paulum, corpus recens formatum Adami, quod erat animale, ciboque, ac potu indigens: cum corpore Chriſti glorioſo, quod ſpirituale dici poteſt.

Secundò, [k] Aug. ait, Deum ſic Angelos, & hominem condere voluiſſe: vt prius oſtêderet in eis, quid poſſet eorum liberum arbitrium, deinde, quid ſuæ gratiæ beneficium.

[k] *ſup. cap.* 10.

Reſpondeo, intelligi cum libero arbitrio, gratiæ adiutorium: per *gratiæ verò beneficium*, confirmationem in bono, per beatitudinem.

TERTIA PROPOSITIO.

Non eguit auxilio ſpeciali primus homo quo excitaretur ad benè operandum, vel ad vitanda peccata.

CAP. IIII.

PROBATVR primò, quatuor dona Dei in homine conſiderari poſſunt. 1. habitus gratiæ perficiens naturam, vt pars inferior ſuperiori, hæc Deo, ſubiiciatur: atque de hac [a] Aug. *Gratia Dei* (inquit) *magna ibi erat, vbi terrenum, & animale corpus beſtialem libidinem non habebat*. 2. eiuſdem conſeruatio habitus. *Neque tale* (inquit [b] Aug.) *aliquid eſt homo factus, vt deſerente eo, qui fecit, poſſit aliquid agere benè, tanquam ex ſeipſo*. 3. cooperatio Dei, per auxilium generale in naturalibus operibus, ſpeciale in ſupernaturalibus. *Natura humana* (inquit [c] Auguſt.) *ſi in illa integritate, in qua condita eſt, permaneret, nullo modo, ſeipſam, creatore ſuo non adiuuante, ſeruaret*. 4. motio quædam Dei

[a] 4. *in Iulianum cap. vlt.*

[b] 8. *de Geneſi ad literam cap.* 12.

[c] *epiſt.* 106.

per auxilium excitans, quę hominem facit vti prioribus donis. At hoc auxilium non agnoſcit [d] Aug. in primo homine ante lapſum. Ergo, iuxta Auguſtinũ, tali auxilio non egebat primus homo.

Secundò, ex communi ſcholaſticorum ſententia cum Magiſtro 2. Sent. d. 24. vel 29. D. Thom. 1. 2. q. 109. ar. 9.

[Tertiò, auxilium iſtud vel requiritur, vt proponatur conueniens obiectum: vel moueatur voluntas in illud: aut impedimenta remoueantur, ſiue interna, ſiue externa: aut ad hæc omnia ſimul. At homo nulla tunc habebat impedimenta interna: tanto verò ſupernaturali illuſtrabatur lumine, & gratia vt, & conueniens obiectum intelligeret, & maximam haberet propenſionem ad illud, & facile impedimenta ſi quæ offerrentur externa repelleret. Ergo, &c.]

[d] *libro de corrept. & gratia cap.11. Ille* (inquit) *non opus habebat eo adiutorio, quod implorant iſti, cum dicunt. Video aliam legẽ, &c. Item li. 3. Hypognoſt. ipſa eſt prima gratia qua primus homo ſtare potuiſſet: ſi mandata ſeruare voluiſſet. & ſuperius quærẽs an homo nunc perſeuerare valeat in bono. Nõ eſt* (inquit) *hoc in viribus liberi arbitrij, quales nunc ſunt: fuerat in homine antequam caderet.*

QVARTA PROPOSITIO.

Rectitudo illa cum qua fuit creatus Adam, & ſine qua poſt lapſum eius naſcuntur homines donum fuit ſupernaturale.

CAP. V. & VI.

[a] NATVRALE quadrifariam dicitur. Primò, quidquid à natiuitate habetur, quomodo dicimur naturâ filij iræ. Secundò, quod eſt conſentaneũ naturæ, eamque perfecit, ac ornat. Tertiò, quod, etſi non fluat à natura, ſed ſit gratuitum donum, iuuat tamen in operibus naturalibus: qua ratione iuſtitia originalis, ſi ſit diſtincta à gratiâ gratum faciente, dici donum naturale poterit. Quartò, quod vel pars eſt naturæ, vel fluit à principiis naturæ, atque in hac tantùm acce-

[a] CAP. V.

ptione negamus. *Rectitudinem illam eſſe naturalem: ſed aſſerimus ſupernaturalem.* Non quidem per accidens, ſiue in modo: qua ratione dicitur res ſupernaturalis: quæ, etſi quoad ſubſtantiam ſuam intra limites contineatur naturæ, modo tamen ſupernaturali aliquando producitur. vt illuminatio cæci nati. Ioan. 9. Sed per ſe: quia ſcilicet nulla ratione à natura procedere poteſt. Probatur

[b] CAP. VI. [b] Primò, [c] Quid eſt homo? (inquit Dauid) Pſal. 8. quaſi diceret, *nihil ferè ſecundum ſe.* Deinde ſubiungens dona Dei: *minuiſti paulominus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.*

[c] *Pſal* 8. *v.* 5. & 6.

[d] *v.* 1. Secundò, Eccleſiaſtici 17. *Deus creauit hominem de terra.* Ecce quid ex natura? Deinde ſubiungitur quid ex Deo: & [e] *ſecundum ſe, veſtiuit illum virtute.*

[e] *v.* 2.

Tertiò, parabolam hominis à latronibus vulnerati Lucæ. 10. intelligunt PP. de Adamo, in iactura donorum, atque virtutum. Sicut ergo ille parabolicus homo, primò ſpoliatus eſt eo, quod minime à natura habebat, ſcilicet veſte, ſecundò vulneratus iacuit. Sic Adam, primò ſpoliatus fuit rectitudine ſupernaturali: Secundò plagis, ſiue languoribus animæ fauciatus relictus.

[f] *Diuin Nom. cap.* 4 *p.* 4. Quinto ex PP. Dionyſ. [f] *Nec Angelica* (inquit) *munera his* (ſcilicet Dæmonibus) *tributa, aliquando permutata ſed integra ſunt, penituſque conſpicua.* Ergo eadem erit ratio in homine. Sed non remanſit illa rectitudo. Ergo naturalis non erat. [g] Baſilius: *Sanctificatio, non eſt abſque ſpiritu, nec enim naturâ, ſanctæ ſunt cælorum virtutes: ſed iuxta proportionem eminentiæ inter ipſas, ſanctificationis menſuram à Spiritu ſancto habent.* Nec dubium eſt quin idem ſentiat de homine: quem conſtat in Paradiſo terreſtri ſanctum fuiſſe. Chryſoſt. [h] *Gloria* (inquit) *qua supernè venerat, veſtiti erant*: ſcilicet, Adam, & Eua. Cyrill. [i] *Participatione luminis ſplendet* (Adam) *ſuper naturam ſuam glorificantis Dei gratia, & variis donorum ornamentis aſcendens,* [k] &c.

[g] *lib. de Spiritu ſancto ad Amphilochiũ cap.* 16.

[h] *homil.* 15. *in Geneſ.*

[i] 1. *in Ioan.* 9.

[k] *Et infra: miſericors enim verè Dominus*

[l] Auguſt. loquens de Angelis: *ſimul* (inquit) *in eis condens naturam & largiens gratiam*. Item de primis parenribus. [m] *Poſtquam præcepti tranſgreßio facta eſt gratia deſerente diuina, de corporum ſuorum nuditate confuſi ſunt.*

Quartò, ex Pio V. & Gregor. XIII. qui hos articulos dãnarunt. 1. *Humanæ naturæ ſublimatio, & exaltatio, in conſortium diuinæ naturæ, debita fuit integritati primæ conditionis, ac proinde naturalis dicenda eſt, non ſupernaturalis.* 2. *Integritas primæ conditionis, non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, ſed naturalis eius conditio.*

Quinto ex Scholaſticis [n] D. Thom. *Manifeſtum eſt,* (inquit) *quod illa ſubiectio corporis ad animã, & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis, alioquin poſt peccatum manſiſſet.* Scotus [o] *Neceſſe eſt* (inquit) *ipſum ponere donum ſupernaturale* (loquitur de iuſtitia originali) *quod ſit illa tranquillitas perfecta in anima.* [p] Durando. *Iuſtitia originalis, quamuis eſſet conditio corporalis, erat tamen merè donum Dei, & non proprietas naturalis* [q] Ioan. Diredo. [r] Ruardus Taper: [s] Andręas Vega Dominus. [t] Dominicus Soto. [u] Albertus Pighius.

Sextò, ad hanc rectitudinem requiritur gratia gratiam faciens: & perfecta ſubiectio corporis ad animam. At hæc naturaliter nequeunt haberi. Nam Gratia reſpicit Deum vt obiectum ſupernaturale. Corpus vero natura ſua appetit ſenſibilia, & terrena, animus, ſpiritualia, & cæleſtia, & proinde corpus. Neque ex natura ſua non obedit animæ. Nec anima per ſe valebit, primos naturales contradictionis in corpore motus prohibere: aut fingi poterit naturale tertium, quod ea componat.

eſt, qui creaturam paruam, atque abiectã, ſecundum naturam, magnã, atque mirabilem, ſuâ effecit bonitate. Ambroſius lib. 7. in Lucam cap. 47. Qui ſunt iſti latrones, niſi Angeli noctis, & tenebrarũ? Hi ante deſpoliant quæ accepimus indumenta gratiæ ſpiritualis, & ſic vulnera inferre conſueuerunt.

[l] 12. *Ciuit.* 9.

[m] 13. *Ciuit.* 13. *vide etiam* 4. *in Iulian. vlt.*

[n] 1. *par. q.* 95. *ar.* 1. *vide etiam* 4. *contr. Gent. cap.* 52.

[o] 2. *Sent. diſt.* 29. *q. vnicâ.*

[p] 2. *Sent. diſt.* 20. *q.* 5.

[q] 1. *de Gratia & libero arbitrio cap.* 3. *p.* 4. *in fine.*

[r] *in defenſione articuli ſecundi.*

[s] *lib.* 2. *in Concil. Trident. cap.* 11.

[t] 1. *de natura, & Gratiâ.* 13.

[u] *controuerſia.* 1.

Deberet enim, vel ab vtraque fluere vel ab horum vno. At ex tam diſſitis naturis, & propenſionibus, nequit non diſſitum naſci: vel ex aliquo horum fluere aliquid niſi ſuo proportionatum principio. Ergo hæc rectitudo naturalis non erat.

Septimò, nunc homines peccando nihil de natura perdunt, ergo neque primus homo. At perdidit per peccatum hanc rectitudinem. Ergo ſupernaturalis erat.

Octauò, primi parentes, facti ſunt adoptione, filij Dei. At (inquit Aug.) [y] *Ideò homo fit gratia filius, quia non eſt natura.*

[y] 3. *aduerſus Maximinum* cap.15.

Soluuntur obiectiones.

CAP. VII.

PRIMA, ſi iuſtitia originalis ſupernaturalis ſit. Ergo concupiſcentia erit naturalis: & proinde bona, & à Deo. At hoc falſum eſt. tum [a] quòd dicatur eſſe, non ex patre: ſed ex mundo, tum [b] quod Paulus eam odio habeat, tum quia [c] Auguſtinus eam eſſe malam probat.

Reſpondeo. 1. naturalem eſſe concupiſcentiam non [d] vt bonum, ſed vt languorem naturæ, ex cõditione materiæ conſequens: odio meritò habitã 1. quia præter intentionem authoris naturæ ſe habet. 2. quia eam Deus ſuſtulerat: & ex hominis irrepſit culpa.

Secunda obiectio: animorum quæcumqne vitia, ſunt naturalium priuationes bonorum teſte [e] Aug. Priuamur autem per vitia, ex primo parente relicta, ori-

[a] 1. *Ioan.* 2. *v.*16.
[b] *Roman.* 7.
[c] 6. *contra Iulianum* c.5.
[d] [*concupiſcentia trifariã ſumi poteſt* 1. *pro ipſis naturalibus potentiis, ſiue habitibus ſenſitiuis* 2. *pro motibus harum potentiarum ſiue habituum, prout tendunt naturaliter in ſuum obiectum. Atque hoc vtroque modo, non video qua ratione nequeat dici concupiſcentia, bona, & à Deo: cum ſit perfectio poſitiua naturæ.* 3. *quatenus ipſi motus in homine contra rationem, & proinde inordinatè procedunt: quomodo arbitror eſſe intelligendum Bellarminum: nec tamen propterea putandum eſt concupiſcentiam eſſe formaliter peccatum: ſed tantum defectus quidem naturæ.*]
[e] c.11. *Enchir.*

ﬆa, originali iuſtitia. Ergo illa fuit naturale donũ. Reſpon. 1. loqui Auguſt. de vitiis per iteratos actus acquiſitis, cuiuſmodi non ſunt ex primis parentibus traducta. 2. Vitia contraria ſupernaturalibus bonis, etiam eſſe priuationes naturaliũ bonorum, quia ſimul natura ex deformitate peccati, ſuam rectitudinem amittit. Quare per *priuationes bonorum*, non ſolum Auguſtinus priuationem naturalium, ſed etiam ſupernaturalium intelligit donorum. 3. dicit *Originalem iuſtitiam*, naturale donum: quia, quamuis ſit ſupernaturale ex genere ſuo, tamen perficit naturam.

Tertia: *Cum vitium creaturæ Angelicæ dicitur* [f] (inquit Aug.) *quod non adhæret Deo, hinc apertiſſimè declaratur, eius naturæ vt Deo adhæreat conuenire.* Ergo & naturale homini inerit adhærere Deo. Reſpondeo, loqui de capacitate, non de potentia naturali ſubiecti. Angelus enim & homo, ſunt ſuâ natura gratiæ Dei ſupernaturalis capaces: cuiuſmodi non ſunt quæcumque creaturæ aliæ. Quamuis hæc gratia non debeatur naturæ. Vt ibidem [g] Auguſtinus obſeruat *Et iſtam* (bonam ſcilicet voluntatem) *quis fecerat niſi ille, qui eos cum bona voluntate, ideſt, cum amore caſto, quo illi adhærent creauit? ſimul in eis, & cõdens naturam, & largiens gratiam.* &c.

Quarta, docet [h] Auguſt. fœlicitatem, qua nec peccare nec mori poterat homo, id eſt vitam æternam, nunc eſſe gratiæ munus: quæ merces erat futura, meriti ſi Adam in ſtatu innocentiæ manſiſſet. Vnde ſequi videtur nulla ſupernaturali gratia indiguiſſe Adamum ad vitam promerendam æternam.

Negatur conſequent. [i] Nam ibidem Auguſt. ſubiungit: *Quamuis ſine gratia, nec tunc* (id eſt in ſtatu innocentiæ.) *vllum meritum eſſe potuiſſet*. Et Epiſt. 105. *Sicut* (inquit) *merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors: ita merito iuſtitiæ, tanquam ſtipendium vita æterna*: quibus agnoſcit, etiam nunc reddi vitam æternam, Iuſtis, in mercedem. Voca-

f 12. Ciuit. 1

g cap. 9.

h lib. de corrept. & grat. cap. 11. & in Enchiridio cap. 106.

i in Enchiridio.

uit tamen eam, *nunc munus:* quia tanto magis gratuito donatur, quòd per primi peccatum parentis eâ ſumus indigni effecti.

[k] *Aug. 3. de liber. arb. cap. 18.*

Quinta [k] *Approbare falſa pro veris, vt erret inuitus, & reſiſtente, atque torquente dolore carnalis vinculi, non poſſe à libidinoſis operibus temperare: non eſt natura instituti hominis, ſed pœna damnati.*

Reſpondeo, loqui Aug. de natura, ſiue ſtatu in quo fuit conditus homo, non in quo poterat creadi. Nam ibidem cap. 20. & ſeqq. copioſè docet potuiſſe hominem creari, qualis nunc naſcitur, etiamſi nullum antea præceſſiſſet peccatum.

[l] *ſerm. 13. de Paſſione Domini.*

Sexta, *libertatem* (inquit Leo) *innocentiæ naturalis, quam primorum parentum præuaricatione perdidimus, nulla per ſanctorum præcedentium merita receperunt.*

Reſpondeo, innocentiam dici naturalem, quomodo, proportionaliter, nunc dicitur peccatum originale, naturale: id eſt, non quod à natura ſit: ſed quia in poſteros transfundenda, per modum naturæ.

[m] *ſeſſ. 5. decreto de peccato Originali.*

Septima, [m] Cõcil. Trident. aſſerit nos propter originale peccatum diaboli poteſtatem incurriſſe: totumque hominem, ſecundum animam, & corpus, in deterius mutatum. Ergo aliquid naturæ perdidit homo.

Reſpondeo, [1. poſſe conſeq. negari quia vt incurriſſe dicatur homo, diaboli poteſtatem: ſufficit, eum peccaſſe: vt in deterius mutatus: ſat eſt è ſtatu innocentiæ ſupernaturalis in ſtatum puræ ruiſſe naturæ, cui tot miſeriæ, & defectus ſunt connaturales. 2. reuera aliquid perdidiſſe naturæ: Non ratione iuſtitiæ originalis: ſed rectitudinis naturalis: quæ peccato repugnat.]

[mm] *lib. de corrept. & gratia cap. 11.*

Octaua, *Ille* (Adam videlicet) *in bonis erat* (inquit [mm] Auguſt.) *ſancti in malis ſunt, non eguit morte Chriſti,* ſupple: vt ſanitatem conſeruaret, *iſtos agni ſanguinis abſoluit. Ille non opus habebat eo adiutorio, quod implorant iſti cum dicunt: video aliam legem,* &c.

Digitized by Google

Reſpondeo.1. Auguſtinum non dixiſſe, *in bonis*, vel, *malis naturæ*: ſed ſimpliciter, *in bonis*, & *malis*. Per *bona* autem ſunt intelligenda gratiæ dona, præmittit enim: *Quid ergo Adam non habuit gratiam? immò verò habuit magnam*, &c. 2. bona naturæ, non 2. dici poſſe quia à principio naturali: ſed quia naturam, ſupernaturali beneficio ſanabant.

Nona paruuli, quamprimum adoleſcunt, immani impetu in vitia labuntur. At in puris naturalibus non viguiſſet adeò grauis propenſio. Ergo. *&c.*

Negatur, Minor. 1. quia tunc, non minus fuiſſent præſentia obiecta, quam nunc. 2. non minus defuiſſet vſus rationis in infantibus, & vigor in ſenſitiuo abundaſſet appetitu. 3. quia nequit reddi alia cauſa huius inclinationis [ſiue inordinationis ad vitia] [n] quam ex conditione infirmitatis materiæ.

Decima, ſi ex materiæ conditione hæc inclinatio ad vitia profluit. Ergo fuiſſet in primo parente: ac Deum habuiſſet authorē. At teſte ſcriptura Deus fecit hominem rectum.

Reſp. 1. hanc inclinationem non fluere ex materiæ conditione, niſi ſibi ipſi derelictæ. 2. quamuis quoad potentias, & inclinationes ſenſualitatis ad obiecta non caruerit primus homo concupiſcentiā: tamen has ſine vitio fuiſſe: quia iuſtitiæ originalis regulam ſequebantur.

Vndecima, accuſatoribus naturæ ſolent opponere PP. peccati corruptelam originalis. At ſi natura adeò miſeri eſſemus; ridicula eſſet Patrum reſponſio. Ergo, &c.

Negatur Minor: quia miſeriæ naturæ ſunt de facto per peccatum introductæ.

Duodecima, ante peccatum non fuiſſet genitalium rebellio membrorum, vt contra Pelagianos probat Auguſtinus. Ergo: ea perfectio, à natura procedit integra.

Reſpondeo, non fuiſſe, ſtante originali iuſtitia,

[n] [*Non enim hæc inordinatio eſt à Deo vt patet: aut à peccato: tum quia ſine peccato eſſe poteſt: tum quia daretur regreſſus in infinitum.*]

fuiſſe, ſtante ſola pura natura.

Decima tertia, beatitudo ſiue viſio beata eſt finis naturalis hominis. Ergo acquirenda per naturalia media, quæ certè ſine gratia Dei non erunt.

Reſpondeo. 1. varias eſſe opiniones circa antecedens [veriorem tamen, & communiorem eſſe partem negantem.] 2. admiſſo Antecedente, negatur conſequens. Quidquid enim naturale eſt quoad appetitum: non propterea erit naturale, ratione aſſecutionis. Nam naturaliter anima ſeparata appetit vniri corpori: nec tamen propterea, naturaliter poterit denuò vniri.

° veſpertilio naturaliter videre Solem appetit: Nec tamen accuſari poterit Deus: ſi Veſpertilio nuſquam videat Solem.

Decima quarta, ergo ſaltem creari non potuit homo, qualis nunc eſſe videtur excepto peccato. Quia Deus non debet negare media requiſita ad finem.

Negatur iſta illatio cum ſua probatione: quia finis ille improportionatus eſt naturæ: quæ præterea proprium finem habet naturalem: quo debet eſſe contenta: ni ab ipſo Deo gratis euehatur altius. [Nam ° nec poſſet accuſari Deus, ſi Reſurrectio non eſſet: quamuis anima coniunctionem cum corpore appetat.]

p 1.2. q. 82 ar. 3. ad 1.

q quod verò ait q. 85. ar. 1. & 2. diminui ſcilicet per peccatum de bono naturæ, intelligi debet: vel ratione rectitudinis naturalis: vel propenſionis ad virtutē.

Decima quinta, p D. Thomas ait: concupiſcere ſecundum rationis ordinem, eſſe naturale homini: contra vero naturam: concupiſcere extra rationis terminos.

q Reſpondeo, aliquid dici, *contra naturam*, dupliciter. 1. quod nullomodo ex natura ſequatur. 2. quod naturæ perfectioni officiat vt langor, vel defectus, poſteriori modo D. Thomas loquitur: non autem priori.

QVINTA PROPOSITIO.

a *Adamum eiuſque poſteros mori non potuiſſe: niſi peccaſſent.*

CAP. VIII.

PRIMÒ, Geneſ. 2.[b] Dominus comminatus eſt homini temporalem mortem. At hoc fruſtra, ſi homo antea moriturus eſſet.

Secundò, [c] *Deus mortem non fecit: Sed creauit hominem inexterminabilem:* [e] *inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum,* inquit ſcriptura.

Tertiò, Roman. 5 [f] *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.* quia [g] *Stipendium peccati mors,* [h] *corpus enim mortuum eſt propter peccatum.*

Quartò, *Placuit* (inquit Concil. [i] Mileuitanum) *vt quicumque dicit Adam primum hominum mortalem factum, ita vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt de corpore exiret: non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ: anathema ſit.*

Quartò, nulla ratio erat, cur moreretur homo. Nec enim vlla vi extrinſeca opprimi poterat: aut languore, vel defectu ciborum, vel ſenio confici.

[a] *Negauit Pelagiani, teste Auguſtino, libro de hæreſibus cap. 88.*

[b] *v. 17. quocumque die comederis ex eo, morte morieris. cap. 3. v. 19. quia puluis es, & in puluerem reuerteris.*

[c] *Sap. 1. v. 13.*

[d] *Sap. 2. v. 23.*

[e] *verſ. 24.*

[f] v. 12. δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος.

[g] τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. Rom. 6. v. 23.

[h] Rom. 8. v. 10. σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν.

[i] *can 1. Et Arauſican. can. 2.*

SEXTA PROPOSITIO.

Immortalitatem primi hominis ſupernaturalem fuiſſe.

CAP. IX.

PROBATVR Primò ex PP.[a] Auguſt. *Creat[9] eſt homo immortalis, quod ei præſtabatur de ligno vitæ, nō de coſtitutione naturæ.* Item. *Mortalis erat cōditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris.* Cyrill.[b] *Rationale animal homo à Deo productus, quia natura ſua incorruptibilis, atque perpetuus eſſe non poterat, ſpiritu vitæ ſignatus, immortalitatis bonum ſuper naturam ſuam conſecutus eſt.*

Secundò, ex communi Scholaſticor. ſentent. 2. diſtinct. 19.

Tertiò, corpus ex contrariis elementis & humoribus conſtans, eſt natura ſua corruptibile. At tale eſt humanum corpus.

[Quartò, quod natura ſua immortale eſt, nulla ratione, niſi annihilatione, priuari vita poteſt. At ridiculum eſt dicere, non potuiſſe hominem, tunc, vlla ratione vita priuari.]

Quintò, videmus omne creatum generans, & generabile, natura eſſe corruptibile. At non dubium eſt, quin tunc homo generaſſet, & natura generabilis eſſet.

Sextò, Gregor. 13. hunc ar. damnauit: *immortalitas primi hominis non erat gratiæ beneficium: ſed naturalis eius conditio.*

Obiicitur primò: Concilium[c] Arauſicanum 2. ait: iniuſtitiam tribuere Deo aſſerentes moriturum hominem: quamuis non peccaſſet. At ſi mors

[a] *6. de Geneſ. ad literam. 23. vide etiam 13. Ciuit. 20. ac. 1. de peccator. mer. & remiſſ. 4.*

[b] *1. In Ioan. 15.*

[c] *can. 2.*

Digitized by Google

eſſet naturalis homini : minus verè Concilium loqueretur.

Negatur Minor. Namque etſi naturalis ſit mors: tamen, quia eius neceſſitatem Deus, ſuâ benignitate, ſuſtulerat: & in pœnam mutauerat peccati. Si ante peccatum eam irrogaſſet homini : eum peccati & pœnæ immerito damnaſſet.

Secundò, [d] Auguſt. aſſerit mortem fuiſſe infli- [d] 13. *Ciuit.* 15.
ctam, non lege naturæ, ſed merito peccati.

Reſpondeo id verum. Quia de facto per peccatum, non per naturam mors intrauit.

Secundò, anima rationalis, eſt immortalis. Ergo ei debetur corpus immortale.

Negatur conſeq. quia ei debetur corpus aptum functionibus propriis, quod natura ſua mortale eſt cum ex contrariis qualitatibus conſtet.

Paradiſum quem vocant terreſtrem corporalem fuiſſe.

CAP. X.

NEGANT [a] Philo, [b] Origenes, & noſtris temporibus [c] Georgius Venetus: qui allegoricè interpretantur omnia, quæ de illo Paradiſo dicuntur. Propoſitio tamen probatur.

[a] 1. *Allegoriarum.* [b] *in Geneſ.* [c] *tom.* 1. *Problematũ, & in Harmonia mũdi cant.* 1. *tom.* 7. *cap.* 21.

Primò, [d] *Plantauerat Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, & in eo poſuit hominem, quem formauerat.* At plantari, corporum eſt, & homo corporalis, atque animalis (qualem fuiſſe Adamum omnes fatentur.) in vero corporali loco debuerat poni.

[d] *Geneſ.* 2. *v.* 8.

Secundò, [e] Dicuntur egredi de hoc Paradiſo Tygris, & Euphrates. At hæc flumina proculdubio ſunt corporalia.

[e] *ibid.*

Tertiò, [f] Abſconderunt ſe primi parentes in-

[f] *Geneſ.* 3. *v.* 7. & 8.

Digitized by Google

ter Paradiſi ligna & ficus foliis conſuerunt ſibi perizomata. Erant ergo illa corporalia ligna, vt corporales homines inter ea valerent abſcondi.

Quartò, ſi per lignum vitæ non intelligitur verum lignum, ſed Sapientia: cur ab Angelo prohiberetur: cum ad Sapientiam nos alliciat ſcriptura?

Quartò, ex PP. [g] Methodio: *Paradiſus vnde in primo parente eiecti ſumus, ex hac terra palam eſt locus eximius, ad iucundam quietem, & vitam meliorem ſanctis deſtinatus.* Epiphan. [h] *Quis audiat de tertio cælo donantem nobis Origenem Paradiſum, & illum quem Scriptura commemorat de terra ad cæleſtia transferentem.* [i] Hierony. Eorum deliramenta conticeſcant, qui vmbras, & imagines, in veritate quærentes, ipſam conantur euertere veritatem, vt flumina, & arbores, & Paradiſum putent allegoriæ legibus ſe debere ſubruere.

[g] *apud Epiph. hæreſi 64.*

[h] *epiſtol. ad Ioan Hieroſol.*

[i] *in 10. Danielis Chryſoſt. homil. 13. in Geneſ. Aug. 13. Ciu. 21. Theodoret. q. 24. & 29. in Geneſ. Damaſc. 2. fid. 11. Scholaſt. 2. diſt. 17.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. XI.

PRIMA, nullibi legimus, hunc fuiſſe in terra Paradiſum plantatum.

Reſpondeo, ſatis ex Scriptura colligi. Nec enim ſolent, niſi in terra, plantari arbores. Alioquin, & concluderetur, hominem non habuiſſe præcordia. Quia horum mentionem ſcriptura non facit.

Secunda, ſi Paradiſus ille, corporalis fuiſſet: creari tertia die debuiſſet, tunc enim terra protulit arbores, & herbam virentem.

Reſpondeo. 1. [a] cum Baſilio: creatum huiuſmodi Paradiſum ſeorſim, ſpeciali quadam prouidentia Dei. 2. quamuis concedatur tertia creatus die: quia tamen res memorabilis erat: poſtea copioſè deſcribi. Sicut Adã & Euæ productio poſt ſextam

[a] *libro de Paradiſo.*

explanatur diem : cum tamen fuerint ſexta die creati.

Tertia, iſte Paradiſus, inutiliter, corporalis creatus fuiſſet: cùm Deus præuideret, ſtatim peccaturum hominem.

Negatur propoſitio. 1. [b] quia Deus ante peccatum non punit. 2. maxime commendat eius bonitatem, ſuis etiam benefacere inimicis futuris. 3. quia recordatio, tam iucundæ habitationis amiſſæ, nō parùm deterrebat poſtea, à peccato, Adamum. 4. quia deſcriptione tam inſignis loci realis, anagogicè ducimur ad realis cæleſtis gloriæ conſiderationem.

Quarta, [c] Hierony. ait, Paradiſum fuiſſe creatum, ante cœlum, & terram. At nihil corporale ante hęc prodiit in *eſſe*.

Reſpondeo, vel loqui ex aliorum ſententia: vel, per *cœlum*, & *terram*, intelligere vtriuſque completam abſolutionem.

Quinta, [d] Paulus aſſerit, ſe raptum in tertium cœlum. Id autem [e] vocat Paradiſum. Ergo in tertio cœlo Paradiſus erit.

Reſpondeo, Paradiſum : cum idem ſit, ac locus deliciarum: aliquando in ſcripturis, pro loco accipi [f] corporali: aliquando, pro [g] ſpirituali, cuius, corporalis figura fuit. Paulus ergo, poſteriori modo de Paradiſo loquitur: nos verò priori.

[b] *vide Theodor. q. 24. in Geneſ.*

[c] *in qq. Hebraicis exponēs illud : Plantauerat Dominus.*

[d] 2. *Corinth.* 12. *v.* 2.

[e] *v.* 4.

[f] *Eccleſiaſtæ* 2. *verſ.* 5. *Feci mihi* גנות ופרדסים, *gannoth, vfardeſim : hortos, & Paradiſos. Canticor.* 4. *verſ.* 12. *Emiſſiones tuæ :* פרדס *Pardes : Paradiſus malorum punicorum.*

[g] *Ezech.* 28. *verſ.* 13. בעדן גן אלהים *Begueden, (ſiue vegueden) gan-elohim : in Edem horti Dei, fuiſti. Similis phraſis omnino ac illa Geneſ.* 2. *v.* 8. *Plantauerat Dominus Deus* גן בעדן *gan-begueden : Hortum in Hedem : quæ vox à* עדן *Gadan, id eſt delectari ducitur.* Item. *Luc.* 23. *v.* 43. *Hodie mecum eris* ἐν τῷ παραδείσῳ *in Paradiſo.* [*Pererius ſup. lib.* 3. *cap.* 2. *obſeruat.* 1. *Gan (à* גנן *Ganan, protexit, ſiue abſcondit) & Pardes, idem ferè ſignificare.* 2. *vocem, Paradiſi, videri ductam, vel à Pardes, vel iuxta Iulium Pollucem lib.* 11. τῶν ὀνομάτων, *eſſe vocabulum Perſicum : vel dici à* δεύω *irrigo, vnde verbale* δεῖσος *v. immutato : vel,*

quaſi παρὰ τὴν δεῖζαν, à collectione, ſiue ob copiam herbarum: δεῖζα enim locus herboſus eſt 3. apud Xenophontem, & Philoſtratum, appellari Paradiſos, amœniſſima loca, in quibus feræ ſeruabantur in oblectationem Regum Perſarum. 4. iuxta Aulum Gelium 2. cap. 20. ea nominari Græcè Paradiſos, quæ à Latinis viuaria: & tempore Scipionis, roboraria, a roboreis ſtabulis, quibus erant vndique ſepta.]

Sexta [h] Ambroſius, non ſolùm de Paradiſo narrationem exponit myſticè: ſed etiam ait, in hac expoſitione omnes conuenire.

Reſpondeo, ſolùm [i] Ambroſio placuiſſe interpretari [k] myſticè Paradiſum Geneſ. 2. quẽ ſatis admittit corporalem eſſe. 1. quia poſtquam [l] dixerat: *In hoc ergo Paradiſo Deus hominem poſuit quem plaſmauit: intellige* (inquit) *quod non eum hominem, qui ſecundum imaginem Dei eſt poſuit: ſed eum qui ſecundum corpus. Incorporalis enim in loco non eſt*: vbi vides non negari terrenum Paradiſum homini, vt corporali, ſed vt ſpirituali. 2. quia [m] fatetur ex Paradiſo egredi Tigrim, Euphratem, Geon quem Nilum: & Phiſon quem Gangem, vocat: flumina corporalia certè. 3. quia omnes [n] ait fateri in eo extitiſſe Paradiſo ligna rationabilia. Quod ſi de Paradiſo intelligatur myſtico, verum erit equidem: ſi de literali Geneſis. 2. id erit abſolutè falſum. Nec ignorare Ambroſius potuit Epiphanium, & Baſilium contrarium ſentire.

[h] *libro de Paradiſo.*
[i] *epiſt. 42.*
[k] *ob cuius interpretationis ſtructuram dixit Paradiſum non fuiſſe terrenum: ac in eo haberi ligna viuificationis ſpirantia, & rationabilia.*
[l] *libro de Paradiſo cap. 1.*
[m] *ibid. cap. 3.*
[n] *epiſt. 42.*

De loco, ſiue ſitu Paradiſi.

CAP. XII.

PRIMA [a] opinio arbitratur, *vniuerſam terram hunc Paradiſum eſſe.*

Contra. extra Paradiſum creatus eſt homo: deinde in Paradiſum introductus: ac denique extra eiectus. At neque extra terram creatus eſt: aut poſt creationem in terram de

[a] *videtur eſſe Ioſephi 1. Antiq. 2.*

nouo introductus:aut ab vniuerſa terra eiectus.

[b] Secunda, *eſſe extra quam incolimus terram,nimirum vltra Oceanum.*

Contra.1.veriſimile non eſt, tanto tractu,ad nos Tigrim,& Euphratẽ venire.2. cõpertum eſt nauigationibus vatiis,vltra Oceanum nullam eſſe terram:imò neque totam terram ab Oceano [c] cingi

Tertia,*eſſe locum ſublimem, vſque ad globum Lunæ pertingentem.*

Contra.1.hæc inhabitatio foret inſalubris omninò:propter nimiam cùm ſubtilitatem, tùm [d] agitationem aeris. 2. eſſet conſpicuus hic paradiſus alicui regioni terræ 3.nobis,vel antipodibus, aliquando Solis,ac Lunæ eriperet conſpectum. 4. ſi competens eſſet proportio coni ad baſim:non caperet tota terra huius paradiſi baſim,cum Mathematici doceant,à terra ad Lunæ globum interſedere [e] centum millia milliariorum,adiectis nouem millibus nongentis triginta ſeptem.

[f] Quarta, *Paradiſum in Meſopotamia fuiſſe: ſed diluuij diſſipatum aquis.*

Contra 1. hæc opinio noua eſt,& PP. ac Scholaſticis repugnat. 2. [g] *fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ Paradiſum,qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomẽ vni Phiſon: nomen fluuij ſecundi Geon: nomen tertij Tygris: Fluuius autem quartus eſt ipſe Euphrates.* At Euphrates, & Tygris fluunt quidem per Meſopotamiã:ſed ex Armenia oriũtur. Phiſon, & Geon,neque in Meſopotamia fontes habent: neque in ea [h] vllo reperiuntur modo. 2. Phiſon, &

[b] *Beati Ephrẽ, commẽtariis in Geneſim, apud Moſem Barcepham Syrum. libro ſuo de Paradiſo.*

[c] *vt volunt authores huius ſententiæ ſecundæ.*

[d] [*à rapidiſſima cœli vertigine.*]

[e] [*id eſt decies ac ſepties maiorem diametro terræ diſtantiã: nimirum quinquies maiorem ambitu terræ, minus ſex ſeptimis diametri*]

[f] *Eugubini, Hieronym. ab Oleaſtro, Vatabli,* [*Pererij*] *in 2. Geneſ. & Ianſenij cap. 143 Concordiæ.*

[g] *Geneſ. 2.*

[h] *Reſpondent Euphratem, & Tygrim, in Meſopotamia coniungi, ac paulo poſt iterum diſiungi: & ita quatuor effici flumina. Verum falluntur aduerſarij. Tum quia ſcriptura non ait flumina aliunde in paradiſum veniſſe:ſed ſatis oſtendit in paradiſo, oriri, & poſt egreſſionem de paradiſo, diuidi. tum quia Phiſon & Geon dicuntur varias circuire regiones. At illa duo capita,nata ex coniunctione Tygris & Euphratis, quæ ab aduerſariis vocantur Geon, & Phiſon: breuiſſimo, & rectiſſimo tractu in mare per-*

ſicum demerguntur:ſi tamen verum ſit ex illa coniunctione duo flumina oriri. Et non potius ex duobus fiat vnum vſque in Perſicum ſinum.

Geon ſunt Gãges, & Nilus:tum quia id [i] grauiſſimi aſſerunt authores,tum quia Hierem.2.v.18.vbi vulgata habet editio. *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?* habent Septuaginta: *vt bibas aquam Geon*:quam lectionem, fuiſſe communem Hierony.teſtatur. Hoc autem nomine [k] intelligitur Nilus,qui per Ægyptum fluit,& cuius aqua turbida:tum denique,quòd [k] Eccleſiaſticus comparare volens Sapientiam Dei quinque celeberrimis fluminibus,ponit primò,Phiſon:deinde, Tigrim: tertiò, Euphratem:quartò,Iordanem:quintò,Geon. At nulla eſt ratio quare Phiſon ſit primum, & Geon vltimum poſt Iordanem: niſi voluerit Eccleſiaſticus obſeruare ordinem,quem inter ſe hæc flumina ab Oriente habent. Quod ſi inter illa ponamus Gangem,& Nilum,Ganges erit primum,& Nilus ſecundum ab Oriente fluens. Ergo per Phiſon intelligitur Ganges, per Geon Nilus. Sed Nilus,& Gãges, nihil ad Meſopotamiam ſpectãt. Igitur,&c.3 Phiſon,& Geon ſunt [l] ingẽtia flumina, & celeberrima. Ergo veriſimile non ex aliis fluminibus,veluti ramuſculos quoſdam,exundare aut aliquando exaruiſſe. At nulli ſimiles fluuij inueniuntur in Meſopotamia oriri.4.deſcribitur Paradiſus à [m] PP. perpetui veris amænitate iucundus. At aquæ diluuij minimè mutarũt temperiem aëris.Ergo ſimilis in Meſopotamia deberet inueniri temperies,quod tamen falſum eſt.5.Henoch.

[i] *Ioſepho* 1. *Antiq.* 2. *Epipha. epiſt. ad Ioan. Hieroſol. Ambroſ. lib.* 2. *Paradiſ. cap* 3. *Hieron. in locis Hebraicis. Aug.*8. *de Geneſ.*7.*&c.*

[k] *cap.* 24. *v.* 34. *& ſeqq. Qui implet quaſi Phiſon* (*à* פִּשָׁה *paſchah, redundauit*) *ſapientiã: & ſicut Tygris in diebus nouorũ. Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum: qui multiplicat, quaſi Iordanis in tempore meſſis. Qui mittit diſciplinam, ſicut lucem & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ. Ganges autem eſt fluuius maximè redundans: & Nili incrementum incipit poſt Solſtitium æſtiuum, ac in tempore vindemiæ ſolet pleniſſimum eſſe.*

[l] *alioquin ea non adſcripſiſſet Moyſes, & Eccleſiaſticus cum maximis aliis fluminibus: aut Eccleſiaſticus voluiſſet eis Sapientiam Dei comparare.*

[m] *Baſil. lib.* 2. *de Paradiſo Damaſcen.* 2. *fid.* 11. *Auguſt.* 14. *Ciuit.* 10. *&c.*

& Helias traſlati in Paradiſum terreſtrem fuerunt? tum quia id grauiſſimi teſtantur [n] PP. tum quia Eccleſiaſtici [o] 44. legimus *Henoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in Paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam.* Etſi enim in Græco non ſit [p] vox, *Paradiſi*: eſt tamen in editione vulgata à Concil. Tridentino autentica probata. Non fuerunt autem tranſlati in Meſopotamia: maxime Helias. Ergo in Meſopotamia non erat Paradiſus terreſtris.

[n] *Irenæ. 5. cap. 5. Athanaſ. epiſtola, Quod Nicæna Synod. &c. Hierony. epiſt. ad Pammach. de erroribus Ioan. Hieroſolym. Aug. 1. de peccator. mer. 3.*
[o] *v. 16.*
[p] *quæ ibi nequit accipi pro cæleſti Paradiſo: quod in eo non fuerit tráſlatus Henoch.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. XIII.

PRIMA, fuit Paradiſus plantatus in Eden ad Orientem Geneſ. [a]. 2. At Eden eſt in Meſopotomia, vt colligitur ex Gen. 4. [b] *Egreſſus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam in Eden.* Item [c] 4. Reg. 19. & Ezech. 27. [d] *Charan & Chene, & Eden negociatores tui.*

[a] *v. 8.*
[b] *v. 16.*
[c] *v. 12.*
[d] *v. 23.*

Secunda in Meſopotamia reperiuntur illa quatuor flumina.

Tertia, Meſopotomia eſt amæniſſima.

Quarta, quidquid ſit: notum eſt vnde originem Tigris & Euphrates deducant. At ibi nullus talis Paradiſus inuenitur.

Ad primi Maiorem, Eden in ſcriptura, nunc ſignificare locum, nunc delicias, atque voluptatem: vt perſpicuum linguæ Hebraicæ peritis. In illo autem Geneſ. 2. non pro loco, ſed deliciis ſumitur, ſicut conſtat tum ex [e] vulgata editione: tum ex Hieronymo in qq. Hebraicis. Ad Minorem, ſignificari quidem his in locis, per *Eden* locum aliquem certum: ſed non Paradiſum. 1. quia non eſt probabile Cain habuiſſe pro exilio Paradiſum. 2. quia ex Eden, prope Meſopotamiam, nullum flumen oriri, compertiſſimum eſt.

[e] *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio.*

Digitized by Google

f cap. 12.

Ad.2.negatur, vt [f] demonſtratum eſt. Ad 3. non tantam eſſe, quæ in paradiſo deſcribitur fuiſſe. Ad 4. [g] Auguſtinus reſpondet: *Quoniam locus ipſe Paradiſi à cognitione hominum eſt remotiſsimus, inde quatuor aquarum partes diuidi credendum eſt: ſicut fideliſsima Scriptura teſtatur. Sed ea flumina, quorum fontes noti eſſe dicuntur, alicubi eſſe ſub terras, & poſt tractus prolixarum regionum, locis alijs erupiſſe: vbi, tanquam in ſuis fontibus, noti eſſe perhibentur. Nam hoc ſolere nonnullas aquas facere, quis ignorat?*

g 8. de Geneſi. 7.

Reſtat ergo vera ſententia: *ignorari ſcilicet ab hominibus locum Paradiſi.*

Paradiſum iſtum adhuc ſupereſſe.

Cap. XIIII.

a 2. de peccato Originali. 23.

Primò, quia Auguſtinus videtur id ad fidem referre: [a] *Eſſe* (inquit) *illum Paradiſum fides Chriſtiana non dubitet.*

Reſpondent, ſolùm velle, dubitandum non eſſe, Paradiſum, reale aliquid fuiſſe: non autem quid parabolicum.

Contra. 1. ſuperius dixerat, poſſe ſine diſcrimine fidei, quæri, qualis, vel vbi ſit iſte Paradiſus. At ſi non extare dubitaretur: potius quærendum eſſet: an reuera ſubſiſteret. 2. [b] ait Paradiſum, ita ſine dubio extare ſicut conſtat Henoch & Heliam in corporibus viuere. At, certum eſt non ſolùm vixiſſe, ſed etiam nunc quoque viuere.

b *ibid. continuò vel* (inquit) *cũ quæritur vbi ſint nunc Helias, vel Henoch: an ibi, an alibi: quos tamen nõ dubitamus, in quibus nati ſunt corporibus viuere.*

Secundo, ea eſt antiquorum & omnium ferè [c] Scholaſticorum opinio.

Tertiò, certũ eſt Henoch, & Heliam viuere, vel ergo ſunt in cœlo, aut in aere: & hoc non: vel in terra. At nullus eſt aptior locus, dumtaxat, illo Paradiſo terreſtri.

c 2. *Sent.* 17. *diſtinct. ác D.*

Quartò, ſicut probatum eſt, Enoch fuit in Paradiſum illum tranſlatus. Si ergo aquæ Diluuij

obruerunt Paradiſum, quo euolauit? *Thom. 1. p. q. 102. ar. 1.*

Quintò, ſit obrutus aquis diluuij Paradiſus, certè non fuerunt omnes eradicatæ arbores, vnde namque columba attuliſſet ramum oliuę viridem? nec aeris temperies mutata. Ergo poſtea amænitas loci redire potuit.

Obiicitur primò, propoſitiones vniuerſales ſcripturæ non ſunt reſtringendæ. Sed vniuerſaliter ſcriptura dicit aquas diluuij cooperuiſſe montes ſub vniuerſo cœlo.

Secundò, non ſunt multiplicanda ſine ratione miracula. At ſi non fuit Paradiſus aquis obrutus diluuij, certè aqua quæ. 15. cubitis ſuperior fuit vniuerſæ montibus terræ, debuiſſet miraculo ſuſpendi ne in Paradiſum irrumperet.

Tertiò, fruſtra laboraſſet Noe in arca fabricanda, cum in huiuſmodi Paradiſum cum animantibus facilè potuiſſet transferri.

Ad primum, negatur Maior, quando res poſtulat, nec vlla abſurditas ſequitur ex reſtrictione. Ad Minorem admittitur. Sed etiam eſt illa ibidem vniuerſalis, [d] *Mortui ſunt vniuerſi homines, remanſitque ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca*: & tamen cōſtat Enoch tūc vixiſſe nec fuiſſe in arca. Ergo ſicut hęc debet intelligi de hominibus vitam in cōmuni terra degentibus, & reſtringitur propter Enoch: ſic illa: *Cooperti ſunt omnes montes*, intelligenda eſt de terra habitationi hominum communi ordinata, & merito reſtringi debet, vt patet [e] infra.

[d] *Geneſ. 7. ad finem.*

[e] *in 2. reſponſione ad 2.*

Ad 2. reſpondeo, [1. militare in aduerſarios: quia vt vnum effugiant miraculum multiplex effingūt. primum, *Enoch ſuſpenſum in aere vel in igne, vel in cœlo*, ſecundum: ſi in aere, *non fuiſſe obrutum imbribus.* ſi in igne: *non combuſtum*: ſi in cœlo, *datam penetrationem corporum*, tertium, vbicumque fuerit, *nullo cibo, & potu vixiſſe*, 5. in regionibus minime compatibilibus naturaliter cum vita mortali diu cōſeruatum.]

Reſpondeo. 2. rationem multiplicati miraculi eſſe, tum conſeruationem [f] decentem Henoch:

[f] [*decebat enim vt qui nondum plene beatus & ca-*

lo dignus: ſupra tamen vitam mortalem communem eleuatus conſeruabatur: in loco degeret & inferiorem cælo, ratione fœlicitatis: & ſuperiorem, quocũque alio terræ loco.]

[tum dignitatem loci: in quo nullus peccatorum verſaretur, aut verſare valeret,] tum quia ea ſolum debuit deſtrui terra, quæ inſeruire poſſet vſui peccatorum: propter quos inundata eſt terra.

Ad 3. reſpondeo. 1. non fuiſſe Paradiſum, conuenientem hominibus locum ſubiectis calamitatibus huius vitæ: qualis erat Noe. 2. ita placuiſſe Deo Noe præſeruare: ſicut in ſcripturis paſſim plurima occurrunt: quæ aliter poterant facilè fieri.

In Paradiſo non ſolum homines ſed etiam animantia futura fuiſſe ſtante Innocentia ſtatu.

Cap. XV.

[a] 2. *fid.* 11.
[b] 1. *p. q.* 102. *ar.* 2.
[c] 14. *Ciuit.* 11.

NEGANT [a] Damaſc. & [b] D. Thomas: probatur tamen, Primò authoritate [c] D. Auguſtini; *In Paradiſo* (inquit) *corporali, cum duobus illis hominibus maſculo, & fœmina animalia etiam terreſtria cætera ſubdita, & innoxia verſabantur.*

Secundò, caruiſſet non modico Paradiſus ornamento: ſi nulli in aquis piſces, in ſyluis aues, in terra pecora.

Tertiò, collatum fuerat homini imperium in animantia. At, ſi nulla cum ipſo adfuiſſent: quibus, precor, imperaſſet?

Obiicies, potuiſſent de ligno vitæ animalia ſumere. Ergo immortaliter viuere. 1. Negatur Antecedens: nec enim ſumpſiſſent, niſi ſibi congruentes cibos. 2. negatur conſequens, ſi quidem lignũ vitæ, non ex natura ſua, ſed, *inſpiratione* (vt Aug. [d] loquitur) *ſalubritatis occulta immortalitatem hominibus contuliſſet*: [quam non decreuerat Deus animantibus conferre.]

[d] 8. *de Geneſ.* 4.

Quid

Quid Cherubim cuſtodientia Paradiſum fuerint.

CAP. XVI.

THEODORETVS [a] arbitratur fuiſſe quædam ſpectra, atque horribiles animantium formas.

[a] *q. 40. in Geneſim.*

Contra. credibile non eſt, his rebus fictiis, deterreri potuiſſe Adamum. Vera ergo ſententia docet, per *Cherubim*, ſignificari veros, & reales Angelos. ita enim ſentiunt Aug. Eucherius, Rupertus, & alij paſſim.

Cur dicatur lignum ſcientiæ boni & mali.

CAP. XVII.

PRIMA ſententia eſt [a] Ioſephi arbitrantis, id dictũ, quòd arbor illa, vim acuendi ingenium, & augendi prudentiam haberet. quem ſententiam ſequuti ſunt hæretici [b] Ophitæ

Contra. 1. non eſt probabile hominibus prohibuiſſe Deum ingenij & prudẽtiæ augmentum. 2. Adam rudis ingenio non erat ſed ſapientia perfectus. Ad quid ergo huiuſmodi cibum deſideraſſet?

Secunda [c] eaque communis, ac Bellarmini: ita hoc lignum nuncupatum, quod guſtatũ experien-

[a] 1. *Antiq.* 2.

[b] *apud Epiph. hereſi* 37. *qui Serpentem colebant: quòd author fuiſſet eſus ligni ſcientiæ.*

[c] *D. Aug.* 14. *Ciuit.* 17.

Theodoret. quæſt. 26. in Geneſ. Eucher. lib. 1. in Geneſ. Magiſtri, cum Scholaſt. 2. diſtinct. 17.

Digitized by Google

tia doceret ex conſecutione mali ſiue miſeriarum multarum: quantum interſederet diſcrimen inter bonum.

[[d] Tertia, ita vocatum * quod diabolus promiſiſſet falſo, ex huius cibi vſu, ſcientiam maximam homini.]

[a] [Ruperti 2. Trinit. 27. Toſtati in 13. Geneſ q. 154. & 155. Pererij in 2. Gen.

[c] [probatur hæc ſententia, tum quia ſerpens in ſua promiſſione mẽdax fuit. Ergo de ſcientia experimentali cibus nõ erat: hanc enim reuera conſequutus eſt Adã, tum quia dictum ſit per Ironiam, vel à Deo, vel ab Angelis: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens, &c. At ſcientiam hanc experimentalem neque Deus, neque Angeli boni habent.]

Quid contuliſſet lignum vitæ.

CAP. XVIII.

AVGVST. [a] (quem Scholaſtici maxima ex parte ſequuntur) arbitratur vſum ligni vitæ inſeruiſſe, ad perfectè reparandum humidũ radicale: quod aſſidue per actionem naturalis caloris conſumitur, atque proinde, ſæpe iterato huius ligni eſu immortalitatem conſecutum hominem.

Alii contra putant ſemel guſtatum hoc lignum immortalitatem allaturum.

Primò ex multis [b] PP.

Secundò, alioquin cur dixiſſet Deus? *Ne forte mittat* (ſcilicet homo) *manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Si enim ſemel guſtatum immortalitatem non contuliſſet: Nulla ratio inerat timendi ne de illo ſumeret ligno.

Reſpondent, primò, Dominum Ironicè loquutum.

Secundò vocem עלם Golam *in æternum* quod ibi ſcribatur ſine ו *Vau*, ſignificare tantum, longũ

[a] 14. Ciu. 26.

[b] Chryſoſt. hom. 18. Theodor. q. 26. in Geneſ. dum aiunt poſitum hoc lignum in obedientiæ præmium. Nam id præmium inuariabilem immortalitatem importat. Iren. 3. cap. 37. Hilar. in Pſal. 66. Nazianz. orat. 2. de Paſchate Hieron. in 65. Iſaiæ, &c.

Digitized by Google

tempus, vt [c] Hierony. obſeruat.

Ad 1. negatur: alioquin cur tanta cum cura, atque cuſtodia prohibitus fuiſſet Adamo, Paradiſi ingreſſus? [c] *in* 1. *ad Galatas.*

Ad 2. hanc obſeruationem non ſemper veram eſſe, confunduntur enim ſæpius עלם, & עולם Hierony. autem non ſimpliciter dixit ſignificare longum tempus עלם: ſed, ſpatium 50. annorum.

At certè id nequit ſpatium ſignificare in hoc loco Geneſis. Nam timendum non erat, ne, ex eſu ligni, ad annos 50. viueret Adam: qui ſupra 900. ſine hoc vixerit ligno.

Vtraque ſententia defendi poteſt: ſed poſteriorem putat probabiliorem Bellarminus.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XIX.

Prima, collocarat Deus in medio Paradiſi lignum vitæ, præcepitque, homini dicens: *Ex omni ligno Paradiſi comede.* Igitur non ſemel de ligno vitæ guſtaturus erat.

Secunda, minimè tranſlati fuiſſent homines ad beatam vitam atque immortalē, ante completum electorum numerum. Ergo interea opus remedio erat: quo ſenium declinarent & mortem. Nullum autem aſſignari valet præter lignum vitæ.

Ad 1. reſpondeo 1. fortaſſe Adamum ignoraſſe ſitum vitalis arboris. 2. Etſi cognouiſſet, tamen non niſi tempore congruo de ipſo guſtaſſet, nimirum proximè in ſummam tranſiturus beatitudinē.

Ad 2. Reſpond. 1. antecedens non adeo certum, & negatiuam videri probabiliorem. [Nec enim par erat, vt, cum per ſe patens eſſet ianua cœlorum:

Digitized by Google

alij longiſſimè protraherentur propter alios,ab ingreſſu illius.] 2. non adeò fuiſſe in longum, deductum vniuerſalis tranſlationis omnium tempus, vt fuerit neceſſarium,antea longè,ſumere de ligno vitæ. [3. ſicut ſemel guſtato vitæ ligno, immortalitas homini ſtata permanebat: ſic nihil referre,quo tempore, de illo ſumpſiſſent homines: cum virtus immortalitatis permanſura foret.]

FINIS CONTROVERSIÆ PRIMÆ.

Digitized by Google

SECVNDA

CONTROVERSIA

GENERALIS,

Quæ eſt

DE AMISSIONE

gratiæ, & ſtatu Peccati.

Sex libris explicata.

Digitized by Google

INDEX
LIBRORVM, ET
CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

Qui eſt de Peccato in genere.

Cap. j. *Definitio peccati.*
ij. *Partitiones peccati.*
iij. *Variæ acceptiones venialis peccati.*
iiij. *De diſcrimine mortalis, & venialis peccati, opiniones.*
v. *Refelluntur Iouinianus, & Pelagius heretici.*
vj. *Diluuntur obiectiones Pelagianorum.*
vij. *Refellitur error wiclefi, & Caluini.*
viij. *Refellitur ſententia Lutheri.*
ix. *Peccatum veniale, naturâ ſuâ à mortali diſtingui, ex ſcriptura probatur.*
x. *Probatur ex Canonicis decretis, ac PP.*
xj. *Idem ratione probatur.*
xij. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturâ petitæ.*
xiij. *Soluuntur petitæ ex PP.*
xiv. *Soluuntur ex ratione ductæ.*

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt de cauſa Peccati.

Cap. j. & ij. *ERrores, circa primariam cauſam peccati.*

iij. *Sententia Zuinglij, & Caluini dumtaxat.*

iiij. *Ex ſententia horum ſequi, Deum eſſe proprie peccati authorem.*

v. *Ex eadem ſententia ſequi, Deum propriè peccare.*

vj. & vij. *Ex eadem ſententia ſequi, Deum ſolum peccare. Item, peccatum eſſe tantùm opinionem falſam.*

viij. *Probatur ex ſcripturâ.* 1. *Deum peccare non poſſe.* 2. *non eſſe peccati authorem.*

ix. *Idem ex PP.*

x. *Idem rationibus.*

xj. xij. xiij. xiv. xv. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis ducta.*

xvj. *Soluuntur ex Auguſtino petita.*

xvij. *Soluuntur ex ratione.*

xviij. *Soluitur obiectio Theologica.*

LIBER TERTIVS.

Qui eſt de primi hominis peccato.

Cap. j. *AN potuerit tentari, & peccare Adam.*

ij. *Cur permiſerit Deus hominem tentari, quem caſurum ſciebat.*

iij. *De ſerpente, qui Euam ſeduxit.*

iiij. *Quale fuerit primum peccatum primorum parentum.*

v. *Soluuntur obiectiones.*

vj. *Primos parentes amiſiſſe Fidem: & quænam fuerit infidelitas eorum.*
vij. *Adamum, propriè non fuiſſe ſeductum.*
viij. *Primum Adami peccatum, non potuiſſe veniale eſſe.*
ix. *An grauius peccauerit Adam, quam Eua.*
x. *De grauitate peccati Adami.*
xj. *De pœnâ primi peccati.*
xij. *De Pœnitentiâ, & ſalute primorum parentum.*

LIBER QVARTVS.

Qui eſt de Exiſtentiâ originalis peccati.

Cap. j. *QVi ſcripſerint de peccato originali.*
ij. *Opiniones de exiſtentia originalis peccati.*
iij. *Probatur eſſe peccatum originale ex 5. Romanorum.*
iiij. *Idem probatur ex alijs ſcripturæ locis.*
v. *Ex PP. ante Pelagianam hæreſim.*
vj. *Ex definitione Eccleſiæ.*
vij. *Rationibus probatur.*
viij. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.*
ix. *Refelluntur obiectiones ex PP.*
x. *Diluuntur ex rationibus.*
xj. *De origine animæ.*
xij. *Quomodo peccatum originale trahatur.*
xiij. *Si Adam non peccaſſet, quid nobis accidiſſet.*
xiv. *Ad filios etiam Fidelium originale peccatum pertinere.*
xv. *De Conceptione B. Mariæ.*
xvj. *Argumenta Soluuntur.*
xvij. *Mendacia Kemnitij de Conceptione B. Mariæ.*
xviij. *Non tranſire ad poſteros, per generationem omnia peccata parentum.*

LIBER QVINTVS.

Qui eſt de eſſentia originalis peccati.

Cap.j. & ij. R*Efellitur primus error, ſiue opinio Illyrici de natura originalis peccati.*

iij. *Soluuntur Illyrici argumenta.*

iiij. *Refellitur ſecundus error, qui multorum Lutheranorum eſt.*

v. vj. vij. *Proponitur, & refellitur tertius error, ex ſcripturis.*

viij. *Refellitur ex PP.*

ix. *Refellitur rationibus.*

x. *Soluuntur argumenta ducta ex epiſtola ad* Romanos.

xj. *Soluuntur ducta ex aliis ſcripturæ locis.*

xij. xiij. *Soluuntur ex PP.*

xiiij. *Soluuntur ex ratione.*

xv. *Refellitur ſententia Petri Lombardi.*

xvj. *Refellitur error Pighij, & Catharini.*

xvij. xviij. xix. *Vera ſententia de natura originalis peccati.*

xx. *Soluuntur obiectiones.*

LIBER SEXTVS.

Qui eſt de malis conſequentibus originale peccatum.

Cap.j. V*Ariæ ſententiæ de ſtatu poſt hanc vitam, morientium in originali peccato.*

ij. *Morientes in peccato originali, ſunt abſolutè damnati. Et carent in æternum beatitudine naturali.*

iij. *Refelluntur obiectiones.*

iiij. *Infantes in peccato originali morientes, non patiuntur pœnam ignis.*
v. *Soluuntur obiectiones.*
vj. *Paruuli huiuſmodi damnati, patiuntur internum dolorem, quamuis mitiſſimum.*
vij. *Soluuntur obiectiones.*
ab viij. ad xiij. incluſiuè. *De malis ex peccato originali, in hac vitâ.*
xiv. *Oſtenditur, concupiſcentiam eſſe vitium naturæ.*
xv. *Non ſolum concupiſcentiam: ſed omnes humanas miſerias eſſe pœnas peccati.*
xvi. *Quid ſentiant hæretici de effectu originalis peccati.*

Digitized by Google

CONTROVERSIA SECVNDA GENERALIS.

Quæ eſt

DE AMISSIONE GRATIÆ, ſiue ſtatu peccati.

LIBER PRIMVS.

Qui eſt de peccato in genere.

Definitio Peccati.

CAP. PRIMVM.

VITIVM, [a] & Peccatum differunt, quòd, peccatum ad actum, vitium ad habitum referatur. Eſt autem peccatum, generaliſſimè ſumptum, [b] *transgreſsio legis.* ἡ ἁμαρτία (inquit [c] B. Ioan.) ἐστὶν ἡ ἀνομία. Moraliter ſumptum: *Eſt* [d] *dictum, vel factum, vel concupitum, contra legem æternam,* inquit [e] Auguſt. dicitur, *dictum, factum, concupitum.* 1. vt exprimatur materiale peccati: nimirum ipſa actionis deformis, ſiue omiſſionis, ſubſtantia. 2. vt omnia actionum comprehenderentur genera: nimirum [f] ſpiritualium, corporalium, & ex vtriſque mixtorum.

Dicitur, *contra legem*, ad ſignificandum formale peccati, quod in deuiatione à lege conſiſtit.

Dicitur, *æternam*, vt omnes includerentur leges, & ipſa legum radix. Si quidem omnis lex, ideo talis eſt, quia congruit cum æternâ lege.

Non meminit omiſſionis Auguſtinus: quia facilè negatio ex affirmatione colligitur.

[a] *Ariſtot. 7. Eticor. 8. comparat vitium hydropiſi: Auguſtinus libro de perfectione iuſtitiæ cap. 4. comparat curuitati tibiæ: peccatum verò claudicationi.*

[b] *Auguſt. 2. de conſenſu Euangeliſtarum. 4.*

[c] *1. cap. 3. v. 4.*

[d] *ſcilicet voluntarium.*

[e] *22. contra Fauſtum, 27.*

[f] *videlicet deſideriorum, ex corde: factorũ, ex manu: verborum, ex lingua prodeuntium.*

Digitized by Google

Partitiones peccati. CAP. II.

Peccatū diuiditur.

- Ab obiectis. Hæcque partitio ſpecifica eſt. Nam ab obiectis peccata ſpeciem ſumunt { in
  - Spiritualia quæ nos ſimiles dæmonibus reddunt: & à Latinis ſcelera, ac flagitia vocantur.
  - carnalia: à Latinis flagitia dicta: quæ nos belluis efficiunt ſimiles
- Ab origine { in
  - Actuale: quod ſcilicet à propria voluntate patratur.
  - Originale; quod à primo trahitur parente.
- A lege { in
  - commiſſionem; quæ pugnat cum lege negatiua, ſiue prohibitiua
  - omiſſionem: quæ pugnat cum affirmatiua lege.
- A læſis perſonis. { in peccata contra
  - Deum
  - Proximos { vnde
    - Paulus ad Tit. 2. v. 12. ait *Sobriè*, ſcilicet quoad nos: *iuſtè*, nimirū quoad proximos: & *piè*: videlicet quoad Deum, *viuamus, in hoc ſæculo*.
    - Dauid petit Pſal. 50. Spiritū ſanctum, ſpiritum rectum, ſpiritū principalem.
  - Noſmetipſos.
- A grauitate: in
  - Læthale, ſiue mortale quod planè auertit à Deo, & damnationem meretur æternam: crimenque vocatur.
  - Veniale ſtrictè ſumptum; ſcilicet quod curſum in Deum, non nihil impedit: & facili negotio expiatur.

Variæ peccati Venialis acceptiones.

CAP. III.

Aliquid, Veniale dicitur Peccatū

- *A cauſa.* nimirum, quia ex ignorantia, vel infirmitate procedit: quamuis fortaſſè ſit reuera peccatum mortale. Vnde illud Pauli 1. Timoth. 2. v. *Miſericordiam conſequutus ſum: quia ignorans feci, in incredulitate.*
- *ab Euentu.* nimirum, quia per Pœnitentiam expiatur. Veniabilis culpa (inquit Ambroſ. lib. de Parad. cap. 14.) quam ſequitur profeſſio delictorum.
- à natura, ſiue ex ipſa ratione peccati: id eſt, quod non cõtrariatur charitati funditus: ſiue nõ eſt charitati incompatibile. Hæc eſt propria, & ſtricta peccati venialis acceptio.
  - Ex genere ſuo: nimirum quando obiectum, eſt quidem res mala: ſed quæ non auertat omnino à Deo: quale eſt verbum otioſum.
  - Ex imperfectione operis ſcilicet, quando obiectū eſt malum graue, auertitque omnino ab amore Dei ſupernaturali. tamen non plenè animus in id obiectum tendit.
    - ex ſurreptione vt ſubiti motus vindictæ: quibus non plenè conſentit voluntas.
    - [.·.]
    - ex paruitate materiæ: vt furtum vnius oboli.

De diſcrimine mortalis, & venialis peccati, variæ opiniones.

CAP. IIII.

IOVINIANVS, [a] *Omnia peccata, æqualia dicebat.* [b] Pelagius, *quolibet peccato iuſtitiam amitti: omnia proinde, mortalia eſſe.* [c] Ioannes wiclef: ſi per mortale intelligatur, mortis inductiuum æternæ, *omnia eſſe mortalia:* ſi, quod de facto mortem adducit ęternam, *eſſe reproborum, lethalia omnia: electorum, venialia.* Idem [d] Caluinus ſentit. In eo ſolùm differunt, quod wiclef, omnia electorum peccata venialia faciat: Caluinus, non niſi quæ poſt fidem patrantur adeptam. wiclef, velit ea eſſe ex natura ſua venialia: Caluinus verò: quia electi in fide manent etiam cum peccant.

[e] Lutherus, 1. Omne peccatum ex natura ſua mortale aſſerit. 2. ex ſola Dei miſericordia veniale fieri per non imputationem, omnibus fidelibus propriam renatis. [f] Melancthon, omnia in renatis voluntaria peccata, eſſe mortalia. Quia excutiunt fidem: inuoluntaria verò, id eſt, motus prauos inuoluntarios, venialia eſſe. At ſententia [g] Catholicorum Theologorum cõmunis eſt, quædam peccata eſſe ex natura ſua mortalia, quædam venialia.

[a] *apud Aug. lib. de hæreſib. cap. 82. & Hieronym. 2. lib. aduerſus Iouinian.*

[b] *apud Hier. 1. & 2. Dialog. contra Pelagia. & Aug. cap. 88. libri de hæreſibus.*

[c] *apud waldenſem tom. 2. de Sacramentis cap. 54. & ſeqq.*

[d] *2. Inſt. 8. §. 59. omne peccatum vult eſſe mortale, lib. 3. cap. 4. §. 28. ait fidelium peccata, eſſe venialia cap. vero 2. §. 11. contendit fidem eſſe donum, proprium electorum: ac ſemel verè habitam, amitti non poſſe.*

[e] *in aſſertione omnium articulorum ſuorum.*

[f] *in locis de diſcrimine peccati mortalis & venialis. in eandem ſententiam incidunt Magdeburg. Cent. 1. l. 2. cap. 4. col. 171. & Kemnit. 1. par. Exam. pag. 926. & 927.*

[g] *2. diſtinct. 42. & D. Thom. 1. 2. quæſt. 88. artic. 1.*

Refelluntur Iouinianus, & Pelagius hæretici.

CAP. V.

PRIMÒ ſcriptura docet quædam peccata eſſe [a] quibuſcum nequit conſiſtere iuſtitia, excluditurque aditus regni cœlorum: & quædã, [b] quibuſcum iuſtitia manet. Ergo non ſunt omnia æqualia peccata.

Secundò, ex [c] Concil. Tridentino: *Licet in hac mortali vita, quantumuis ſancti, & iuſti in leuia ſaltem, & quotidiana quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea deſinunt eſſe iuſti.*

Tertiò, ex PP. [f] Auguſt. *Multi fideles Baptizati ſunt, ſine crimine, ſine peccato autem in hac vita neminem dixerim.* Item. [g] *quamuis diabolus ſit author, & princeps omnium peccatorum, non tamen filios diaboli faciunt, quæcumque peccata.* Caſſiano: [h] *Multum intereſt inter ſancti, & peccatoris hominis lapſum. Aliud eſt enim admittere mortale peccatum, & aliud eſt cogitatione, quæ peccato non careat præueniri.* Gregor. [i] *Hoc inter peccatum diſtat & crimen: quod omne crimen, peccatum eſt: non tamen omne peccatum, crimen eſt: & in hac vita multi ſine crimine, nullus verò eſſe ſine peccatis valet,* &c. Bernard. [k] *Et vnde ſcimus, quia ad diluenda peccata, quæ non ſunt ad mortem, & à quibus plenè cauere non poſſumus, ante mortem ablutio iſta pertineat?*

[a] *Ezechielis 18. v. 24. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius, numquid viuet?* 1. Cor. 6. v. 10. *Neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnũ Dei poſſidebunt.*

[b] *Prou. 24. v. 16. Septies in die cadit iuſtus, & reſurget.* 1. *Ioan.* 1. *v.* 8. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus: & veritas in nobis non eſt vide* Concil. *Mileu. can.* 7.

[c] *Seſſ. 6. cap.* 11. [f] *libro* 1. *contra duas epiſtolas Pelagianorum cap.* 14. *Cyprian. ſerm. de eleemoſyna Ambroſius ſerm.* 16. *in Pſal.* 118. *Nazianz. orat.* 2. *in Iulianum vltra medium: Hieronym. lib.* 2. *aduerſus Pelagianos, non procul ab initio.*

[g] *lib.* 3. *cap.* 3. [h] *collat.* 22. *cap.* 13. [i] 21. *Moralium* 9.

[k] *ſermon. de cœna domini.*

Soluuntur obiectiones Pelagianorum.

CAP. VI.

PRIMA, Deuter. 18. [a] *Perfectus eris coram Domino Deo tuo.* Math. 5. [b] *Eſtote perfecti*, &c. At perfectus dici non poteſt, cui aliquid deeſt.

Ad Maiorem reſpondeo, triplicem eſſe perfectionem vnam actualis, ac nuſquam interruptæ dilectionis erga Deum, atque hæc omni, etiam veniali peccato incompatibilis eſt, [c] alteram dilectionis quidem interruptæ: ſed quæ nihilominus ſpeciali conſecratione Deo dicata ſit, cum actibus ſuis imperatis. Atque [d] hæc ſolum cōſulitur. tertiam denique, dilectionis etiam interruptæ, ſed quæ, etſi non ſit ſpeciali ritu Deo conſecrata, tamen Deum ſuper omnia diligit, hæcque præcipitur omnibus locis in argumento citatis.

Ad Minorem nihil deeſſe perfecto in ſuo genere. Genus autem perfectionis tertiæ, non eſt carere veniali: ſed diligere ſuper omnia Deum.

Secunda, Pſal. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Qui ingreditur ſine macula,* [e] &c.

Reſpondeo, hæc de macula peccati mortalis intelligi. Nam certè Apoſtoli erant immaculati: Et tamen Ioannes dixit. [f] *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.*

[a] *v.* 13.
[b] *v. vlt.*
[c] *Soliſque cōpetit beatis.*
[d] *de hac egimus to.* 2. *libro de Monachis.*
[e] *Pſal.* 17. *v.* 26. *Et ero immaculatus cum eo. Epheſior.* 1. *v.* 4. *Elegit nos ante mundi cōſtitutionem, vt eſſemus Sancti, & immaculati.* 1. *Ioan.* 3. *omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit.*
[f] 1. *Ioan.* 1. *v.* 8. ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν.

Refelluntur

Refellitur error Viclefi, & Caluini.

Cap. VII.

PRIMÒ, Adam erat prædeſtinatus, nunc enim regnat in cœlo cum Deo vt [a] infra probatur. At quis negat læthaliter grauiterque peccaſſe? Secundò, Dauid inter illos certè [b] numerandus eſt, de quibus dicitur: *Cum videritis Abraham, Iſaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei.* At excidiſſe à gratia: per Adulterium, & Homicidium, ipſemet [d] teſtatur.

Tertiò, B. Petri exemplo, qui cum execratione Chriſtum abnegauit.

Quartò, vel prædeſtinati, & iuſti peccare poſſunt læthaliter ex genere ſuo: vel non ſi poſterius. ergo Adulteria, Homicid. &c. in eis, non ſunt læthalia, ex genere ſuo, quod abſurdū eſt. Nam quod tale eſt ex genere ſuo, ſemper ex genere ſuo tale eſt. ſi prius: vel remanet [e] fides iuſtificans: vel non. Si non, ergo reuera, excidunt à gratia in dānationis ſtatū, quod eſt propriiſſimè mortaliter peccare. Si remanet: Ergo. 1. ſimul erit gratia iuſtificans, cum grauiſſimis peccatis: id eſt, iuſtitia cū impietate. 2. fides Chriſtiana erit omniū vitiorum libera ſentina.

[a] *lib. 3. cap. 12.*

[b] *fuit enim Propheta vide etiam Actor. 13. v. 22.*

[c] *Luc. 13. v. 28.* ὅταν ὄψησθε ἀβραὰμ, καὶ ἰσαὰκ, καὶ ἰακὼβ, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.

[d] *Pſal 50. v. 5. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, v. 11. Cor mundum crea in me Deus. Idem aſſerunt P P. Ambroſ. cap. 16. Apolog. Dauid. Aug. tract. in Pſal. 50. Hieronym. epiſt. ad Ocean. Gregor. 22. Moral. 13. Nec refert Dauidem precari v. 12. Ne Spiritus ſanctus auferatur ab eo. Nam* (teſte Aug.) *ſenſus non eſt remanſiſſe Spiritum ſanctum in Dauide: ſed de nouo ei per Pœnitentiam collatum, quem ne auferatur, precatur.*

[e] *cuius intuitu peccata ex ſuo genere mortalia, fiant venialia.*

Refellitur ſententia Lutheri.

CAP. VIII.

PRIMA pars refutata eſt cap. 5. Secunda refellitur. Primò, ſi peccatum, veniale eſt, quia non imputatur. Ergo, pro eo nõ eſt imploranda remiſſio. At ſpectant [a] etiam ad iuſtos hæc verba: Dimitte nobis debita noſtra: & proinde ſe quoque ad venialia extendũt. Igitur venialia non fiunt peccata, per non imputationem.

[a] *Concil. Milevit. can.* 7. *& Auguſt. tract.* 56. *in Ioan.*

Secundò, vel fides conſiſtere poteſt cum Adulteriis, Homicidiis, &c. vel non. Si poſterius: ergo, per quodcumque Adulterium, Homicidium, &c. incurritur hæreſis: & proinde velint, nolint debent multi Lutheranorum ſe hæreticos fateri. verùm [b] inauditum eſt, per quodlibet peccatum, præter infidelitatem hęreſim incurri. Si prius. Ergo, eadem concluſio, quæ in argumento vltimo capitis ſuperioris.

Hinc refellitur prima pars ſententiæ Melanthonis.

Secunda refutabitur infra.

[b] *Aug.* q. 11. *in Math. Inter hæreticos* (inquit) *& malos Chriſtianos hoc intereſt, quod hæretici falſa credunt: illi autem vera credentes, non viuunt ita vt credunt. Vide etiam* 4. *de Baptiſmo contra Donatiſtas.* 18.

Peccatum veniale natura ſua à mortali diſtingui ex ſcriptura probatur.

CAP. IX.

PRIMÒ, Math. 5. [a] *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio*: id eſt fecit aliquid vnde in iudicium vocari poſſit, vt interpretatur [b] Auguſtin. *Qui dixerit Racca, reus erit Concilio*, id eſt culpa eius equidem certa eſt, ſed ambiguum, quanta ſit, vel quantam mereatur pœnam, & ideo Iudices in concilium veniunt. *Qui dixerit fatue, reus erit gehenna ignis*, id eſt eius culpa, & pœna certa eſt, nimirum damnatio æterna. At Dominus ibi abſolutè loquitur: nec diſcutit quid diuina velit miſericordia, ſed res ipſas diiudicat, & peccatorum menſuram. Ergo hæc diſtinctio peccatorum naſcitur ex rei natura. At proculdubio mortale peccatum eſt quod ſine controuerſia gehennã meretur: veniale autem quod adeo leue eſt, vt ſolum mereatur in iudicium vocari. Igitur mortale & veniale diſtinguntur ex natura rei.

Secundò, comparat Chriſtus nonnulla peccata rebus ex natura ſua leuibus: quædam, ex natura grauibus Math. 23. [d] culicibus, & camelis. Luc. 6 [e] feſtucæ, & trabi. Ergo, proportione morali,

[a] *v. 22.* πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ *immeritò*, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

[b] *lib. 1. de ſer. Dei in monte cap. 9.*

[c] *Aug. ſupra, & Gregor. 21. Moral. 5. arbitrantur eſſe interiectionem iraſcentis, quæ nihil determinatè ſignificet. Hieronym. in 5. Mathæi ſignificare hanc vocem hominem vacuum. Nam à verbo* רִיק *Raiak fit* רֵק *Rek vacuus, & addito.* א *more Syrorum fit* רֵקָא *Racha.*

[d] *v. 24. Duces cæci: excolantes culicem, camelum glutientes.* ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.

[e] *v. 41. cap. verò 12. v. vlt. comparantur quædam peccata minuto, ſiue quadranti nouiſſimo. & 1. Corinth. 3. ligno, fæno, ſtipulis.*

quanta eſt diſtantia, nimirum maxima, inter culicem, & camelum: feſtucam, & trabem: tanta erit, ex naturâ ſuâ, inter quædam peccata.

Tertiò, Iacobi. 1. [f] *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Concupiſcentia verò, cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò, cum conſummatum fuerit generat mortem.* Ergo [g] quidam ex natura ſua motus ſunt, ad mortem peccata: quidam, peccata: ſed non ad mortem: quidam, nullo modo peccata, nimirum inuoluntarij.

[f] v. 14. ἕκαστος δὲ πειράζεται, ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος. καὶ δελεαζόμενος v. 15. εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα, τίκτει ἁμαρτίαν. ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον.

[g] Motus ſine peccato, eſt illectio concupiſcētiæ, ſine conſenſu, motus cum peccato, ſed non ad mortem, eſt volūtarius, ſed imperfectè conſenſus. Nam illum, Iacobus, peccatū vocat: & tamen diſtinguit à peccato conſummato. motus cum peccato ad mortem eſt plenus conſ enſus illectioni concupiſcentiæ.

Probatur ex Canonicis Decretis, ac Patribus.

CAP. X.

EX *Decretis.* Primò. [a] Concil. Milenitanum docet, quædam eſſe in iuſtis peccata: & proinde venialia. [Vel ergo ex natura ſua, talia ſunt: vel ſola non imputatione. Si prius: eſt quod intendimus. Si poſterius. Vel, igitur nuſquam mortaliter peccabunt iuſti, ac gratiam Dei amittent quantumcumque grauia cōmittant cuius contrarium patet in Dauide, B. Petro, &c. vel omnia eorum peccata, erunt mortalia: Ergo, præter Chriſtum, & B. Mariam nulli vſquam fuerunt: aut eſſe poterunt iuſti: cum nemo, ſine culpa viuat.]

Secundò, [c] Concil. Tridentent. docet, mortalia peccata, eſſe neceſſario confitenda Sacramentaliter: venialia verò, non neſſario. Ergo in impiis ſunt venialia ex [d] ex natura ſua. Ergo & mortalia ex ſua natura. tum quia id libenter aduerſarii

[a] can. 6. 7. 8.

[b] quia videlicet omnia eorum peccata, per non imputationem, erunt venialia. *[c] ſeſſ. 14. cap. 5.* *[d] Nam venialia, per, Non imputationem: in ſolis admittunt iuſtis aduerſarij noſtri.*

fatentur. tum quia non ſit maior ratio in venialibus, quam mortalibus.

Tertiò, Pius V. & Gregor 13. damnarunt aſſerentes, *nulla eſſe peccata venialia ex natura ſua.*

Ex PP. primò, quia [e] docent in iuſtis eſſe leuiſſima quædam peccata.

Secundò, quia venialia [f] vocant, peccata leuiſſima, minuta, ac quotidiana.

Tertiò, [g] Origen. *Vnuſquiſque* (inquit) *pro qualitate, & quantitate peccati diuerſam mulctæ ſententiam expendit.* Si parum eſt, quod peccas ferieris damno minuti, &c. [At, ſi peccatum, eſſet veniale per, *non imputationem*: debuiſſet dicere: *pro qualitate peccantis*: non autem, *peccati.*]

Quartò, Hierony. [h] alloquens Iouinianum: Non tibi (inquit) habebunt tantas gratias, quos de humili in ſublime leuas: quantum iraſcentur, quos propter leue, quotidianumque peccatum in exteriores tenebras retruſiſti: At, peccato veniali per ſolam *non imputationem*, nulla fit iniuria, ſi expellatur in tenebras exteriores: cum ſit, ex ſuâ naturâ, mortale.

Idem ratione probatur.

CAP. XI.

PRIMA, peccata in Fidelibus ſunt grauiora, cæteris paribus, quam infidelibus. Luc. [a] 12. Ergo ſi infidelibus, peccata quædam, mortalia ſunt: Et Fidelibus quoque. Igitur non fiunt venialia Fidelibus, per non imputationem: ſed manent mortalia ex genere ſuo, &, ſi quæ venialia ſint: erunt quoque talia ex natura ſua.

Secunda, aduerſarij docent, quædam eſſe peccata, quæ fidem excludunt: quædam, non excludunt,

[e] *Aug. lib. de natura, & gratia, cap. 35. 36. 37. 38. Quia* (inquit) *ſæpè in leuiſſimis, & aliquando incautis obrepit peccatum: iuſti fuerunt: & ſine peccato non fuerunt. Chryſoſt. hom. 24. in Math.*

[f] *Aug. lib. de ſpiritu, & litero cap. 36. in Enchiridio cap. 71. ac ſerm 41. de Sanctis. Origen. homil. 5. in Lucam. Hieron. in 5. Math.*

[g] *ſupr.*

[h] *lib. 2. aduerſus Iouinianũ.*

[a] *v. 47. Seruus qui cognouit voluntatẽ Domini ſui: & non ſe præparauit: & non fecit ſecundum volũtatem eius vapulabit mul-*

tu. v.48. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Et 2. Petri 2.v.21.
[b] *quia eſt incompatibile charitati.*
[c] *quia conſiſtere poteſt cum charitate.*

quia alia voluntaria: inuoluntaria alia. At voluntarium, & inuoluntarium, ad ipſam rei naturam ſpectat. Ergo cogĩtur fateri: iuxta ſententiã ſuam, diſcrimen venialis, & mortalis peti, ex natura rei.

Tertia, mortale peccatum, [b] auertit à Deo ex naturâ ſua: non [c] auertit verò veniale, ergo diſtinguntur ex genere ſuo.

Quarta, quod tale eſt ex natura ſua, eſt vbique tale. Ergo ſi quodcumque peccatũ offendit Deum læthaliter ex natura ſua. Igitur, & Proximum. Hoc autem falſum eſt. Quis enim diceret, dignũ morte illum, qui leuiſſimo, & iocoſo verbo, leuiter læderet amicum?

Soluuntur obiectiones ex ſcriptura petitæ.

Cap. XII.

[a] *Deuter. 27. v. vlt. Ezech. 18. v. 4. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Rom. 6. v.23. Iacob. 2. v. 10.*
[b] *v. 19. ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.*

PRIMA, [a] ſcriptura vniuerſaliter ait reum eſſe mortis, quicumque fecerit peccatum.

Reſpondeo, ſcripturam, hac in parte, intelligendam eſſe, de mortalibus peccatis: alioquin, ſequeretur, (quod tamen aduerſarij non admittunt.) ilicò, atque iuſtus peccat: [b] eſſe maledictum, & plane mortuum. Non enim ſcriptura dicit, poſſe maledici, aut mori: ſed reuera actu talem eſſe.

Secunda, Math. 5. [b] *Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum,* id eſt nullus.

Reſpondeo, loqui Dominum de ſoluentibus mandata Dei, non ſolum factis: ſed etiam doctrinis, ac prauis interpretationibus. 2. per minima, intelligi antiquæ legis precepta, non quia minima ex natura: ſed quia minus perficiant hominem. [3. ſaluo meliori iudicio, minimum fortaſſe dici in regno cœlorum, nõ, *excluſum à gloria*: ſed qui mi-

nimum gradum gloriæ habeat. tum quia obſeruans mandata, ibidem, magnus dicitur in regno cœlorum: non ob quemlibet gradum gloriæ adeptum: alioquin omnes eſſent æquè in gloria magni: ſed propter quemdam eximium gradum. Ergo neque aliquis dicetur minimus in gloria, ob quemcumque gradum gloriæ amiſſum. Sed ob minimum adeptum. tum quia, *eſſe magnum in regno cælorum*, non eſt *eſſe ſupra regnum cælorum*: ſed intra. Igitur, cum proportionaliter loquatur Chriſtus, *eſſe minimum in regno cælorum*, non erit *eſſe infra*: ſed intra. tum quod nulla ſequatur abſurditas ex hac ſententia. At voces in ſcripturis ſunt, vt ſonant ex proprietate, & vſu, accipiendæ: niſi aliqua ſequatur abſurditas. [c] Propriè autem, & ex vſu loquendi, *minimum*, non ſignificat, quod nullum eſt, ſed quod aliquid, quamuis parum in genere aliquo. tum denique: quod inter illa mandata Math. 5. prohibetur dici fratri ſuo Raca: quod ſolum veniale peccatum eſſe, Catholici fatentur. tum denique quod veriſimile ſit Dominum loqui generaliter de omnibus mandatis Dei. At certe etſi quis doceat aliquid non eſſe veniale peccatum, quod tamen tale eſt: non eſt credibile propterea damnari.]

Tertia, præcipitur diſtrictè, Deus ex toto diligendus corde. At huic dilectioni repugnat quotcumque etiam leuiſſimum peccatum.

Ad Minorem veram eſſe de dilectione Dei beatorum: quæ ſine interruptione actualis exiſtit: falſam de dilectione Dei ex toto corde [d] viatorum: ad quam ſufficit, nihil præponere Deo.

Quarta, Ioan. 13. [e] *ſi non lauero te, non habebis partem mecum.* Quod de lotione à venialibus interpretantur [f] Auguſt. atque [g] Bernardus.

Reſpondeo. 1. ſenſum eſſe: *niſi lauero te, hic, vel in alio mundo à venialibus: reuera non intrabis in regnum cælorum.* Non quod, inferant damnationem æternam: ſed quia, [h] nihil intrabit coinquinatum in

[c] *[certò, niſi quis vellet ænigmaticè loqui, dicendo hic minimus eſt in regno Galliæ: nuſquã erit ſenſus: hic non eſt de regno Galliæ: ſed potius: eſt, ſed inter omnes extremus.]*

[d] *exceptis Chriſto, & B. Matre eius.*

[e] *v. 8.* ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ.

[f] *in hunc locũ.*

[g] *ſerm. de cœna domini.*

[h] *Apocal. 21. v. 27.*

beatitudinem æternam. 2. [l] *niſi lauero te, non habebis partem mecum: non propter lotionis defectum : ſed propter inobedientiam* [& hic mihi videtur magis literalis ſenſus.]

Quinta, [k] *Quicũque dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam.* Id eſt, habebit vitam æternam. Ergo ſi minimum opus bonum meretur præmium gloriæ : & minimum malum, ſupplicium merebitur æternum.

Reſpondeo. 1. non dixiſſe, *habebit vitam æternam:* ſed ſimpliciter, *non perdet mercedem.* vnde ſolum ſequitur : minimum malum, non perdere pœnam ſuam: quod certe verum eſt. non tamen propterea, hæc pœna erit damnatio æterna. 2. negatur conſeq. quia, *dare merito minimo maximum præmium*, eſt, ſummæ miſericordiæ & liberalitatis: *inferre minimo demerito ſupplicium maximum crudelitatis eſt.* 3. dare calicem aquæ ex charitate, eſſe magnum opus. proinde cui non opponatur veniale ſed mortale peccatum.

[l] *ita Baſil. li. 1. de Baptiſmo cap. 2.*

[k] *Math.* 10. *v.* 42. ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον, εἰς ὄνομα μαθητοῦ *in nomine diſcipuli*, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

Soluuntur ex PP.

CAP. XIII.

PRIMA Baſil. in [a] quæſtionibus compendio explicatis, docet, nullum eſſe paruum peccatum: omne peccatum eſſe ſtimulum mortis, ac nullum inueniri diſcrimen in nouo Teſtamento inter grauia, & leuia peccata: Reſpond. 1. has qq. eſſe. an potius [b] Euſtathij Sebaſteni, cuius multi errores damnantur in Concilio Gangrenſi, Nam harum author quæſtionum reiicit traditiones non ſcriptas: quas tamen Baſilius [c] recipit. 2. nihil aliud velle quam, *Monachos non debere quantulumcumque negligere peccatum*, cum ab eis exigatur maior perfectio.

Secunda, [d] *ſi ira* (inquit Hierony.) *ſi ſermonis in-*

[a] q. 4.

[b] *huic enim aſcriptas à multis fuiſſe, teſtãtur Sozom. 3. hiſtor. 13. & Niceph 9. cap. 16. ac lib. 13. cap. 29.*

[c] *lib. de Spirituſancto ad Amphilochiũ cap. 27.*

[d] 2. *Dialogo aduerſus Pelagianos ante medium.*

iuria, atque interdum iocus, iudicio, concilioque, & gehennæ ignibus delegatur: quid merebitur turpium rerum appetitio?

Reſpondeo, hæc eſſe diſtinctè, & ita deſtributiuè legenda. *ſi ira delegatur iudicio: iocus concilio: ſermonis iniuria gehennæ ignibus* [e] &c. Non enim ordinis rationem Hierony. obſeruare voluit: ſed ſolum numeri: atque alludere ad verba Domini, quæ ante paulò adduxerat.

[e] *quid merebitur turpium rerum appetitio?*

Tertia, *Quis* (inquit [f] Auguſt.) *Cum ſpe aliqua adipiſcendæ ſalutis æternæ, de hac vita migraret, manente illa ſententia quod quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno factus eſt omnium reus: niſi poſt paululum ſequeretur, ſuperexaltat autem miſericordia iudicio?* Quibus videtur velle, omnia peccata ex ſe damnationem mereri æternam.

[f] *2. de peccat. meritis & remiſſ. cap. 3.*

Reſpondeô, ſenſum eſſe. *Quia certo conſtat per mortale peccatum ſalutem amitti. Nullus autem certus eſt an ritè pœnitentiam egerit: Niſi confideret in miſericordia: qua ſe pœnitentiam egiſſe, probabiliter arbitratur, deſperaret de ſalute.*

Quarta, [g] *Cum rex iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor?* &c. Item, [h] *Væ etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam.*

[g] *epiſt. 29.*
[h] *9 Confeſſ. cap. vlt.*

Reſpondeo, loqui Auguſtinum de Purgatorij pœna, quam vix vlli homines iuſti, niſi ex magna Dei miſericordia, euadunt. Nam in illo poſteriori loco, oraturus pro matris anima, quam tantopere laudauerat, ne quis miraretur, rationem reddit, cùm ait: *Væ laudabili vitæ*, &c. At ſi illud, *Væ*, reſpiceret damnationem æternam: non ſufficientem redderet, Auguſtinus rationem, nec enim pro damnatis orare licet.

Quinta multis in [i] locis Auguſtinus docet, multa venialia peccata ſimul collecta, damnare hominem. Vnde ſequi videtur, ſi pauca non damnent, id ex miſericordia Dei contingere.

[i] *epiſt. 29. 108. conc. 3. in Pſal. 118. ac tract. 1. in epiſt. Ioannis.*

[k] Reſp. damnare, non eſſentialiter, ſed diſpo-

[k] *ita D. Tho. 1. 2. q. 88. ar. 3.*

[l] *Eccleſiaſtici 19.v.1.*
[m] 10. *Moralium.14.*

ſitiuè:quia nimirum,vt inquit ſapiens: [l] *qui ſpernit modica, paulatim decidit*, & Gregor. [m] *Si curare parua negligimus, inſenſibiliter ſeducti, audenter etiam maiora perpetramus.* Id eſt,neglecta venialia ad mortale faciliter perpetrãdum diſponunt. Sicut vulnus curabile, ſi negligatur gignit paulatim apoſtema læ tiferum.

Soluuntur obiectiones ex ratione ducta.

CAP. XIIII.

PRIMA, quælibet culpa, iuſtè poteſt à Deo puniri,qualibet pœna, & proinde æterna. Quia quælibet culpa,eſt grauius malum qualibet pœna. Ergo veniale peccatum,ex natura ſua,pœnam meretur æternam,& mortale conſequenter erit.

[a] *Sicut dixit Auguſtinus 3. aduerſus Iulianum, cap. 18. Bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus. Poteſt aliquos,ſine bonis meritis liberare: quia bonus eſt: non poteſt quemquam ſine malis meritis damnare: quia iuſtus eſt.*

Negatur ſimpliciter Antecedens. Quia etſi Deus tanquam Dominus poſſit, de ſuis rebus facere quidquid libuerit: verùm [a] bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus. Poteſt aliquos remunerare ſupra condignum:quia bonus eſt: non poteſt quemquam, ſupra condignum punire, quia iuſtus eſt. Ad probationem:peccatum non debere puniri ęque graui malo: alioquin, peccatum peccato puniendum eſſet:ſed pœna in genere pœnæ,ſolùm punitiuæ,ei proportionata,quæ ſemper minor erit, in genere mali:quam ſit quodcumque peccatum: cum peccatum ſit proprie,& abſolutè malum: pœna non niſi impropriè: & ſecundum quid ac in alio genere mali. Pœna ergo veniali proportionata peccato, temporalis erit:mortali verò,æterna.

Secunda,peccatum veniale,infinitam habet malitiam, Ergo eſt mortale in genere ſuo. Probatur Antecedens, veniale peccatum non debet committi etiam ad aſſequendum bonum. Igitur, quan-

Digitized by Google

tum bonum infinitum amabile eſt, id eſt, infinite: tantum veniale peccatum erit odibile.

Negatur Antecedens. Ad probationem negatur conſeq. Nam non opponitur fini, ad æqualitatem, quidquid nõ eſt aptum medium ad eum aſſequendum: imò impedit ab aſſecutione: ſed quidquid impedit perfectè. Non enim, *remorari in via*, aut *retrocedere* paululum, opponitur, ad æqualitatem, itineris fini: ſed, *retrocedere omninò*, veniale autem non impedit perfectè ab aſſecutione infiniti boni: ſed mortale tantum.

Tertia, peccatum veniale poteſt numquam remitti. Ergo ſemper puniri. Antecedens probatur. 1. quia remiſſio, ex gratia Dei eſt. 2. quia venialia in damnatis, pœna plectuntur æterna.

Reſpondeo, ſi ſermo ſit, *de remiſſione culpæ*, negatur Antecedens. Ad primam probationem admittitur. Sed ea gratia eſt in quocumque Charitatem habente: qui poteſt per dilectionis actum veniale delere. ad 2. veram eſſe, non ex natura peccati. Sed quia deeſt damnato Charitas, qua peccatum deleatur veniale. Si ſermo ſit, *de remiſſione pœnæ*. Primò Antecedens negatur, quia Deus nuſquam id peccatum puniet æterna pœna: niſi per accidens irremiſſibile fiat. Ad 1. probationem, *condonare omnino pœnam, aut partem*, ex gratia eſſe: [*non punire æternaliter*: non ex gratia, ſed iuſtitia procedere. Ad 2. id per accidens eſſe. Secundò, etiam admiſſo toto argumẽto, non tamen ſequi veniale eſſe, reuera mortale (quia ex ſe non includit priuationem gratiæ) aut reuera puniri pœna mortali debita: quia non includit furias animæ damnatæ gratia priuatæ.]

LIBER SECVNDVS

DE STATV PECCATI.

Qui eſt

DE CAVSA PECCATI.

Errores circa primariam peccati cauſam.

CAP. I. & II.

SIMON [a] Magus, [b] *Deum authorem peccati volebat.* Quod nobis dederit naturam, quæ à peccato abſtinere nequeat. Item, [c] Cerdon, [d] Marcion, [e] Manichæus. Quod duo conſtituerent principia omnium: & quidem bonorum, bonum principium; malorum, malum principium fingerent.

[f] Florinus tamen, quidam diſcipulus Montani, primus ſimpliciter aſſeruit Deum eſſe peccati authorem.

Noſtris temporibus, Libertini: [g] Coppino, & Quintino authoribus: id re, non verbis, dixerunt. Quorum libeat hîc errores exponere.

Primus eſt, *vnum eſſe tantum immortalem ſpiritū, videlicet Deum, Angelos, dæmones, animas, nihil eſſe, præter opinionem.*

Secundus, *quæcumque fiunt ab hominibus, ſiue mala, ſiue bona, ab illo vno fieri ſpiritu.*

Tertius, *nihil præter opinionem falſam, peccatum eſſe. Cum Deus omnia faciat: qui nihil mali facere poteſt.*

[a] CAP. I.
[b] *apud Lirinenſem in commonitorio aduerſus profanas vocum nouitates.*
[c] *apud Tertull. de præſcr.*
[d] *apud Iren. I. cap. 29.*
[e] *apud Aug. cap. 49. libri de hæreſibus Priſcillianiſtæ, apud Leonem epiſt. 93. cap. 6. Albigenſes, apud Antonin. par. 4. Summæ Theolog. tit. 11. cap. 7. § . 5.*
[f] *apud Euſebium lib. 5. hiſt. cap. 20. ex Irenæ.*
[g] *Sutores Flādri. Quintinus*

Quartus, *non debere reprehendi Adulteros homicidas, fures,* &c. *quod id ſit arguere Deum.*

Quintus, *regenerationem eſſe depoſitionem conſcientiæ: id eſt, ignorantiam diſcriminis inter bonum, & malum. Nam iu ſtatu innocentiæ, idem ignorabat Adam.*

Sextus, *pœnitentiam nihil eſſe aliud niſi agnoſcere, atque profiteri ſe nihil egiſſe mali. Hac ratione Petro dimiſſum peccatum, non dimiſſum Iudæ.*

Septimus, *poſſe hominem in hac vita ad ſummam perfectionem & innocentiam venire: nimirum, ſi omnes abiiciat ſcrupulos. Quia tunc omni carebit peccato.*

Octauus, *Chriſtum, eſſe ſolùm quiddam compoſitum ex ſpiritu Dei, & opinione.*

Nonus, *tunc mortuum fuiſſe quando aboleuit opinionem, quod peccatum ſit aliquid. Reſurrexiſſe, & nos omnes cum illo, nec aliam eſſe expectandam reſurrectionem, cùm docuit, nos eſſe ipſum Dei ſpiritum, qui ſemper viuit, & regnat.*

Decimus, *licitum eſſe, cum Catholicis catholicè: cum Lutheranis Lutheranè viuere, ac diſſimulare omnia.*

Vndecimus, *ſcripturas ſacras non eſſe magnifaciendas cùm ſufficiat ſpiritus.*

[h] Quia autem Zuinglius, Caluinus, Beza, quoad rem, cum Florino etiam ſentiunt: negant tamen [i] verbis, *Deum auctorem eſſe peccati: ipſe peccare poſſe:* & ſimilia: propterea eorum opinio diligentius eſt examinanda.

autem fuit Tornaci, à Catholico magiſtratu interfectus: abiuratis prius erroribus.

h CAP. II.

i *Zuinglius ſerm. de prouidentia cap.* 5. & 6. *Caluinus præfatione libri de æterna prædeſtinatione &* 1. *Inſtit.* 17. §. 3. *Beza in reſponſione ad Heshuſium: & Aphoriſmo octauo, in reſponſione ad Caſtellionem.*

Sententia Zuinglij, & Caluini, & Bezæ.

CAP. III.

PRIMÒ docet, *non ſolùm Deum permitere, ſed etiam velle fieri quæcumque perpetrantur ab hominibus peccata.* Ita Zuinglius [a] ſerm. de prouidentia, *numen ipſum* (inquit) *author eſt eius, quod nobis eſt iniuſtitia.* Caluin. [b] tertio Inſtit. *Fateor, Dei voluntate decidiſſe omnes filios Adam*

a *ad Principiſ Cattorum, Philippum an.* 1530. *cap.* 5.

b *cap.* 23. §. 4.

atque id eſt, quod principio dicebam, redeundum tandem ſemper eſſe ad ſolum diuinæ voluntatis arbitrium, cuius cauſa ſit in ipſo abſcondita. [c] Beza, *At dices* (inquit) *non potuerunt reſiſtere Dei voluntati, id eſt decreto: fateor: ſed ſicut non potuerunt, ita etiam noluerunt.*

Secundò, *Deum ab æterno decreuiſſe, ſine voluntatis præuiſione humana, quæcumque peccata noſtra.* Ita [d] Caluin. *Decretum* (inquit) *horribile fateor: inficiari tamen nemo poteſt, quin præſciuerit Deus, quem exitum eſſet habiturus homo, antequam ipſum conderet, & ideò præſciuerit, quia decreto ſuo ſic ordinauerat.* [e] Beza: *vitioſi ſint oportet, tùm quorum conſtituit miſereri, tum etiam quos iuſtè decreuit gloriæ ſuæ cauſa damnare.*

Tertiò, ex Dei imperio malos operari malum. Caluin. [f] *Dicitur & Deus, ſuo modo agere quod Satan ipſe, inſtrumentum cum ſit iræ eius, pro eius nutu, ac imperio, huc, atque illuc ſe inflecti, ad exequenda eius iuſta iudicia.*

Quartò, *Deum operari ipſum malum opus.* Zuingl. [g] *Vnum, atque idem facinus, quantum eſt Dei authoris motoris, impulſoris opus eſt, crimen non eſt: quantum autem hominis eſt, crimen. ac ſcelus eſt.* Caluin. [h] *Niſi intus* (inquit) *operaretur* (Deus) *in mentibus hominum non rectè dictum eſſet, auferre labium à veracibus, & à ſenibus, prudentiam.* [i] Beza. *Sic autem agit* (ſcilicet Deus) *per illa inſtrumenta, vt non tantùm ſinat illa agere, nec tantum moderetur euentum, ſed etiam excitet, impellat, moueat, regat, atque adeò, quod omnium eſt maximum, etiam creet, vt per illa agat quod conſtituit.*

Quintò, [k] *ea tamen non poſſe reſpectu Dei dici mala.* Quod ipſo bono, homo vero malo conſilio, ſine intentione faciat.

[c] *in reſponſione ad Caſtalionem de æterna Dei prædeſtinatione, refutatione calumniæ ſecundæ.*
[d] *ſup.* § 7. & 1. *inſtit.* 18. §. 1.
[e] *ſupr.*
[f] 2. *Inſtit.* 4. §. 2. & *Zuinglius ſupra cap.* 6. *Mouet* (Deus) *latronem ad occidédum innocentem, etiam ac imperatum ad mortem. Hæc ille.*
[g] *ſupr.*
[h] 2. *Inſtit.* 18. §. 2.
[i] *Aphoriſmo.* 22.
[k] *Zuingl. ſup. cap.* 5. *Cum Angelum tráſgreſſorem facit* (*Deus*) & *hominem, ipſe tamen tranſgreſſor non conſtituitur. Hæc ille. Caluin. lib. de æterna Dei prædeſtin. pag.* 946. *editionis Geneuenſi an.* 1552. *Cum iuſta* (inquit) *de cauſa, licet nobis ignota â Domino procedant, quæ ſcelerate ab hominibus maleficia perpetrantur: etiamſi rerum prima cauſa, ſit eius voluntas: peccati tamen eum eſſe authorem nego. Beza ſupr. Quæ omnia rectè agit Deus, & ſine vlla iniuſtitiâ.*

Sequi ex hac ſententia Deum eſſe, propriè, authorem peccati.

CAP. IIII.

PRIMÒ, hanc iuxta ſententiã, Deus impellit homines ad peccãdum, imò cogit eos. At qui cogit, & impellit aliud ad opus: patet ipſo naturali lumine, eũ eſſe propriè operis authorẽ.

Secundò, Deus iubet impiis maleficia facere. At opus, magis propriè ſpectat ad imperantem, quam exequentem.

Tertiò, qui vtitur inſtrumento, primarius eſt operis author.

Quartò, ſi decreuit abſolute peccata Deus ab æterno, ſine præuiſione volũtatis humanæ, debuit, vt efficacia eſſent illa procurare: At qui procurat aliquid efficaciter effici, iſtius operis eſt veraciſſimus author.

Reſpondent Primò, vnum, & idem opus, eſſe peccatum: in quantum ab homine malo procedit. Quod ſit corrupta hominis voluntas, per Adami offenſam. Non eſſe peccatum: inquantum à Deo procedit, cuius eſt integra voluntas. Contra. hæc ratio locum habere nequit in peccato primo Angelorum, & Adami.

Secundò, id opus. Non eſſe Deo peccatum: quia bona intentione facit. non autem homo.

Contra. 1. [a] non ſunt facienda mala vt eueniant bona. Ergo [b] neque malum patrandum, ob bonã intentionem. 2. vel illa hominis mala intentio eſt à Deo: vel non, ſi à Deo, Ergo, omnino peccati author: cum non ſolum operis: ſed etiam malæ intentionis ſit cauſa. ſi non, Ergo ad peccandum nõ impellit. Nam: iuxta aduerſarios opus aliquod

a *Rom.3.v.8.*

b *Alioquin ſequeretur, licitũ eſſe furari, ad eleemoſynam faciendam.*

non eſt peccatum, excluſa intentione mala. Sed mala intentio non eſt à Deo. Igitur neque peccatum hominis, in quantum peccatum.

Reſpondent Tertio, id opus non eſſe peccatum Dei. Quia Deo lex non eſt poſita: Quare cum homo tranſgreditur legem, peccat quidem ipſe, & author eſt peccati: non autem Deus.

Contra. 1. quando Deus impellit hominem ad peccandum, tenetur [c] obtemperare homo tanquam inſtrumentum, Ergo ſimul homo [d] præuaricatur legem, & [e] non præuaricatur, peccat & non peccat: & nō præuaricatur, ſimulque Deus vult hominem legem [f] ſeruare, & [g] non ſeruare. 2. licet Deo non ſit lex poſita tanquam à ſuperiori: tamē, [h] ſua ſapientia ſibiipſi lex eſt. Nō ergo minus tenetur Deus, ſuæ non repugnare ingenio ſapientiæ: quam homines, legi non repugnare diuinæ. 3. Sicut iuſto lex nō eſt poſita ita nec Deo, [i] iuxta Zuing. At iuſtus non [k] liberatur à lege ſeruanda. Ergo neque Deus à conformitate ſapientiæ propriæ. 4. iuxta aduerſarios Deus eſt author operis diuina lege prohibiti. Ergo criminis author. Quid eſt enim crimen, niſi patratio operis, diuina lege prohibiti?

[c] *quia Deus vult vt pareat homo: ſicut artifex vult vt ſibi inſtrumentū pareat.*
[d] *quia ſupponitur.*
[e] *quia obtemperat Deo.*
[f] *quia præcipit ſeruandam.*
[g] *quia ad præuaricationem impellit.*
[h] *vt Zuinglius fatetur ſupra.*
[i] *ibidem.*
[k] *Ezechielis 18.*

Ex eadem ſequi ſententia Deum propriè peccare.

CAP. V.

PRIMÒ, vt aliquis dicatur propriè peccare, non ſufficit vniuerſaliter concurrere cum actione peccati. Nam huiuſmodi concurſus, per ſe, eſt [a] indeterminatus: ſed ſufficit, libere ipſam determinare actionem in particulari, pugnantem ex natura ſua cum lege aliqua iuſta: & proinde quæ actio neceſſariò deformitatem

[a] *unde cauſa alicuius monſtri non refertur in cælum, aut Solem.*

formitatem peccati importat. At concedunt [b] aduerſarij, Deum, actionem hominis pugnantem cũ lege determinare libere in particulari, ſiue ſecundum ſpeciem. Ergo, &c.

Secundò, Qui eſt alteri propriè author peccati, & ipſe proprie peccat. Non enim [c] magis pugnat cum lege, *mœchari*, quam ad fornicationem *efficaciter impellere*. Ergo ſi Deus eſt author propriè peccati, conſequenter propriè peccat.

Reſpondet Caluin. ſicut ſol lucens in cadauer non coinquinatur: ſic nec Deum coinquinari cum peccato concurrens.

Contra 1. cadauer præſupponitur ante actionem ſolis. At iſti, actionem Dei determinatiuam, & excitatiuam peccati, præcedere volunt. 2. Sol eſt vniuerſalis cauſa, & à cauſis tantum determinatur particularibus, vnde ſicut ex calore ſolis excitatur in cadauere fœtor, ſic in aromatibus odor. At volunt, Deum eſſe cauſam particularem, & determinatiuam peccati. 3. Sol non agit liberè: & proinde nequit vitiari moraliter ex concurſu: etiamſi particularis eſſet. At Deus eſt liberum agens, quod peccato conſentire nequit ni etiam peccet. 4. actio ſolis eſt tranſiens in externum ſubiectum: quare ſolem vitiare non poteſt. Actio verò Dei volentis peccatum, ipſa eſt immanens. Quare non poterit corruptione peccati, alium putrefacere: niſi proprium, & immanens ſubiectum corrumpat, cum ſit ipſa corruptio: quia peccatum eſt.

[b] *Caluin.* 2. *Inſtit.* 4 §. 2. *Omitto* (inquit) *hîc vniuerſalem Dei motionem: vnde creaturas omnes, vt ſuſtinentur, ita efficaciam quiduis agendi ducunt. De illa ſpeciali actione tantum loquor, quæ in vnoquoque facinore apparet. Idem ergo facinus Deo, Satanæ, homini aſſignari, videmus non eſſe abſurdum.*

[c] *vnde non ſolum puniuntur qui ipſum opus exequuntur: ſed etiam qui imperant, vel ad id impellunt.*

Digitized by Google

1 *Ex eadem ſequi Deum ſolum peccare.*
2. *Non male colligi peccatum eſſe ſolum opinionem falſam.*

CAP. VI. & VII.

[a] CAP. VI.

[b] *libro de correptione, & gratia cap. 11. quem ſenex conſcripſit. libro etiam de vera Religione cap.14. Ita* (inquit) *manifeſtum eſt, peccatum non eſſe, quod non eſt voluntarium, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat.*

[c] CAP. VII.

PROBATVR [a] *Primum*, Nemo peccat, faciendo quod vitare non poteſt: ideſt quod neceſſario facit, ſiue coactè, ſiue, quia deeſt ſufficiens auxilium. [b] *Nam* (inquit Auguſt.) *ſi hoc adiutorium vel Angelo, vel homini, quamprimum facti ſunt, defuiſſet: quoniam, non talis natura facta erat, vt ſine diuino adiutorio poſſet manere ſi vellet, non vtique ſua culpa recidiſſent. Adiutorium quippe defuiſſet, ſine quo manere non poſſent.* Sed primi parentes, ex ſententia aduerſariorum, vitare non poterant peccatum, & multo minus nos. Igitur neque peccarũt, neque nos peccamus, tamen committitur peccatum, Ergo ſolùm reuocandum in Deum.

Reſpondent peccare hominem, quia etſi neceſſario, voluntariè tamen peccat.

Contra. ſi neceſſario, & ſponte agere, ad peccatum ſufficit. Ergo infantes & amentes etiam peccare dicentur. Quod tamen falſum eſt.

[c] Probatur, *ſecundum.* homo non peccat: neque tolerabile eſt dicere Deum verè peccare: igitur peccatum nihil eſt reuera, ſed ſolùm opinio falſa.

Probatur ex ſcriptura. 1. Deum peccare non poſſe. 2. non eſſe peccati authorem.

CAP. VIII.

PRIMVM probatur. [a] *Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate.* [b] *Nunquid iniquus eſt Deus? Abſit.* [c] *Peccatum in eo non eſt:* [d] *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ.*

Secundum, Primò, quia ſcriptura docet, *peccata non fieri à Deo.* [e] *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.* [f] *Mundi ſunt oculi tui, ne videant malum, & ad iniquitatem reſpicere non poteris.*

Secundò, docet non velle Deum peccata. [g] *Non Deus volens iniquitatem tu es.* [h] *Odio eſt Deo impius, & impietas eius.* [i] *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij? Dicit Dominus?* [k] *Deus neminem vult perire.*

Reſpondent ea eſſe intelligenda, de voluntate ſigni: quæ in ſcripturis manifeſtata eſt.

Contra. 1. Igitur fingunt ex capite ſuo voluntatem, qua Deus velit peccata. quia præter ſcripturas, nihil recipiunt. 2. ſi Deus vult peccata: & in ſcripturis dicat, ſe nolle. ergo in ſcripturis mentitur. 3. voluntas ſigni dicitur à Theologis ipſum præceptum, ſiue prohibitio. Ergo teſtimonia ſcripturæ, quæ præcepti rationem non habent, ad voluntatem ſigni reuocanda non erunt.

Secundò, ſcriptura docet, *Deum non imperare peccata.* [l] *Nemini mandauit impiè agere.* [m] *Ædificaue-*

[a] *Deuter. 32. v. 4.*

[b] *Rom. 3. v. 5.* μὴ ἄδικος ὁ θεὸς, &c. μὴ γένοιτο, *idem cap. 9. v. 14.*

[c] *1. Ioan 3. v. 5.* ἁμαρτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι.

[d] *1. Ioan. 1. v. 5.* ὁ θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἐστὶν οὐδεμία.

[e] *Geneſ. 1. v. vlt. ſiue 31.*

[f] *Habacuc. 1. v. 13.*

[g] *Pſal. 5. v. 4.*

[h] *Sapientiæ 14. v. 9.* ἐν ἴσῳ μισητὰ θεῷ, καὶ ὁ ἀσεβῶν, καὶ ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ.

[i] *Ezechielis 18. v. 23.*

[k] *2. Petri. 3. v. 9.* ὁ κύριος, μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι. *Et 1. Ioan. 3. v. 5. & 6.*

[l] *Eccleſiaſtici 15. v. 22.* οὐκ ἐνετείλατο ἀσεβεῖν οὐδενὶ, καὶ οὐκ ἔδωκεν ἄνεσιν οὐδενὶ ἁμαρτάνειν: *Et non dedit licentiam alicui peccandi.*

[m] *Hierem. 19. v. 5.*

runt excelſa Baalim, quæ non præcepi, nec loquutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum. Deinde ſeueriſſimè Deus peccata punit, quomodo ergo imperat?

Quartò, docet item, *non incitare Deum creaturas ad peccandum.* [n] *Deus intentator malorum eſt.* [o] *Non dicas: per Deum abeſt. Quæ enim odit, ne feceris. Non dicas, ille me implanauit. Non enim neceſſarij ſunt ei homines impij.*

[p] Reſpondent, id non eſſe intelligendum de tentatione quæ inexcuſabilem reddit hominem: ipſa enim intentatur à Deo. ſed de tentatione, quæ excuſabilem reddit. tunc enim culparetur Deus.

Contra. 1. ſi quæ tentatio inexcuſabilem reddit tentatum, excuſabilem redderet tentatorem: nimirum quia inuenit in tentato materiam tentationi propriam: diabolus excuſaretur, cum hominem tentat. 2. non erat in primo parente huiuſmodi tentationis materia. ergo tota culpa reſidebat in Deo, qui mouebat Sathanam ad tentandum.

Quintò, docet ſcriptura, *peccatum eſſe creaturæ proprium.* [q] *Perditio tua ex te Iſraël: tantummodo in me auxilium tuum.* [r] *Cum loquitur* (diabolus) *mendacium, ex proprijs loquitur.* &c.

Reſpondent, originem peccati eſſe quidem in homine, propter naturæ corruptionem: ſed hoc minimè impedire quin ſit etiam peccatũ ex Deo.

Contra 1. non erat in Adamo huiuſmodi corruptio. 2. volunt concupiſcentiam, & originale peccatum eſſe inſertum nobis à Deo. Ergo totum malum ex Deo: Nempe ipſa corruptio naturæ, & ipſum peccatum.

Negant conſeq. quia non eſt inſertum niſi in pœnam peccati Adami.

Contra 1. non dixit. Propheta, *perditionem eſſe ex Adamo*: ſed, *ex te Iſraël.* 2. quodnam eſt illud genus punitionis, quo vnum pro alio puniatur, pœna peccati? Quomodo ergo verum erit, [s] *Anima quæ peccauerit ipſa morietur: non portabit filius ini-*

[n] *Iacobi 1. v. 13.* ὁ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν.

[o] *Eccleſiaſtici 15. v. 11.* μὴ εἴπῃς, ὅτι διὰ κύριον ἀπέστην. ἃ γὰρ ἐμίσησεν, οὐ ποιήσεις. *v. 12.* μὴ εἴπῃς, αὐτός με ἐπλάνησεν, οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ. *Et 1. Corinth. 10. v. 13. Fidelis Deus, qui nõ patietur vos tentari, ſupra id quod poteſtis.*

[p] *ita Petrus Martyr. in 1. ad Romanos.*

[q] *Oſeæ. 13. v. 9.*

[r] *Ioan. 8. v. 44.* ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ. *& 1. Ioan. 83. v. 8. faciens peccatum ex Diabolo eſt.*

[s] *Ezechielis 18. v. 20.*

quitatem Patris? 3. Si peccatum Adami in Deum refertur. Ergo & peccatum originale, quod ex illo fluxit.

Idem ex PP.

CAP. IX.

DIONYS. Areopag. [a] *Non* (inquit) *Deus eſt author mali.* Et paulo poſt demonſtrat Angelos,& animas fieri malas,cum à Dei bonis deficiunt: Iuſtin. [b] *Illud quoque antea docui, Deum non eſſe cauſam,cur ij quorũ peccata,ante cognita ſunt,ſiue Angeli, ſiue homines,improbi efficiãtur: ſed ſua quiſque culpa, tales ſunt.* [c] Irenæus refellens Florinum. *Iſta dogmata, Florine,vt tecum agam humanius,ſana doctrina, & ſententiæ non ſunt. Iſta dogmata ſunt Eccleſiæ repugnantia,* [d] &c. Clemens Alexandr. [e] *Qui non prohibuit liberam animæ electionem iuſtè iudicat, vt vel maximè quidem, Deus nobis non ſit cauſa vitij.*

Origen. [f] *Et quidem verum mala non eſſe ex Deo. Nam & noſter Hieremias manifeſtè docet, quod ex ore Domini non egredientur mala cum bonis.*

Euſeb. Cæſar. [g] *Impius profectò iudicabitur immo verò peſſimus omnium, qui à Creatore vniuerſi alios ad adulteria, alios ad rapinas, alios ad alia vitia impelli arbitretur. Vnde ſequitur aut hæc peccata non eſſe, aut peccandi cauſam in Creatorem referri.* [h] Athanaſ. oratione contra Idola.

Baſilius oratione quod Deus non ſit malorum *non procul ab initio: Non ex bono malum* (inquit) *neque in eo eſt, neque per eum. Alioquin pro bono haberi non poſſet: cum autem miſcellaneam, contrariámque naturam haberet, aut cauſa, authorque malorum exiſteret.* Nyſſenus lib. 7. *Philoſophiæ cap.* 1. *Non fas eſt Deo aſcribere turpes actiones, & iniuſtas.*

[a] *cap.* 4 *diuinor. nominum.*
[b] *Dialogo cũ Triphone.*
[c] *apud Euſebium* 5. *hiſtor.* 19. *in Ruffino.* 20.
[d] *vt pote qui eos,quæ illis obſequuntur in maximam impietatem deiiciunt. Iſta dogmata, ne hæretici quidem,qui erant ab Eccleſia exturbati vnquam affirmare audebãt.*
[e] 1. *Strom. circa medium.*
[f] 4. *contra Celſum poſt medium.*
[g] 6. *Præparat.* 5.
[h] *non procul ab initio:*

author Nazianz. [i] *Deus nullomodo cauſa eſt mali, quippe natura bonus.* Chryſoſt. [k] *Nullus dicat Deus nobis author malorum eſt. Satius fuerit ſexcenties defodi, quam Deum audire talia per nos.* [l] Epiphan. *Abſurdum eſt, malitiam Deo tribuere. & diuinæ, ac Eccleſiaſticæ ſcripturæ character hoc confitetur, Deum penitus alienum, & impermixtum à malo eſſe. Deus enim nihil mali fecit, ſed omnia valde bona.* Theodoret. [m] *Deus non eſt cauſa malorum, vt volunt etiam externi Philoſophi.* Cyrillus lib. 5. [n] in Iulianum Damaſc. 4. de fide. cap. 20. Tertullianus: [o] *Nec enim fieri poteſt, vt ſit initiator, aut artifex vllius mali operis qui nomen ſibi perfecti vendicat, & parentis & iudicis.* Ambroſ. [p] *Deus operatur quod bonum eſt, non quod malum. Nunquid malitiam Deus creauit? ſed ea ex nobis orta non à Creatore Deo condita.* [q] Hierony. Aug. [r] *iniquitatem, quam rectiſſima veritas improbat damnare nouit ipſe, non facere.* [s] *Modus, quo traditus eſt homo in diaboli poteſtatem, non ita debet intelligi, tanquam hoc Deus fecerit, aut fieri iuſſerit: ſed quod tantum permiſerit.* [t] *Malam voluntatem ad authorem Deum eſſe referendam, nefas eſt dicere.* Proſper. [u] *voluntas Dei nunquam vult niſi bona: præſcientia autem & bona noſcit, & mala,* &c. Leo: [x] *aliquos ad malum, diuina poteſtate prædeſti-*

[i] *orat.* 1. *in Iulianum, ante medium.* [k] *Hom.* 23. *in Acta. homil.* 3. *in Geneſ. Propter hoc* (inquit) *creaturā hanc omnem produxit, & nos formauit: non vt pereamus, neque vt ſuppliciis nos torqueat, ſed vt ſaluet homil. de interdictione arboris ad Adam, quæ habetur poſt homilias in Geneſim; Manifeſtum eſt* (inquit) *Deum noluiſſe Adamum peccare.* [l] *hæreſi* 66. *non procul ab initio.* [m] *Epitome diuinorum decretorum cap. de Antichriſto.* [n] *circa medium.* [o] *lib. de Trinitate.* [p] *lib. de Paradiſo cap.* 15. [q] *in* 7. *Eccleſiaſtæ. Ne videretur* (*Eccleſiaſtes*) *Deum authorem mali facere, argutè precauit, & ait, bonos nos a Deo creatos: ſed quia libero ſumus arbitrio derelicti, vitio noſtro, ad peiora delabi.* [r] *epiſt.* 105. [s] 13. *Trinit.* 12. [t] *lib.* 2. *de peccator. mer. cap.* 18. *vide etiam tres libros de libero arbitrio, quos potiſſimum ſcripſit, vt oſtenderet Deum non eſſe peccati authorem.* Item 5. *Ciuit.* 8. *ac lib.* 12. *Confeſſ.* 11. *& libr. de ſpiritu & litera cap.* 31. [u] *in reſponſione ad capitula Gallorum cap.* 12. *cap. verò* 14. *Bonorū* (inquit) *Deus author eſt, non malorum.* [x] *Sent.* 24. *Conc.* 2. *Arauſicani.*

natos eſſe, non ſolùm non credimus: ſed etiam ſi ſunt, qui tantum malum credere velint: cum omni deteſtatione, illis anathema dicimus.

Fulgentius [y] *Potuit ſicut voluit prædeſtinare quoſdam ad gloriam, quoſdam ad pœnam. Sed quos prædeſtinauit ad gloriam prædeſtinauit ad iuſtitiam: quos autem prædeſtinauit ad pœnam, non prædeſtinauit ad culpam.*

[y] *3. ad Monimum cap. 13.*

Gregor. [z] *Dominus eſt author naturæ non culpæ.* Leo. 9. [a] *Credo Deum prædeſtinaſſe ſolùm bona: præſciuiſe autem bona & mala.*

[z] *29. Moral. 21.*

[Concilium [b] Tridentinum: *Si quis dixerit non eſſe in poteſtate hominis, vias ſuas malas facere: ſed mala opera, ita vt bona, Deum operari, non permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè & per ſe: adeo vt ſit eius proprium opus, non minus perditio Iudæ, quam vocatio Pauli: anathema ſit.*]

[a] *Epiſt. ad Petrum Antiochenum. Hugo de S. Victore. 1. de Sacramentis par. 5. cap. 27.*

Addamus tria gentilium teſtimonia Mercur. [c] Triſmegiſt. *A Deo* (inquit) *factore nihil turpe, nihil malum prodire.* [d] Platonis: *Bonorum quidem Deus cauſa eſt dicendus: malorum autem quemlibet aliam præter Deum cauſam quærere decet.*

[b] *ſeſſ. 6. can. 6. de Iuſtificatione.*

[c] *in Pimandro cap. vlt.*

Maximi Tirij [e] *Eius* (ſcilicet peccati moris) *nomen eſt, improbitas, cauſamque ab eligentis arbitrio nanciſcitur, Deo ſemper extra omnem cauſam conſtituto.*

[d] *2. Dialogo de Republica.*

[e] *ſerm. 25.*

Idem rationibus probatur.

CAP. X.

PRIMA, [a] Anſelmi: iuſta voluntas hominis eſt ea tantùm, quæ vult quod Deus vult eam velle: iniuſta, quæ vult quod Deus vult eam non velle. Ergo ſi Deus vellet hominem peccare, vellet hominem velle, quod non vellet eum velle. Quæ eſt contradictio manifeſta.

[a] *libro de libero arbitrio cap. 8.*

Secunda, [b] Fulgentij: nihil eſt in operibus Dei, non plenum ſapientia & ratione. At nulla poteſt

[b] *1. ad Monimum, cap. 21. 22. 23.*

excogitari ratio, cur Deus velit, aut faciat hominem peccare. Si enim: vt appareat eius iuſtitia: certè potius iniuſtitia erit, aliquem reum facere, vt puniat. ſi vt miſericordia, Crudelis illa prorſus: hominem impium facere, vt miſerearis, ſpoliare vt veſtias. Igitur peccatum neque vult neque facit.

c lib. 83. qq. q. 3. Tertia, [c] Auguſt. nullo ſapiente homine authore fit alter deterior. Multo minus ergo, Deo ſapientiſſimo authore.

d q. 21. Quarta, [d] eiuſdem: Deus eſt ipſummet eſſe. Ergo, *non eſſe*, ad ipſum pertinere nequit. Sed peccatum ſpectat ad, *non eſſe*, quia in defectu conſiſtit. Igitur ad Deum, vt ad cauſam reuocari non poteſt.

[Quinta: omnis effectus aliquomodo continetur in cauſa. Sed peccatum neque formaliter, neque eminenter, neque potentia, neque impotentia, neque actu continetur in Deo. Igitur, *&c.*]

e 1. Exam. 8. Sexta, [e] Ambroſij: Deus cupit eradicari peccata. Quomodo ergo illa ſuadet, aut facit?

f cap. 5. Septima: nequit Deus eſſe author peccati, niſi peccet: vt [f] probatum eſt. Nequit peccare, & ſimul eſſe ſummum bonum. Quia, peccare eſt, *deficere*: Deficere autem, eſt, *non eſſe ſummum bonum.* quia ſupra illud eſt indeficiens bonum. At non eſſe ſummum bonum, eſt, *non eſſe Deum.* Igitur ſimul Deus erit, & non erit.

Octaua, peccare eſt *recedere à regula ſapientiæ diuinæ.* Ergo ſi Deus peccet, aut ſuadeat peccata, à ſeipſo recedet.

Nona: eſt, *recedere ab vltimo fine.* At vltimus finis eſt ipſemet Deus.

Decima: lumine naturali omnes nationes fatentur Deum non eſſe authorem peccati. *At communis notio inter gentes non poteſt non eſſe vera.*

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis ductæ.

CAP. XI. vſque ad XV. incluſiue.

PRIMA,[a] Geneſ. 45.[b] *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate hîc miſſus ſum.* Item,[c] *Nolite timere, num Dei poſſumus reſiſtere voluntati.* Actor. 2.[d] *Hunc definito cõſilio, & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes, interemiſtis.*

Reſpondeo, in malis operibus ſæpè accidere, actionem eſſe malam:[e] paſſionem bonam. Ex præuiſione ergo, ac permiſſione actionis malæ [eiuſque, ſuppoſita determinatione voluntatis humanæ, mira à Deo ordinatione] Deus prædefiniuit paſſionem bonam: cuiuſmodi fuit in Ioſeph vendito, & Chriſto occiſo. actionem vero malam nec voluit, nec prædefiniuit. vnde non dixit Ioſeph impulſos fuiſſe ſuos fratres ad ſcelus: Sed:[f] *Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, & ſaluos faceret multos populos.*

[g] Secunda, Prouerbior. 16. *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: impium quoque ad diem malum.* Exodi 9.[i] *Idcirco autem* הֶעֱמַדְתִּיךָ *heguemadticha. ſtare feci te*: ſiue vt legimus: *poſui te vt oſtende-*

[a] CAP. XI.
[b] *v.* 8.
[c] *cap.* 50. *Geneſ. v.* 19.
[d] *v.* 23. τῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ, καὶ προγνώσει τῦ θεῦ ἔκδοτον λαβόντες διὰ χειρῶν ἀνόμων, προσπήξαντες, ἀνείλετε. *Item cap.* 4. *v.* 28.
[e] *ſiue, Deum ex mala actione, bonam elicere paſſionem.*
[f] *Geneſ.* 50. *v.* 20. *Illud autẽ Nolite timere, &c. alium habet in Hebræo ſenſum, quam videatur præferre* אַל־תִּירָאוּ כִּי הֲתַחַת אֱלֹהִים אָנִי *al-tirau: ci chathachath elohim ani. Nolite timere. Nam ſub Deo ſum ego, concordatque textus Chaldæus & Græcus. Pagninus vertit: quoniam numquid pro Deo ego? Et ſenſus eſt: Deum timeo, & illi ſubiectus ſum: & ideo illum imitari, eique obedire debeo.*

[g] CAP. 12. [h] *verſ.* 4.

[i] *v.* 16. & Rom. 9. *v.* 17. ὅτι εἰς αὐτὸ τῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μοῦ. *Quia in ipſum hoc excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam.*

rem in te fortitudinem meam. Eadem ferme reſponſio: ſenſus enim horum eſt: *Deum mala præuiſa, & permiſſa: ad ſuam ipſius gloriam reuocare.*

Tertia, Rom. 9. [k] *An non habet poteſtatem figulus facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam?*

Reſpondeo cum Auguſtino, ſenſum eſſe: *An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa, vtique merito, recteque damnata, facere. aliud vas in honorem indebitum* (quia ſcilicet, non tenetur in honorem vocare) *propter miſericordiæ gratiam: aliud in contumeliam debitam: propter iræ iuſtitiam quia ſcilicet ex maſſa iam corrupta ſumitur.*

Obijcit Beza, [m] Primò, non debuiſſet ergo Apoſtolus dicere, *ex illa maſſa fieri vaſa iræ*: ſed, *quæ iam eſſent vaſa iræ, in illa miſerâ relinqui maſſâ.*

Reſpondeo, rectè Apoſtolum loquutum. quia homines nondum nati non ſunt adhuc in illa maſſa: nec niſi in potentia vaſa. Quare cum naſcuntur, ſicut incipiunt tunc actu eſſe vaſa ex maſſa corrupta: ſic alia inde fiunt in honorem, alia in cõtumeliam.

Secundò, ſi de maſſa corrupta loqueretur, non laboraſſet Apoſtolus ad aſſerendam Dei iuſtitiam in reproborum exitio. & tamen exclamat. *O altitudo diuitiarum!* &c.

Reſpondeo, non in hoc etiam laborare. Sed, cum omnes naſcantur ex maſſa corrupta: Quare potius iſtorum, quam illorum miſereatur Deus.

Tertiò Ad creationem primi hominis reſpexit hoc in loco Paulus. Negatur. Nam videtur reſpexiſſe ad Iſaiæ 45. [n] *Nunquid dicit lutum figulo ſuo quid facis?* Vbi non agitur de Adamo, ſed, *non minus*

[k] *v.* 21. ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.

[l] *epiſt.* 105. *epiſt. verò* 106.

Hæc maſſa, ſi eſſet ita media, vt quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid meretur: non fruſtra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vaſa in contumelia. Cum verò per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuerſa deſtruxerit: procul dubio, quod ex ea fiunt vaſa in honorem, non ipſius iuſtitiæ: quæ gratiam nulla præceſſit, ſed Dei miſericordiæ: quòd verò in contumeliam, non iniquitati Dei, quæ abſit, vt ſit apud Deum, ſed iudicio deputandum eſt.

[m] *Reſponſione ad Acta Colloquij Montisbelgardenſis par. priore pag.* 155. [n] *verſ.* 9.

poſſe Deum de hominibus, pro arbitrio diſponere, quam figulum de vaſis.

[o] Quarta producit authoritates ſcripturæ quibus dicitur Deus peccatores impellere, vel excitare ad peccatum vt [p] 2. Reg. 24. & [q] 16. 3. [r] Reg. 22. Iſaiæ. [s] 10. & [t] 13. &c.

Reſpondeo, quatuor modis id intelligi poſſe. 1. quod Deus reuera, vel phyſicè impellat voluntates ad malum: vel moraliter, verè, & propriè præcipiendo: [v] Sed hunc modum attribuere Deo, eſt impiiſſimum: eſſet enim verè peccati cauſa. 2. quia permittit impios impie agere, ad certum aliquem Deo propoſitum finem aſſequendum: qua ratione dicitur venator emittere canem in leporem: quamuis ſolum laxauerit funem, quo retinebatur canis, & quomodo dicit ipſe Deus. [x] *Tu autem* (ſcilicet Sathan) *commouiſti me vt affligerem eum fruſtra.* cum certum ſit Deum, laxaſſe ſolum Sathanæ poteſtatem, vexandi Iob. 3. quia ita deſerit ab impij perſecutos, vt præualeant impij. Atque hoc modo dicitur imperaſſe ſpiritui malo vt deciperet Achab. quia non ſolum permiſſit ſpiritui, mendacia loqui, ſed nec dedit lumen Achab quo mendacium à veritate diſcerneret. 4. iam præracto in ſolutione argum. primi. [y] quia Deus ipſis etiam præſidet voluntatibus malis eaſque gubernat, ac flectit inuiſibili, & mirabili operatione: vt licet vitio proprio malæ ſint, tamen à diuinâ prouidentiâ ad vnum potius quam ad aliud [z] permiſſiue ordinentur. Atque iuxta hos tres poſteriores modos, facilis argumenti paret ſolutio.

[a] Quinta producit [b] Teſtimonia quibus Deus excæcare, & obdurare peccatores dicitur.

[o] CAP. 13.

[p] *v.* 1.

[q] *v.* 10. *Dominus præcepit ei* (*Semei*) *vt malediceret David.*

[r] *v.* 22.

[s] *v.* 5.

[t] *v.* 17.

[u] *vide Aug. tract.* 53. *in Ioan.* & *lib. de grat.* & *lib. arb. cap.* 20.

[x] *Iob* 2. *v.* 3.

[y] *vide Hugonem Victorinũ* 1. *de Sacr. par.* 5. *q.* 29.

[z] *D. Thom. in* 9. *ad Rom. etiã vult Deum ponitiuè malam inflectere voluntatem: non quidem phyſicè mouendo: ſed moraliter: ſcilicet immittendo cogitationẽ aliquam bonam ex qua malus, ob ſuum vitium occaſionem ſumat indicandi, melius eſſe huic, quam illi nocere. Atque iuxta hunc ſenſum Aug. & Theodor. exponunt illud Pſal.* 104. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.*

[a] CAP. 14.

[b] *vt Exod.* 7. *v.* 3. *Deuteron.* 2. *v.* 30. *Ioſue.* 11. *v.* 20. *Iob.* 12. *v.* 20. 24. 25. *Iſaia* 63. *v.* 17.

Reſpond. id dupliciter fieri, primò: [c] *Non impartiendo malitiam, ſed non impartiendo gratiam*: vt loquitur Auguſt. Nam, [d] *obdurare Deum eſt nolle miſereri, nec ab illo irrogatur aliquid, quo ſit homo deterior, ſed tantùm, quo ſit melior, non erogatur.* 2. quia Deus multas offert occaſiones: quæ, etſi per ſe bonæ ſint, & ad bonum ordinentur finem: tamen certo ſcit, ijs ſe ſe magis peccatores obfirmaturos in malo, & reiecturos Dei motiones. Quomodo obdurauit cor ſuum Pharao ad mirabilia, in Ægypto à Deo patrata.

Obſeruandum eſt autem. 1. cæcitatem, & obdurationem mentis, [e] pœnam peccati præcedentis, & cauſam ſubſequentis eſſe. 2. non eſſe [f] ſimplicem luminis carētiam, ſed affectum prauum, quo quis illuſtrationes & motiones diuinas magis, ac magis repellit. 3. [g] excæcatum, ſiue obduratum, pro ſtatu in quo eſt, non poſſe moraliter videre, vel cedere. 4. non tamen adeò deſtitui auxilio, quin poſſit petere gratiam à Deo, vt videat, & emolliatur. 5. etſi valeat auxilium petere: nihilominus non fruſtrari Dei iuſtum iudicium: quo traditur in reprobum ſenſum: quia ipſe certo ſcit excæcatos non vſuros medijs, quibus vti poſſent ad reſipiſcendum. 6. hanc deſertionem rectè ſignificari per vocabula actionem exprimentia ſecundum [h] morem loquendi ſcripturæ.

[i] Sexta obiectio, complectitur ea quibus dicitur Deus ipſa operari mala 2. Reg. 12. [k] *Ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua & tollam vxores tuas in ocu-*

[c] *Aug. epiſt.* 105.

[d] *Aug.* 1. *ad Simplicianum. q.* 2. *circa medium.*

[e] *Aug.* 5. *contra Iulianum cap.* 3. *Cæcitas mentis, quam ſolus illuminator Deus remouere poteſt, & eſt peccatum, quo in Deum non creditur: & eſt pœna peccati, qua cor ſuperbum digna animaduerſione punitur: & eſt cauſa peccati: cum aliquid mali cæci cordis errore committitur. Quare permiſſio, qua Deos permiſit primum hominem labi, excæcatio, vel obduratio dici nequit.*

[f] *Roman.* 1.

[g] *Ioan.* 12. *verſ.* 39. 40. *Eccleſiaſtæ.* 7. *verſ.* 14.

[h] *Quomodo dicitur Dauid.* 2. *Reg.* 12 *verſ.* 9. *occidiſſe Vriam: cum ſolùm iuſſerit inimicos occidi. Quia verò id contra innocentem fecit: propterea grauiſſimè peccauit, Deus autem nuſquam, niſi nocentes deſerit.*

[i] CAP. 15. [k] *verſ.* 11.

lis tuis, & dabo proximo tuo, &c. Luc. 2. [l] Ecce hic poſitus eſt in ruïnam multorum. [m] Epheſ. 1. Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.

[l] *v. 34.* ἰδοὺ οὗτος κεῖται, εἰς πτῶσιν, καὶ ἀνάστασιν, *& Reſurrectionem* πολλῶν.

[m] *v. 11.*

Ad 1. teſtimonium reſponſio vt ad 1. & 4. argumentnm. Diſplicuit enim Deo factum Abſalonis: in quantum peccatum: placuit in quantum punitio Dauidis.

Ad 2. fuiſſe Chriſtum in ruïnam multis: non operando malum, ſed bonum: vnde nonnulli ſumerent occaſionē ſcandali, ob ignominiam crucis.

Ad 3. non eſſe ſenſum: etiam Deum operari mala: ſed, [n] nihil facere ſine conſilio voluntatis ſuæ.

[n] *ita Hieron. in 1. ad Epheſios.*

Soluuntur ex S. Auguſtino.

CAP. XVI.

PRIMA, [a] *Quid egiſti Deus meus* (inquit) *vnde curaſti? vnde ſanaſti?* (loquitur de Monica dum puella eſſet) *nonne protuliſti durum & acutum, ex altera anima conuicium, tanquam medicinale ferrum, & occultis prouiſionibus tuis: & vno ictu putredinem illam præcidiſti.*

[a] *9. Confeſſ. 8.*

Reſpondet ipſe: Tu Domine, Rector cœlitum, [b] & terrenorum, ad vſus tuos, contorquens profunda torrentis, fluxum ſæculorum ordinans turbulentum: etiam de alterius animæ inſania ſanaſti alteram. nec quiſquam cum hoc aduertit, potentiæ ſuæ tribuat, ſi verbo eius alter corrigatur: quem vult corrigi. Quibus verbis oſtendit, ſe loqui de tertio modo, in ſolutione ad quartum.

[b] *ad finem capitis.*

Secunda, magna opera Domini, *&c.* vt miro, & ineffabili modo, non fiat, præter eius voluntatem, quod etiam contra eius fit, voluntatem: quia non fieret, ſi non fineret: neque vtique nolens ſinit, ſed volens; nec fineret bonus fieri mala, niſi omnipo-

tens, etiam de malo, facere poſſet benè.

c cap. 100. Enchiridij.

Reſpondeo, Deum erga peccata, non habere poſitiuè, *velle*, aut *nolle*. Non illud: quia bonus eſt. Non hoc: quia ſequeretur, nulla fieri poſſe mala. Sed habere negatiuè: *Non velle*: & poſitiuè, *velle permittere.* Non fiunt ergo peccata contra eius voluntatem, quia permittere vult: fiunt contra eius voluntatem, quia negatiue, ea non vult. Multum autem intereſt inter, *velle malum*, &, *velle permittere.* Nam ad illud, mala requiritur voluntas: ad hoc ſufficit velle non impedire, cum impedire non tenearis.

d in Enchiridio cap. 101.

Tertia, [d] *Aliquando* (inquit Auguſt.) *bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult: & rurſus fieri poteſt, vt hoc velit homo, voluntate mala, quod Deus vult bona. Tantum intereſt quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem quiſque referat voluntatem, vt aut approbetur, aut reprobetur.*

e ita bonus filius vult ſanitatem patris: quam Deus fortaſſe non vult: neque malus filius. Deus itẽ vult mortem patris: quam bonus filius non vult, ſed malus filius vult.

Reſpondeo, nuſquam Deum velle, quæ per ſe ſunt mala. Sed quæ, per ſe quidem bona ſunt: mala autem prohibentis ratione præcepti: [e] Deum quidem velle benè: aut eorum contrarium nolle. Quia, ad bonum ordinat finem: pios benè nolle, & malos male velle: quia prohibentur: vel pios benè contrarium velle: quia Deus præcipit: malos malè nolle.

f cap. 15.

Quarta, [f] lib. 6. de Geneſ. ad literam docet, voluntatem Dei eſſe rerum neceſſitatem.

g ibi enim non agit de peccato primi parentis: ſed de creatione Adami.

Reſpondeo, quod Deus vult, infallibiliter reuera impleri. At velle peccatum, [g] neque Auguſtinus dixit: nec probari poteſt.

h 5. contra Iulianum cap. 13.

Quinta, [h] Iulianum arguit qui per, *tradere homines in paſſiones ignominiæ* interpretatus fuerat, *deſerere.*

i Audis (inquit) propter

Reſpondeo, non negare Auguſt. id fieri per deſertionem, ſed contendit. 1. fieri [i] etiam in peccati pœnam. 2. *deſerere*, non eſſe ſolùm, *permittere hominem prioribus inhærere peccatis*, vt Iulianus vo-

lebat: ſed eſſe, [k] *reuera permittere labi in noua peccata.*

Sexta ibidem docet, non ſolum tradi hominem deſiderijs, per patientiam: ſed etiam, potentiam diuinam.

Reſpondeo id verum. 1. quia finis deſertionis, & obdurationis, eſt, vt punitione peccatoris, appareat Dei potentia, atque iuſtitia. 2. quia mirabili etiam potentiâ Deus vtitur peccatis hominum.

Septima: [m] *Cum audimus* (inquit) *nonne ego vos duodecim elegi & vnus ex vobis diabolus eſt: illos debemus intelligere electos per miſericordiam: illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinendum regnum ſuum: illum ad effundendum ſanguinem ſuum.*

Reſpondeo, Deum, *elegiſſe Iudam ad effundendum ſanguinem ſuum*, nihil aliud eſſe: quam, *decreuiſſe vti mala voluntate Iudæ, præuiſa & permiſſa, ad paſſionem ſuam.*

Octaua, [n] *Sciuit* (ſcilicet Deus) *magis ad ſuam omnipotentiſſimam bonitatem pertinere, etiam de malis benefacere, quam mala eſſe non ſinere.*

Reſpondeo, Aug. non dixiſſe, *Deum decreuiſſe, vt mala orirentur* ſed, *ad omnipotentem eius bonitatem pertinere, potius de malis benefacere quam nulla mala permittere.*

[o] Nona, *Confitemur Deum,* &c. *ſic ordinaſſe Angelorum & hominum vitam vt in eâ prius oſtenderet, quid poſſet liberum arbitrium, Deinde quid poſſet gratiæ ſuæ beneficium, iuſtitiæque iudicium.*

Eadem Reſponſio. Non enim dixit Auguſtinus Deum ordinaſſe Angelos, hominesque, vt pecca-

hoc: & quæris inaniter quomodo intelligendus ſit, tradere Deus: multum laborans, vt oſtendas eum tradere deſerendo. Sed quomodolibet tradat: propter hoc, tradidit: propter hoc deſeruit. Curauit enim Apoſtolus dicere, quanta pœna ſit, tradi paſſionib. ignominiæ: ſiue deſerendo, ſiue alio vel explicabili, vel inexplicabili modo.

[k] *Aliud eſt habere mala deſideria, cordis: aliud tradi eis: vtique vt conſentiendo eis, poſſideatur ab eis: quod fit, cum diuino iudicio, traditur eis. Cum ergo dicitur homo tradi deſiderijs ſuis: inde fit reus: quia deſertus à Deo, cedit eis, atque conſentit, vincitur, trahitur, &c.*

[l] *vide ſupra in reſponſione ad 4. argumentum ſumptum ex Scriptura.*

[m] *de correptione, & gratia cap. 7.*

[n] *ſupr. cap. 10.*

[o] *ibidem.*

rent: ſed vt, oſtenderet, quid poſſet liberum arbitrium: id eſt eos peccare poſſe, & quid poſſet gratiæ beneficium: id eſt, poſſe gratiâ Dei, à peccato præſeruari, ac gloriâ beatificari.

Soluuntur obiectiones ex ratione.

CAP. XVII.

[a] *eſt Caluini 3. Inſtit. 23. §. 7.*

PRIMA, [a] ſi Deus non decreuit ab æterno Adamum peccaturum. Ergo, ambiguo fine condidit illum: non enim condidit, vt ſtaret: ſicut patet: vel ergo condidit, vt laberetur, vel ambiguo fine.

Negatur conſeq. quia Deus creauit Adamum ad beatitudinem æternam. Et quamuis præuiderit lapſum, de remedio tamen prouidit.

[Secunda, ergo ſaltem reprobos, vel incerto vel damnationis fine creauit.

Reſpondeo. 1. [voluntate antecedente, eos creari ad beatitudinem: conſequẽte verò: ex præuiſione malorum, Deo permittente peccatum, creari ad ſupplicium ęternum.] 2. creaſſe omnes creaturas ad ſuam declarandam gloriam. Quare: ſiue quædam peccatent, ſiue non: nuſquam ſine ſibi propoſito Deum fruſtrari poſſe.

Tertiò, ſupernaturale opus eſt, omnes, vnius parentis culpa, excidiſſe. Ergo, id à Deo procedit.

[b] *Epheſior. 2. v. 3.* ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς.

Negatur anteced. Nonne ait: *Paulus* [b] *Eramus & nos, natura, filij iræ.* Quid eſt *natura* [c] niſi naturaliter?

[c] *vt etiam exponit Caluinus in hunc locum Pauli. Quod natura.*

Quarta, homo non potuit labi Deo inuito, vel ignorante, vel ocioſe ſpectante. Ergo decernente.

Negatur conſeq. quia lapſus eſt Deo permittente, & ex malo bonum eliciente.

Quinta, ſæpe vnum peccatum eſt alterius pœna. Pœna autem omnis eſt à Deo.

Reſpondeo

Reſpondeo,peccatum vt à voluntate procedit permitti à Deo, vt in voluntate recipitur: ex illa permiſſione, ordinari à Deo in modum pœnæ peccatoris.

[d] Sexta,oportebat hominem cognoſcere veritatem,atque iuſtitiam Dei. At planè cognoſci nequeunt,niſi ex mendacio,& iniuſtitia, vt ex contrariis.

liter ineſt omnibus (inquit) id certè eſt originale. Naturaliter verò nos omnes damnationi obnoxios Paulus docet.

[d] *Zuinglij de prouident. cap. 5. & 6.*

Ad Minorem.1. negatur. Quia veritas,& iuſtitia ſunt cognoſcibiles per ſe.2.ad id ſufficere Theoreticam cognitionem. Alioquin ſequeretur neceſſarium fuiſſe Deo mendacium,& iniuſtitiam.

Septima,decreuerat Deus ſuam minifeſtare iuſtitiam,& miſericordiam. At iuſtitia vindicatiua, non fuiſſet manifeſtata,niſi peccaſſet homo.

Reſpondeo.1.non fuiſſe neceſſe in omnibus partibus ſuis,iuſtitiam manifeſtari Dei. 2. non decreuiſſe Deum manifeſtare vindicatiuam ante præuiſionem,& permiſſionem lapſus.

Soluitur obiectio Theologica.

CAP. XVIII.

OBIECTIO: Deus eſt cauſa totius Entitatis in peccato. Ergo & peccati,Primò,quia quod eſt cauſa cauſę, eſt cauſa cauſati.Deus eſt cauſa cauſæ peccati,nempe actionis vnde reſultat deformitas.Igitur,&c.

Secundò, ille propriè peccat, qui ſciens, & volens,eſt cauſa actionis peccati:cum illaque concurrit:maximè ſi deformitas ſit, actioni inſeparabilis. Etſi nolit hauc deformitatē. alioquin, nec homo peccaret:vtpote qui deformitatē minimè intēdat.

Tertiò,qui gladium præbet ei, quem ſcit male vſurum gladio,peccat. Ergo, & Deus, qui ſuum præbet concurſum actioni malæ.

Quartò, actio humana eſt etiam, vt ſpecifica, à Deo. At vt ſpecifica ſumit rationem peccati. Ergo in quantum peccatum, eſt etiam à Deo.

Quintò, ſi quæ eſt cauſa, cur Deus non ſit author peccati, erit quòd Deus ſit cauſa vniuerſalis. At hinc etiam ſequeretur non eſſe cauſam actionis bonæ: quod tamen falſum eſt.

Negatur conſeq. principalis argumenti. Nam totius Entitatis (quam materiale peccati vocant) eſt quidem Deus cauſa: deformitatis autem (quam formale vocant) eſt tantum cauſa creatura peccatrix. Nam quotieſcumque duæ concurrunt cauſæ ad vnum effectum: ſi quis defectus, in effectu contingat, debet reuocari in deficientem cauſam, ſiue actionis determinatricem. At, *nemo quærat* (inquit [a] Aug.) *efficientem cauſam malæ voluntatis. Non enim eſt efficiens, ſed deficiens: quia nec illa effectio eſt, ſed defectio.* Deus autem eſt efficiens, non deficiens cauſa. Ergo huiuſmodi defectus cauſa, erit tantùm [b] deficiens creatura: determinans vniuerſalem Dei concurſum ad ſpecificam rationem peccati.

Ad 1. probationem, falſam eſſe Maiorem, quando cauſati vitium, à ſola determinatione cauſæ ſecundæ, ac particularis procedit. Nam Sol eſt cauſa, ſuo modo, generationis hominis. At ſi producatur mancus, vel monſtrum partibus excedens: non dicetur Sol, huius cauſa monſtri, ſed cauſæ ſecundæ ac particulares.

Ad 2. veram eſſe propoſitionem, de cauſa actionis determinatrice: qualis non eſt Deus, in actione peccati: & qualis eſt homo.

Ad 3. admittitur Antecedens: quia ille impedire

[a] *12. Ciuit. 7.*

[b] *1. quia non attendit ad Regulam rationis. Hic autem defectus licet non ſit aliquis actus poſitiuus, ſed negatio quædam: tamen eſt voluntarius: non quia elicitus a voluntate: ſed quia voluntas poteſt attendere ſi velit. Porro quatenus hic defectus præcedit actum peccati, eſt eius cauſa, quatenus comitatur, induit rationem mali. 2. quia voluntas creata non eſt ſummum bonum ita Auguſt. cap. 12. Enchirid. 3. quia eſt ex nihilo creata, ita Auguſt. de nupt. & concupiſc. 28.*

tenetur..Negatur conſeq. Quia impedire non tenetur Deus.

Ad 4. veram eſſe Maiorem, quatenus concurſus Dei determinatur à voluntate humana. Ad Minorem. Hanc actionem, ſpecificam non eſſe in ratione peccati: à concurſu Dei, ſed ab operatione cauſæ determinatricis.

Ad 5. negatur conſeq. 1. quia actiones ſupernaturales bonas Deus ſpecialiter confert. 2. quia naturaliter bonas directè intendit. Ideo enim dedit liberum arbitrium, & concurſum generalem, vt iis benè operemur. 3. quia bonas, hortatur, imperat, laudat. Nihil autem ſimile in malis actionibus exhibet.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS,

DE STATV PECCATI.

Qui eſt,

DE PRIMI HOMINIS PECCATO.

An potuerit tentari & peccare Adam.

CAP. PRIMVM.

NEGANT nonnulli apud Lutherum in.1.cap.Geneſ.ac probant. Quia, [a] *iuſto non eſt lex poſita.* Primi autem parentes iuuſti erant. Ergo,&c.

Contra primò, pœna inflicta homini,poſt eſum vetiti pomi, non potuit oriri ex eſu pomi. tam quia per ſe bonum erat, tum quòd gratia originalis non erat homini naturalis: ſed ex amicitia Dei pendebat. Igitur eam corrumpere non poterat lignum naturale. Igitur nata eſt hæc pœna ex lege Dei fractione, ſiue ex peccato,

Secundò [b] *A muliere initium peccati, & per illam morimur omnes.*

Tertiò, [c] *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum: & per peccatum mors.*

Quartò,iuxta aduerſarios nulla extitit lex, ante primum peccatum: ſed peccatum eſt prę uaricatio legis,Ergo nuſquam fuit primum aliquod peccatũ,

[a] 1.Timoth.1. v. 9. δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται.

[b] Eccleſiaſtici 25.v. 33. ἀπὸ γυναικὸς ἀρχὴ ἁμαρτίας, καὶ δι' αὐτὴν ἀποθνήσκομεν πάντες.

[c] Rom. 9.v. 12. δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος.

Igitur neque aliqua lex. Ergo neque vllam vſquam fuit, aut eſſe poterit peccatum.

Ad rationem reſpond. 1. cum Ambroſio, non poni legem ſcriptam iuſto, quia ſufficit eam ſeruari in corde ipſius. 2. non poni quaſi nolenti qui timore pœnæ ducatur, ſed volenti qui libenti operetur animo.

[a] *Aug.* 14. *Ciuit.* 17. *vide etiam* 1. *de corrept. & gratia cap.* 12.

Cur Deus permiſerit hominem tentari quem caſurum ſciebat.

Cap. II.

Respondeo primò, Deum hac in parte homini iniuriam non feciſſe. [a] *Quandoquidē ſic erat inſtitutus* (Adam) *vt ſi de adiutorio Dei fideret, bonus homo malum Angelum vinceret.*

Secundò, [b] primariam huius permiſſionis cauſam, ſoli Deo cognitam eſſe.

Tertiò, ſeptuplicem rationem aſſignari poſſe.

Prima eſt, [c] *Omnipotentia Dei*: qua ex malis bona, ſcit potentiſſime facere.

Secunda, *Prouidentia diuina.* [d] *Sic enim adminiſtrat omnia, quæ creauit: vt etiam ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat.* id eſt libero præditos arbitrio ſinat, pro arbitratu ſuo vel tentatori reſiſtere, vel cedere.

Tertia, *miſericordia atque iuſtitia.* [e] *quia* (Deus) *ſimul videbat eo caſu ſe vti poſſe ad miſericordiam, & iuſtitiam ſuam declarandam: dum ex damnata maſſa, alios iuſtè puniet, alios miſericorditer liberabit.*

Quarta, [f] Vniuerſi pulchritudo reſultans ex ordinatione peccati, & pœnæ.

Quinta, [g] vt intelligeret homo, quid eſſet, & poſſet. Qui enim non tentatur, quis ſit, adhuc neſcit.

[b] *Aug.* 11. *de Geneſ. ad literam* 4. *Si ergo* (inquit) *quæritur, cur Deus tentari permiſerit hominem: quem tentationi conſenſurum eſſe præſciebat: altitudinē quidem cōſilij eius penetrare non poſſum: & longè ſupra vires meas eſſe confiteor.*

[c] *Aug.* 1. *de correpi.* & *gratia* 10.

[d] *Aug.* 7. *Ciuit.* 30.

[e] *Aug. de corrept.* & *grat. ſupr.*

[f] *Aug.* 3. *de liber. arbitr.* 9.

[g] *Aug.* 11. *de Geneſ. ad liter.* 4.

Sexta, [h] vt contra cupiditatem, atque ſuperbiam, ſanctis præberetur exemplum.

Nona, [i] vt nobis donaretur Chriſtus: Et quidem cum amplioribus donis.

De ſerpente qui Euam ſeduxit.

CAP. III.

OPHITAE, [a] arbitrati ſunt, *hunc ſerpentem fuiſſe ſapientiam Dei*, quæ primorum oculos aperuit parentum, vt bonum dignoſcerent, & malum: idque feciſſe in odium creatoris, cui ipſa contraria ſit. Origenes, per ſerpentem, *delectationem*: per Euam *ſenſum*: per Adamum *mentem* intellexit.

[b] Nonnulli arbitrati ſunt fuiſſe phantaſticum ſerpentem, à diabolo aſſumptum.

Prima propoſitio. *Ille ſerpens fuit verus, atque naturalis.* 1. quia quæcumque dicuntur de illo: nimirum, *maledictum eſſe, ſupra omnia animantia terræ: ſuper ſuum gradiri pectus: terram comedere, inimicitias inter eum, & filios Euæ fore*: vero ſerpenti conueniunt optimè. Nullo autem modo ſapientiæ Dei, vel delectationi: aut phantaſtico ſerpenti. 2. quia ita ſentiunt PP. Chryſoſt. homil. 16. in Geneſ. Baſil. quod Deus non ſit author malorum. Epiphan. hæreſi Ophitar. Auguſt. 11. de Geneſ. 2. & alij. Magiſter cum Scholaſt. 2. diſt. 21.

Secunda: *per ipſum ſerpentem loquebatur diabolus*

[h] *ſupr. cap. 6.*

[i] *Si homo* (*inquit Leo ſerm 3 de Pentecoſte*) *diabolica fraude deceptus, à lege ſibi poſita, per concupiſcentiā non deuiaſſet: creator mundi creatura non fieret.*

[a] *à Græca voce* ὄφις, *ſerpens: apud Irenæ.* 1. *cap.* 34. *Tert. de præſcript. Epiph. hæreſ.* 27.

[b] *apud Procopium in* 3. *Geneſ.* [*hanc ſententiam tribuit Cyrillo*, 3. *in Iulianum, Pererius in Geneſ.* 3. *caput. Ibique alias etiam opiniones recenſet* 1. *Ioſephi Antiq.* 1. *cap.* 1. *ſerpentem naturalem fuiſſe: & naturaliter locutum.* 2. *B. Ephrem apud Barcepham cap.* 27. *de Paradiſo loquutum quidem ſerpentem per ſe: ſed diuinitus facultate prædita à Deo, ad petitionem Satanæ* 3. *Cyrilli ſupra.* 4. *Caietani, per ſerpentem ſignificari diabolum: & hanc tentationem, ſolum in mente fuiſſe.* 5. *illam, quam hîc nos defendimus quamque ipſe ſequitur.*]

Euæ.1. quia [c] *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* [d] *Ille Homicida eſt ab initio.* atque Apocalyp. 20. [e] dicitur, *Antiquus ſerpens.* quæ rectius explicari nequeunt, quam quod loquutus fuerit per illum ſerpentem diabolus. 2. quia ita docent Hierony. Theodoret. Eucherius, Beda, Rupertus, Chryſoſt. Auguſt. [g] Cyprian. [h] Baſil. [i] Ambroſ. [k] Cyrillus.

Tertia: *Veriſimilius eſt non fuiſſe permiſſum Sathanæ aliud induere animal.* [l] vt ſentit Auguſt. 1. quia ſicut Deus volebat permittere diabolo, tentare: ſic volebat, ex ipſa ſerpentis forma Euam admonere: vt inſidias caueret. 2. ſi licuiſſet diabolo, pro ſuo libito quodcumque aſſumere animal, certè columbam: vel aliud ſimile animal, ad tegendum inſidias aptius, ſumpſiſſet.

[c] *Sap.2.v.24.* φθόνῳ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.
[d] *Ioan. 8. v. 44.* ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς.
[e] *v.2.*
[f] *in Geneſ.*
[g] *ſerm. de zelo, & liuore.*
[h] *ſupr.*
[i] *lib. de Paradiſo.*
[k] *ſup.*
[l] *11. de Geneſ.3. vide Magiſtr.2. diſt 21. & Barcephā ſup.cap.27.*

Quale fuerit primum Primorum parentum peccatum.

CAP. IIII.

NONNVLLI [a] putarunt fuiſſe, anteuerſionem vſus ligni ſcientiæ boni & mali. Verùm, ad literam id conſtare nequit. Non enim prohibuit Deus eſum huius ligni, ad tempus: ſed in perpetuum.

[b] Alij voluerunt hoc primum peccatum [c] fuiſſe, vſum coniugij ante legitimum tempus.

Contra. 1. Adam tunc [d] primum cognouit vxorem, cum fuit è Paradiſo eiectus. 2. in ſtatu innocentiæ nulla vigebat concupiſcentiæ inordinatio. 3. quid prohibebat Adamum, coniugio vti, ilicò poſt creationem?

[e] Ambroſius arbitratur primum Euæ peccatum,

[a] *apud Aug. 11. de Geneſ. 41.*
[b] *apud eundē, ibidem*
[c] *Intemperātiam ſcilicet.*
[d] *vt colligitur ex cap. & v.1. Geneſ.*
[e] *lib. de Parad. cap. 12.*

fuiſſe additionem particulæ, [f] *fortè* ad verba Domini.

[g] Chryſoſtomus, *quod Eua cum diabolo colloqui cœperit.* Verùm, hi PP. accurate noluerunt de primo hominis diſſerere peccato, ſed occaſione aſſumpta hinc inde monere populum.

Nam neque propriè, Eua mutauit ſententiam verborum, & ſi non totidem expreſſerit verbis. Neque ſciebat ſe cum diabolo loqui. [h] Lutherus, & [i] Caluinus contendunt, *infidelitatem fuiſſe*; quod non crediſſent illi primi parentes ſe morituros, ſi guſtaſſent fructum.

Sanctus [k] Bonauétura, & Scotus fatentur equidem, primum Euæ peccatum, *ſuperbiam fuiſſe:* Adami verò, [l] inordinatum, erga coniugem, amorem.

Propoſitio: *Vtriuſque primum peccatum fuit, per conuerſionem, ad illicitum propriæ excellentiæ bonum, nolle ſubijci Deo: quod eſt inobedientiæ, ac ſuperbiæ actus.* Probatur.

Primò, [m] *Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo: quoniam ab eo, qui fecit eum, receſſit cor eius.* Id eſt primus actus, ſiue principium peccati hominis, nempe ſuperbiæ: fuit nolle obedire Deo: ſed recedere ab eo.

Secundò, [p] *Initium omnis peccati ſuperbia.* Item: [q] *Superbiam numquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas. In illa enim initium ſumpſit perditio.*

Tertiò, [r] *Per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi.* [s] *In quo omnes peccauerunt:* &, *per quem mors intrauit in orbem terrarum.*

Quartò, ex PP. [t] Baſil. *Quamobrem* (inquit)

[e] *dixerat enim dominus Geneſ.* 2. *v.* 17. *quocumque die comederis ex eo morte morieris.* *Mulier verò Geneſ.* 3. *v.* 3. *Ne* (inquit) *forte moriamur.*

[g] *homil.* 16. *in Geneſ.*

[h] *in* 3. *Geneſ.*

[i] 2. *Inſtit.* 1. §. 4.

[k] 2. *diſt.* 21. & 22.

[l] *non quidem carnalis concupiſcentiæ, ſed amicitiæ humanæ.*

[m] *Eccleſiaſtici* 10. *verſ.* 14. ἀρχὴ ὑπερηφανίας, ἀνθρώπου ἀφισταμένου ἀπὸ κυρίου, καὶ ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν ἀπίστη ἡ καρδία αὐτοῦ.

[p] *ibid. verſ.* 15. ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία.

[q] *Tobiæ* 4. *verſ.* 14. *iuxta editionem vulgatam.*

[r] Rom. 5. *verſ.* 19. διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί.

[s] *verſ.* 12. ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον.

[t] *orat. quod Deus non ſit author malorum.*

hominem dolis aggreſſus, eadem ambitionis cupiditate, quam ipſe ab initio habuit, velle ſimilem eſſe Deo, hâc rurſus, ad decipiendos nos, vſus, lignum oſtendit,[u] &c.

Chryſoſtom.[x] *Igitur, vt diuinitatem mente ſua imaginata eſt, ad eſum properauit.*

Auguſt.[y] *Quando* (inquit) *his verbis crederet mulier à bona, atque vtili re diuinitus ſe fuiſſe prohibitos, niſi iam ineſſet menti amor ille propriæ poteſtatis, & quadam de ſe ſuperba præſumptio, quæ per illam tentationem fuerat conuincenda & humilianda.* Nomine autem *tentationis.* Non intelligit quamcumque tentationem: ſed præualentem. Aliàs ſimpliciter tentatio ſuperbiam præceſſit.

Leo,[z] *Illi* (Adamo) *per elationem lapſo, dictum eſt, terra es & in terram ibis. Huic per humilitatem exaltato, dictum eſt, ſede à dextris meis.*

Proſper:[a] *Et mihi quidem videtur quod non ederent de ligno prohibito, niſi concupiſſent: nec concupiſſent, niſi tentati: nec tentarentur, niſi deſerti: nec deſererentur à Deo, niſi ipſi prius deſererent Deum: nec deſererent Deum, niſi ſuperbirent, & ſimilitudinem Dei miſerabiliter appetiſſent.*

S. Fulgentius:[b] *Quia primus homo in ſuperbiam eſt diaboli, ea perſuaſione, deiectus, perdidit humilitatem.*

Quintò, inter actus malos, priores in Adamo interiores fuêre. Nam cum pars inferior ſuperiori ſubiecta eſſet: nec illa deficere poſſet, niſi hæc primo deficeret à Deo: non potuit concupiſcibilis præualere: niſi animus primo auerſus fuiſſet à ſuo creatore. At inter actus interiores peccati, prior eſt, circa finem, quam circa media. Finis autem in malis, eſt excellentia propria, ſcilicet ſuperbiæ obiectum. Non igitur infidelitas, aut amor coniugalis præceſſit: ſed ſuperbia ipſa.

Sextò,[c] non potuit mens primorum parentum,

u *per cuius deguſtationem pollicitus eſt hominem, ſimile fore Deo.*
x *homil. 16. in Geneſ.*
y *lib. 11. de Geneſi ad Literam, cap. 30. His verbis apertè Auguſtinus docet infidelitatem in primis parentibus, ortam ex Superbia. vide etiam 14. Ciuit. 13.*
z *ſerm. 5. de Natiuitate domini.*
a *2. de vita Contemplatiua cap. 19.*
b *2. de Incarnat. & gratia Chriſti cap. 22.*

Gregor. 4. Moral. 9. Duas ad intelligendum ſe creaturas fecerat (inquit) *Angelicam videlicet, & humanam: vtramque verò ſuperbia perculit: atque à ſtatu ingenitæ rectitudinis fregit.*

c *ita Auguſt. 14. Ciuitat. 13.*

diuino illuſtrata lumine, in errorem induci: niſi antea per auerſionem à Deo, deſtituta illo lumine fuiſſet. Sicut non poteſt quis credere Solem non lucere, dum Solem ipſum reſpicit. Ergo infidelitas primum peccatum non fuit: [d] ſed aliud peccatum ſupponit.

[d] *vnde Scriptura 1. Tim. 1. & 6. diſertè docet mala opera præcedẽtia eſſe cauſam infidelitatis.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. V.

Prima, [a] principaliter conabatur diabolus Euæ perſuadere, ſe non morituram ſi guſtaret de ligno, nec ante auſa eſt attingere fructum quam credidit ſerpenti.

[a] *Lutheri.*

Reſpond. conatum etiam diabolum, Euæ perſuadere ſuperbiam. ideò enim dixit: [b] *In quacumque die comederitis aperientur oculi veſtri & eritis ſicut Dij*,&c. In hoc ergò primùm deuicta eſt Eua, quod affectauerit excellentiam: deinde crediderit diabolo.

[b] *Geneſ. 3. v. 5.*

Secunda, fides eſt radix iuſtitiæ. Ergo infidelitas, iniuſtitiæ. Negatur conſequentia. Nam quod eſt primum in generatione, eſt vltimum in reſolutione. Per fundamentum incipit ædificari domus: per fundamentum vltimo deſtruitur. Si ergo fides iuſtitiæ radix eſt. deſtructio iuſtitiæ, in infidelitatem vltimò reſoluetur.

Tertia, Nunquam auſus fuiſſet repugnare Dei Imperio Adam, niſi eius verbo prius incredulus extitiſſet.

Reſpondeo, [c] *elationem animi*, primam in primis parentibus fuiſſe, deinde *incredulitatem*. Denique, *inobedientiam apertam* quæ prorupit in actum externum quo Dei imperium violatum fuit.

[c] *ita intelligẽdus eſt Aug. 14. Ciuit. 17. cum ait. Hoc itaque cognouerunt, quod fælicius igno-*

Quarta, Aug. 11. de Geneſ. ad literam 42. & Ciuit. 14. cap. 11. aſſerit Adamum incidiſſe in pecca-

Digitized by Google

catum inobedientiæ ob immoderatum erga coniugem amorem : cum adhuc in ſtatu innocentiæ verſaretur.

Reſpondeo 1. nō dixiſſe dum verſaretur in innocentiæ ſtatu , ſed antequam ſentiret repugnantis concupiſcētiæ motus: quod fieri potuit etiam poſt peccatum. Nec enim etiam nos patimur huiuſmodi motus. 2. Et ſi huiuſmodi amor præceſſerit inobedientiam apertam : præceſſiſſe tamen occultam, ac internam Auguſtinus nō dixit. Imò contrarium [d] defendit.

Quinta, Homo prius cognoſcit alia , quam ſe. Ergo prius amat amore amicitiæ alios, quam ſe.

Reſpondeo 1. quiquid ſit de nobis , falſum eſſe Antecedens de Adamo. 1. quia inſtructus erat omni ſapientia & cognitione, 2. quia fuit ante Euam creatus: ſeque ſufficienter vt obiectum habuit. 3. Eua iuxta Scotum, primò ſeipſam amauit, & proinde cognouit, quidni , Ergo & Adam?

Reſpondeo 2. negando conſequens , etiam Antecedente admiſſo. quia fieri poteſt vt priùs aliquid cognoſcamus, quod poſterius amemus : non enim ad quamcumque cognitionem ſequitur amor.

Sexta, vel crediderunt ſe fore Deos: vel nō crediderunt. ſi prius, Ergo infidelitas præceſſit. ſi poſterius: quomodo id appetiuerunt?

Reſpondeo, nec primò crediſiſſe aſſertiuè : nec eius contrarium habuiſſe. ſed, propoſita ſibi excellentiâ propriâ, in ea ſibi inordinatè complacuiſſe eamque appetiuiſſe, ſicut ſolet in moroſis delectionibus euenire.

rarent , ſi Deo credentes , & obedientes non committerent, quod eos cogeret experiri; infidelitas , & inobedientia quid noceret.

[d] 14. *Ciuit.* 13. *Spōtaneus* (inquit) *eſt iſte defectus : quoniam ſi voluntas in amore ſuperioris immutabilis boni, à quo illuſtrabatur, vt videret, & accendebatur, vt amaret, ſtabilis permaneret nō inde ad ſibi placendū auerteretur, & ex hoc tenebreſceret, & frigeſceret: vt vel illa verum crederet dixiſſe ſerpentem : vel Dei ille mandato vxoris præponeret voluntatem.*

Primos parentes amiſiſſe fidem: & qua fuerit infidelitas eorum.

CAP. VI.

EOS amiſiſſe fidem, conſtanter docent [a] Tertull. [b] Ambroſ. [c] Auguſtinus [d] Proſper, [e] Leo, [f] Fulgentius: primus homo (inquit) perdidit fidem: perdens autem fidem, perdidit diuinam protectionem.

Infidelitatem Euæ, nonnulli [g] PP. conſtituunt in credulitate, qua ſibi perſuaſit, ſe non morituram ſi guſtaret lignum: Sed potius Deum mentitum.

[h] Alij, non improbabiliter volunt, Euam non crediſſe prohibitum fructum ligni ſcientiæ boni, ac mali: ſed potius ſibi perſuaſiſſe, ſe ac virũ non benè Domini verba intellexiſſe. [i] ropterea, namque videtur à Diabolo dictum: *Cur præcepit vobis Deus*, &c. Ideſt: nequaquam credere debetis vobis fuiſſe prohibitum lignum: nulla ſiquidem ratio huius prohibitionis ſuppetit: cum hic fructus ſit vtiliſſimus: & Deus bonus, veſtro non inuideat bono. Probatur hæc ſententia.

Primò, quia Paulus [i] comparat ſeductionẽ Corinthiorum cum Euæ ſeductione. At Corinthij non fuerant ſeducti, credentes Deum aliquid præcepiſſe mali: ſed credentes falſis docentibus Apoſtolis quædam à Deo mandari: quamuis ita non eſſet.

Secundò, Eua non à Domino, ſed à viro audierat pręceptum prohibens. Ergo ſibi facile perſua-

[a] *2. in Marcionem cap. 2. Quis dubitat* (inquit) *ipsũ illud Adæ delictum hæreſim pronunciare.*
[b] *lib. 5. epiſt. 33. Agnoſcis te eſſe nudum (alloquitur Adamum) quia bona indumenta Fidei perdidiſti.*
[c] *cap. 45. Enchiridij.*
[d] *in reſponſione ad capitula Genuenſium: Credendo Adã diabolo, non credidit Deo.*
[e] *ſerm. 4. de Natali Domini.*
[f] *lib. de Incarn. & Gratia Christi. cap. 22.*
[g] *Cyril. 3. in Iulian. Chryſoſt. homil. 16. in Geneſ. Auguſt. 2. de Geneſi contra Manichæos 15.* [h] *Auguſt. 11. de Geneſ. ad literam 30. Epiph. hæreſ. 38.*
[i] *2. Corinth. 11. verſ. 3.*

dere potuit, ſe non bene intellexiſſe prçceptum.

Tertiò, in Hebrço habetur אַף כִּי *af ci* quod noſter interpres vertit: *Cur.* ſed magis redderetur ad verbum *vere quod*, ſiue: *etiam quod*, vt ſenſus ſit: *Eſtne verum quod Deus præceperit vobis. &c.*

Quartò, non videtur facile perſuaderi poſſe mulieri innocenti & iuſtæ, Deum mendacem, & inuidum fuiſſe. Adam autem in fide errauit. 1. quod crediderit veniale peccatum fore, ſi contra præceptū Dei comederet de fructu, ne ſociam vnicam contriſtaret. 2. ſibi perſuaſerit, non ſe moriturum: quod videret minime mortuam vxorem, ex guſtato fructu. 3. quod, ſe fore ſimilem Deo, crediderit.

Adamum proprie non fuiſſe ſeductum.

CAP. VII.

NEGANT nonnulli, quia [a] Ignatius, [b] Irenæus, [c] Epiphan. [d] Chryſoſt. [e] Cyrill. etiam negare videntur. Contraria ſententia eſt vera: primò, quia volens Paulus demonſtrare mulierem ſimplicioris, & infirmioris eſſe naturæ, quã fit homo: [f] *Vir* (inquit) *non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta in preuaricatione fuit.* Quæ ratio nihil concluderet, ſi intelligeremus, vt nonnulli volunt: [g] *vir non eſt ſeductus*, id eſt, *à diabolo*: vel, [h] *non eſt ſeductus prior*: aut, [i] *non ſcribitur in Geneſi ſeductus*: aut de-

[a] *epiſtola ad Trallianos: Diabolus* (inquit) *per mulierem ſeduxit Adam patrem generis noſtri.*

[b] *3. cap. 35. aliàs 37.*

[c] *hereſ. 38.*

[g] *Ipſe Diabolus per mendacium decepit Euam, & Adam.*

[d] *homil. 9. in priorem ad Timoth.* [e] *2. in Ioan. 3.*

[f] *1. Timoth. 2. verſ. 14.* ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε.

[g] [*ita Hieronym. 1. in Iouinian.*

[h] *Epiphan. hereſi Quintilianorum.*

[i] *Hugo de S. Victore quæſt. 16. in 1. Timoth.*

nique: [k] *non eſt ſeductus, ſicut Eua*, id eſt, *in ſeductionem alterius.*

Secundò, mulier equidem, pro ſua excuſatione, dixit, [l] *ſerpens ſeduxit me.* At vir non ſimile quid dixit. ſed, *mulier quam dediſti mihi*, &c.

Tertiò, ex Aug. [n] 11. de Geneſ. ad litt. vlt. Ad PP. reſpondeo loqui de ſeductione materialiter acceptа, ſiue occaſionaliter. Quòd ex ſuggeſtione diaboli acceperit homo occaſionem credendi illa tria quæ poſuimus [o] ſupra: ſicut dixit Apoſtolus: [p] *Peccatum per mandatum ſeduxit me.*

[k] *Auguſt.* 11. *de Geneſ. ad literam* 11. *& Hierony. ſupra.*]

[l] *Geneſ.* 3 *v.* 13.

[m] *v.* 12.

[n] *Non arbitror* (inquit) *ſi iam ſpirituali mente præditus erat* (Adam) *vllo modo credere potuiſſe: quod eos Deus ab eſca illius ligni, inuidendo prohibuiſſet.*

[o] *in fine capitis* 6.

[p] *Roman.* 7. *v.* 11. ἡ ἁμαρτία, ἀφορμὴν λαϐοῦσα *occaſione accepta*, διὰ τῆς ἐντολῆς ἐξηπάτησέ με. *verſ. Item Galat.* 6. *verſ.* 3.

Primum Adami peccatum non potuiſſe veniale eſſe.

CAP. VIII.

NEGANT [a] Scotus, verior [b] ſententia, contraria. primò, quia veniale peccatum minimè originalem ſuſtuliſſet iuſtitiam. Sed peccatum ſequitur pœna, & timor. Ergo in ſtatu innocentiæ fuiſſet aliqua pœna, & timor. Quod abſurdiſſimum iudicat [c] Auguſt.

Secundò, omne peccatum veniale, aut oritur ex ſubreptione (nimirum ex appetitu carnis præueniente vſum rationis: vel ipſa volũtate præuenienteperfectam rationis deliberationem) aut tale eſt ex genere ſuo: nimirum ex inordinato amore, vel timore, ac per hoc ex aliqua rebellione partis inferioris à ſuperiore, aut voluntatis à ratione. Sed

[a] 2. *diſt.* 21.

[b] *D. Thom.* 1. 2. *q.* 89. *ar.* 3. *Alber. Bonauent. Richard. Durand. Aegid. &c.* 2. *diſt.* 2. *Alenſis* 2. *par. Summæ. q.* 104. *numero* 6.

[c] 14. *Ciuit.* 10.

in ſtatu innocentiæ nihil horum poterat ineſſe. Ergo nulla via patebat, in illo ſtatu, veniali peccato. At per ſolum mortale poterat iuſtitia originalis amitti. Ergo ſolum mortale primum peccatum, poterat eſſe.

An grauius peccauerit Adam, quam Eua.

Cap. IX.

PRobabile eſt, [a] grauius mulierem peccaſſe. Quia probabile eſt: tum credidiſſe Deum mentitum, & ex inuidia loquutum: quæ eſt infidelitas, & blaſphemia extrema, tum voluiſſe inuito Deo, fieri ſimilem eo: quæ eſt ſuperbia omninò intolerabilis. Nihil autem ſimile perpetrauit homo.

[a] *ita Chryſoſt. homil. 7. ad populum Antioch.*

Probabilius tamen eſt, grauius peccaſſe Adamum, quia probabilius mulierem tantum credidiſſe ſe non rectè intellexiſſe præceptum Domini. At ſiue peccatorum actus, ſiue reſpicias perſonas, hominem grauius præterea peccaſſe hæc ſeries monſtrabit.

Viri		*Mulieris.*
1 *Superbia*.qua in ſua potius,quã Dei poteſtate verſare voluit. Ang. 45. enchir.	Æqualis vtrinque: teſte Auguſt. 11.de Geneſ. 35.	*Superbia.* Auguſt. 11. de Geneſ.3.
2 *Amor coniugalis inordinatus*. Auguſt. 11.de Geneſ. cap. vlt.	Æquè grauis. Quia non niſi ex inordinato huiuſmodi amore, Eua virum ſollicitauit.	*Sollicitatio viri ad peccãdum, ſiue edẽdum de ligno.* Geneſ.3.v.6
3 *Infidelitas*, qua non credidit Deo dicenti: in *quacumque die*, &c. Et credidit diabolo: *Eritis ſicut Dij*.Aug.in Enchirid.ſup.	Eadem vtrinque,vel non multũ diſpar. Quia vterque credidit ſe non moriturum: ac ſe fore ſicut Deũ. Homo quoque, cũ arbitratus eſt ſe, tantum, venialiter peccaturum: nõ minus,quam Eua,putauit ſe non bene percepiſſe Domini præceptũ.	*Infidelitas.* Auguſt. ſupr.
4 *Curioſitas*, ſiue *cupiditas*, experiendi, an cibus ille mortem inferret. Auguſt. de Geneſ.ſup.	Grauior in viro: quia tentauit Deum: Mulier verò ſolum ſatisfecit gulæ.	*Curioſitas*,ſiue *concupiſcentia cibi.* Geneſ. 3. v. 6.
5 *Inobedientia expreſſa, comedendo de ligno*. Geneſ. 3. v. 11.	Æqualis.comedit enim vterque de ligno.	*Inobedientia, edendo de ligno.* ibid.
6 Excuſatio peccati.ibid.v.12.	Grauior in viro: quia reiecit culpam in Deum: Mulier in ſerpentem.	*Excuſatio peccati.* ibid. v.13.
7 *Læſio proximi.* Nã in Adã morimur omnes.	Grauior in viro. Quia ſola muliere peccante, poſteri manſiſſent illæſi.	*Læſio proximi.*

Perſona.

Perſonæ.

Vir.	*Mulier.*
1 *Sapientior*, & *fortior erat*.	1 *Imbecilior*, *vtrinque*.
2 *Caput mulieris*, quam docere debebat.	2 *Subiecta viro*, quem audire debebat.
3 *Debiliorem habuit hoſtem*, nempe fœminam.	3 *Fortiorem habuit*, nempe diabolum.
4 Nec culpam nec errorem agnouiſſe videtur.	4 *Agnouit*, & *confeſſa eſt errorem*. Serpens (*inquit*) decepit *me*.
5 Grauius à Deo reprehẽſus: *Ecce Adã vt vnus ex nobis*, &c. ironice ſcilicet.	[·.·]
6 Pœna, vtrique communis, ſoli viro eſt ſignificata: ſcilicet, *Puluis es*, &c.	[·.·]

Digitized by Google

De grauitate peccati Adami.

CAP. X.

PRIMA propoſitio : [a] *Peccatum Adami non fuit ſimpliciter omnium grauiſſimum.* Hoc enim eſt odium Dei nimitum quod aduerſatur maiori virtuti, Charitati ſcilicet. At odio in Deum non peccauit Adam.

Secunda propoſitio : *Peccatum Adæ ſecundum quid eſt grauius omni peccato.* Nam ratione facilitatis non peccandi: ingratitudinis ob tot beneficia à Deo accepta: & læſionis proximi, omnia antecellit peccata, vt conſtat.

[a] *Vide D. Thom. 2. 2. q. 163 art. 3. & Scholaſticos 2. diſt. 21* [*Deinde, vt rectè obſeruat Pererius ſup. q. 1. diſputationis de grauitate peccati Adami: nō peccauit Adam contra legem naturæ: ſed poſitiuam, & quidem de re non per ſe mala, ſed indifferenti. Nec affectus peccandi fuit intenſior in illo: quam in cæteris omnibus: imò mihi videtur remiſſus fuiſſe*]

De pœna primi peccati.

CAP. XI.

PRIMA pœna, tam viro quam mulieri communis fuit, *amiſſio iuſtitiæ Originalis.*

Secunda complectitur tot miſerias, quot in animo, & corpore quotidie patimur: quarum has in Geneſi expoſuit Deus. Duas mulieri proprias. 1. [a] *multiplicabo* [b] *ærumnas tuas, & conceptus tuos*, in dolore paries filios. 2. *ſub viri poteſtate eris* : vel, vt habent Græca: *ad virum conuerſio tua.* in Hebræo תְּשׁוּקָתֵךְ *teſchukatech*: quod, *deſiderium tuum*, &, *conuerſionem*, ſignificat. Ita vt, ſenſus ſit: vel, mulierem etiam inuitam viro ſeruituram : vel, poſt laborem conceptus iterum deſideraturam virum, cum tamen in partu, tot ſentiat dolores.

Tres viro proprias. 1. *Maledicta terra* [c] [בַּעֲבוּר

[a] *Geneſ. 3. v. 16.*

[b] *id eſt ærumnas conceptuū.*

[c] *a* עָבַד *Gauad, ſeruire, operari.*

Bagawod,in operando:id eſt,in operè tuo, vt ſuſpicatur,non ſine ratione,aliquando in Hebræo fuiſſe,[d] Eugubinus,] vel [e] בַּעֲבוּרֶךָ *Begauurecha propter te*,id eſt,ratione peccati tui. 2. [f] *Spinas, & tribulos germinabit tibi*.3. [g] *in ſudore vultus tui,veſceris pane tuo*. Vnam, viro,& mulieri communem: [h] *Puluis es, & in puluerem reuerteris*. Addiditpœnam, ſerpentis.1. [i] *Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ*. Quæ ſi referas ad ipſum ſerpentem, ſignificant eum execrabilem, & viliſſimum inter omnia animalia.Si ad diabolum:vilem eſſe ſuper omnes peccatores. 2.*ſuper pectus tuum gradieris*, quià ſerpens antea,parte anteriore erecta incedebat: nunc verò toto repit corpore. Diabolus ſuper pectus graditur: vel [k] quia in aſtutia ſua confidit:vel quia permittitur in ſuperbia gaudere: [vel, cum ſit nobiliſſima creatura, ad viliſſima quæque animi vitia deprimatur,ac in eis incedat, ſeſeque extendat.] 3. *terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*.Cum antea herbis ſerpens veſceretur. Diabolus in deliciis verſaretur Dei:nunc immunditiis & peccatis tum propriis tum alienis paſcatur. 4. [l] *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius*, nimirum,*cum antea, cum homine pacificè viueres, erit tibi cum eo perpetuum bellum*.

D. [m] Aug. per, *ſemen ſerpentis*, intelligit diaboli ſuggeſtiones, per mulieris ſemen, fructum operis boni.

Diabolus ergo mala ſuggerendo, calcaneo inſidiatur,vt hominem iuſtum faciat labi: ſed iuſtus caput ſerpentis conterit: quia ipſa ſuggeſtionum initia ſtatim comprimit.

[d] *libro recognitionum in Geneſim.*

[e] *vt nunc habet editio Hebræa, Geneſ.*3. *v.*17.

[f] *verſ.*18.

[g] *v.*19.

[h] *v.*19.

[i] *verſ.*14.

[k] *Hieronym. in qq. Hebraicis.*

[l] *verſ.* 15.

[m] 2.*de Geneſ. cōtra Manich.* 17.[*Adde non malè intelligi per Mulierem, B. Virginem per Semen mulieris Chriſtum, vel per ſemen ſerpentis, reliquos dæmones à Lucifero inſtructos: per ſemen mulieris poſteros Adami, qui cum dæmonibus gerunt perpetuũ bellum, pro hæreditate ſalutis, & occupandas ſedes amiſſas.*]

De pœnitentia, & ſalute primorum Parentum.

CAP. XII.

[a] *apud Irenæ. 1. cap. 30. & 31. Tertull. de præſcript. cap. 51. Epiph. hæreſ. 46.*

[b] *v. 1.*

[c] *epiſtola 99.*

[d] *ſup.*

TATIANVS arbitratus eſt, eos eſſe damnatos. Contraria ſententia vera eſt.

Primò, Sap. 10. [b] *Hæc illum qui primus factus eſt, patrem orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus cuſtodiuit: & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia.* Quod melius, quam in pœnitentiam, & ſalutem Adami, quadrare nequit, [c] iuxta Augu.

Secundò, ex traditione Eccleſiæ *Et de illo* ([d] inquit Aug.) *Primò homine, patre generis humani, quod eum ibidem* (in limbo) *ſoluerit Chriſtus, Eccleſia ferè tota conſentit. Quod eam non inaniter credidiſſe, credendum eſt, vndecumque hoc traditum ſit: etiamſi canonicarum Scripturarum hinc expreſſa non proferatur authoritas quanquam* [e] &c.

[e] *Illud, quod in libro Sapientiæ 10. ſcriptũ eſt: hæc illum, qui primus factus, &c. magis pro hâc ſententia, quam pro vllo alio intellectu, facere videatur.*

[f] *ſupr.*

Tertiò, ex [f] PP. Iren. Tertull. Epiph. Auguſt.

Quartò, quia videtur ideo noluiſſe Deum maledixiſſe Adamo, vel Euæ: ſicut maledixit ſerpenti, cuius ſalus, omninò erat deplorata.

Quintò, quia non adeò conuenienter diceretur Chriſtus centeſimam ouem redemiſſe. Cum per eam proprie Adam ſignificaretur.

Sextò, potuiſſet meritò gloriari diabolus, ſe non victum à Chriſto. Diabolus ſiquidem, propriè ſuperauerat Adamum. Poſteri namque homines, tanquam filij parentis deuicti debebantur ipſo iure Sathanæ.

Septimò, videtur propterea ſepultus Adam in

Caluariæ [g] monte: ſicut [h] PP. ſentiunt grauiſſimi.

Obiices cum [i] Hierony. dici, Ioſue. 14. [k] *Adam maximum ſepultum in Hebron, dicta Cariath-arbe*, id eſt ciuitate quatuor. Quia videlicet continebat oſſa quatuot inſignium virorum, Adam, Abraham, Iſaac, Iacob.

Reſpondeo, in illo Ioſue loco, nomen, *Adam*, non eſſe proprium alicuius viri, ſed commune: [l] ſcribitur enim cum ה *he*, demonſtratiuo. Et ſenſus eſt, Hebron, dictam fuiſſe *Cariath-Arbe* (id eſt, *ciuitatem Arbe*, non autem, *ciuitatem quatuor*) ab *Arbe* maximus quidam vir inter filios, Enachim. tum quia [m] fuit pater Enach. tum quia [n] giganteæ proceritatis extiterit [Siquidem nulla occurrit ratio, quare Adam primus parens diceretur maximus inter filios Enachim.]

[g] *nimirum tãquam particeps Redemptionis efficacis generis humani. Si quidem in illo monte crucifixus eſt Chriſtus.*

[h] *Epiph. hæreſ. 46. Origen. tract. 35. in Math. Athan. ſerm. breui de paſſione Domini. Baſil. in 5. Iſaiæ Chryſoſt. homil. 84. in Ioan. Tertull. 2. in Marcionem.*

[i] *in 27. Math. & in 5. ad Epheſ.*

[k] *verſ. vlt. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe. Adam maximus ibi inter Enachim ſitus eſt. In Hebreo verò non fit mentio expreſſa ſitus, aut ſepulturæ.*

וְשֵׁם חֶבְרוֹן לְפָנִים קִרְיַת אַרְבַּע הָאָדָם הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים הוּא

veſchem cheuron (ſiue Chebron) leſanim Kiriath Arbag, haadam haggadol baganakim hu: Et nomen Chebron ad facies Chiriath Arbah, homo magnus in Hanachim ipſe.

[l] *vox* אָדָם, *Adam, tam primo parenti, cum cæteris tribuitur hominibus, id eſt propria, & communis eſt. At cum* ה *eſt tantum communis.*

[m] *Ioſue 15. verſ. 13.*

[n] *Numeror. ſiquidem 13. v. vlt. deſcribuntur filij Enach, giganteæ magnitudinis.*

LIBER QVARTVS
DE STATV PECCATI.
Qui eſt
DE EXISTENTIA ORIGINALIS PECCATI.

Qui ſcripſerint de peccato Originali.

CAP. PRIMVM.

[a] *libro vnico de peccato Originali, & libris duobus de nuptiis, & concupiſcentia: tribus de peccator. mer. quatuor cõtra duas epiſtolas Pelagian. & ſex in Iulianum.*
[b] *ad Capitula Genuenſium Reſponſione 3.*
[c] *1. de Sacra. par 7. a cap. 14.*
[d] *lib. de conceptu virginali, & peccato Originali.*

SCRIPSERVNT hâc de re [a] Auguſt. [b] Proſper, Fulgent. libro de gratia Chriſti. cap. 4. & 13. [c] Hugo Victorinus, [d] Anſelmus, Petrus Lombardus. 2. diſt. 30. & 31. & ibid. Scholaſtici. [e] Albertus magnus, [f] D. Thom. [g] Henricus, [h] Guilielm. Pariſienſis tractatu de vitiis & peccatis. [h] Albertus Pighius, [i] Ambroſ. Catharinus, Dominicus à Soto. lib. 1. de natura, & gratia. cap. 7. [k] Alph. à Caſtro, [l] Andræas Vega, [m] Diegus Payua, [n] Ioan.

[e] *2. par. tract. 17. & Alenſis 2. par. q. 122.*
[f] *1. 2. q. 81. & 4. contra gent. à cap 5.*
[g] *quodlib. 1. q. 21. & 23. & Aegidius quodlib. 6. quæſt. 19.*
[h] *Controuerſia 1.* [i] *libro de peccato Originali.*
[k] *lib. 12. aduerſus hæreſes.* [l] *libro 2. in Concil. Trident.*
[m] *libro 3. Orthodoxarum explicationum.*
[n] *1. de Gratia, & liber. arb. tract. 3.*

Driedo,Ruardus Taper,in explic.ar.2.Cunerus Petri lib. de peccato originali [o] Theodorus Peltanus, [p] Iodocus Tiletanus, [q] Lindanus, Andræas Fabricius in harmonia confeſſionis Auguſtanæ.ar. 3. [r] Thomas Stapletonus, *ex Catholicis*.

Ex hæreticis, Huldrichus Zuinglius libro de Baptiſmo tract.3. & copioſius in declaratione de peccato Originis Luther.aſſ. 2.&3. articuli,Melanchthō in locis tit.de peccato Originis Caluin. 2. Inſtit.1. & lib. 4. cap.15. [s] Kemnitius, [t] Henricus Bullingerus, [u] Mathias Illyricus.

Opiniones de exiſtentia peccati Originalis.

Cap. II.

PELAGIVS [a] docuit primò, *neque peccatum,neque mortem ex Adamo trahi*,quam ſententiam ſequuti ſunt noſtro tempore [b] Anabaptiſtæ.

Secundò, *Faſſus eſt mortem quidem ab Adamo:non tamen peccatum deduci*, quem ſequuntur [f] Iacobus Faber,& [g] Eraſmus ipſe: qui etſi verbo, ſe Pelagium neget:re tamen,non inficiatur:cum velit ſola imitatione ad nos peccatum originis deriuari. Zuinglium etiam à Pelagio dumtaxat non aberrare patet,cum ait: [h] *peccatū Originale nihil aliud eſſe dicimus,quam morbum illum, qui hæreditario iure ab Adamo, primo omnium noſtrum parente, in nos deriuatus eſt.* Et infra. *Vnde colligimus peccatum originale morbum quidem eſſe, qui tamen per ſe culpabilis non eſt, nec damnationis pœnam inferre poteſt: vtcumque hic nobis Theologorum diſputationes & ſententiæ reclamitent.* Nec refert edidiſſe confeſſionem, in qua profitetur, ſe peccatum originale agnoſcere. Nam fieri potuit,

[o] *diſceptatione de peccato Originali.*
[p] *Apologia pro Concil. Trident.*
[q] 4. *Panopl.* 10.
[r] 1. & 2. *de Iuſtificatione.*
[s] *in Examine. Bucerus, & Petrus martyr. in* 5. *ad Roman.*
[t] *ſerm.* 10. *Decadis tertiæ.*
[u] *Centur.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *ac libro de eſſentia, Imaginis Dei.*
[a] *apud Aug. lib. de peccato Originali & lib. de hæreſib. cap.* 88.
[b] *apud Petrū Martyrem, in* 5. *ad Rom.*
[c] *apud Aug. lib.* 4. *contra duas epiſt. Pelagianor. cap.* 2. & 4
[f] *in* 5. *ad Rom.*

[g] *in* 5. *ad Rom.* [h] *lib. de Baptiſmo tract.* 3. *in digreſſione de peccato Originali.*

vt, vel ſibi contradixerit: vel aliud verbis, aliud ſenſu dixerit.

Probatur eſſe peccatum Originale ex 5. Rom.

CAP. III.

[a] *v. 12. per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerũt.*

ARGVMENT. [a] Apoſtolus Rom. 5. docet, per vnum hominem peccatum in hunc mundum intraſſe, quod omnes homines peccatores, & morti obnoxios fecerit. At id nequit actuale eſſe. Cum infantes etiam moriantur, & quidam, non rarò, antequam quidquam boni, vel mali egerint. Ergo illud erit originale.

Reſponderetur primò, per *peccatum* intelligi, primi hominis peccatum. Quòd tunc primò peccatum extiterit in mundo.

Contra 1. hac ratione non per vnum hominem, ſed per vnum Angelum intraſſet peccatum in mundum, vel ſaltem per vnam fœminam. 2. ſicut intrauit mors in mundum, ita dicitur intraſſe peccatum, ſed mors non intrauit in mundum, quòd primus homo ſit primus mortuus: cum ante eum obierit Abel: neque quod ſolus mortuus, vt patet. Igitur & peccatum non intrauit, eâ ſolùm ratione, quòd primus peccauerit Adam. 3. idem eſt, *peccatum tranſiiſſe in omnes*, ac illud: *in quo omnes peccauerunt*. At non peccauimus in Adamo actuali peccato. Ergo originali.

Reſponderetur ſecundo, loqui Apoſtolum de peccato improprie ſumpto, id eſt, pronitate ad peccatum, & huius ærumnis vitæ.

Contra. docet Apoſtolus cauſam mortis, peccatum eſſe. Quia per peccatum mors intrauit in mundum. Sed illa pronitas non eſt cauſa mortis: [b] cum mors ſit primarius effectus peccati propriè di-

[b] *Geneſ. 2. v. 17. & Iacobi. 1. v. 15.*

ſti. Ergo de peccato proprie dicto Apoſtolus loquitur. Reſponderetur tertiò, *peccatum intraſſe, imitatione, non propagatione.*

Contra. 1. intentio Pauli in Epiſtola ad Rom. maximè. cap. 5. fuit, oſtendere, omnes vocatos eſſe ad Euangelij gratiam, ſine præcedentibus meritis. At, id nullius roboris erit: ſi ſola imitatione ſumus peccatores, quot enim nihil vſquam de Adamo intellexerunt: vel ſi intellexerunt, peccauerunt quidem, ſed abſque ad Adamum reſpectu? 2. *imitatione peccare*, vel eſt ſibi Adamum exemplar proponere: vel, peccare, ſicut ille peccauit, non in ſpecie, ſed generaliter loquendo: vel peccare ex praua habitudine ex Adamo contracta. Non primũ, multi enim nihil de Adamo cogitant: ſi ſecundum, ergo quotquot habemus peccata, tot originalia contrahimus, ab omnibus anteceſſoribus noſtris. ſi tertium: hoc non erit, *imitatione peccare*: quia non peccauit Adam ex habitudine praua. ſed erit, *peccare ex traduce corrupta.* verùm, cùm neceſſariò peccata non fiant: quin potius, hæc praua cohiberi habitudo valeat: non ſatis tutè, abſolutè pronunciaret Paulus, *omnes in Adamo peccare.* 3. ex particula (ſicut) conſtat Paulum comparare Chriſtum cum Adamo: [c] *vt ſicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita, & per vnius obedientiam, iuſti conſtituantur multi.* At iuſtitia non intrauit in mundum, per ſolam imitationem, ſed per veram ſpiritualem regenerationem. Ergo & peccatum, per realem generationem ex Adamo. 4. potius ergo debuiſſet Apoſtolus dicere: *Per vnum Angelum, ſiue diabolum*, primus enim peccauit diabolus, & eum imitantur, qui ſunt ex parte eius. 5. præpoſitio *per*, Græce, διὰ, iuncta genitiuo, eſt

[c] v. 18. ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς, *ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic, & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* v. 19. ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω, καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται πολλοί.

particula cauſalis vt patet ex illo capite toto. Quare in hoc ſolũ loco Eraſmus vertere voluit *propter* nimirum quòd videret locum contra ſe facere. Ergo non ſimpliciter propter Adamũ, ſed per ipſum, tanquam per cauſam, contrahimus peccatum. 6. [d] docet Apoſtolus, [e] ſic hominem fuiſſe cauſam peccati noſtri, ſicut peccatum, mortis. At peccatum eſt cauſa mortis propriè, & non imitatione. 7. verbum, [f] *pertranſiit*, non ſignificat ſimpliciter imitationem, [g] vt patet. 8. illud, [h] *in quo*, non poteſt ſignificare, *in quo peccato*, quia peccatum Græcè eſt, ἁμαρτία fœminini generis, *in quo*, verò ἐφ᾽ ᾧ maſculini. neque, [i] *in qua morte*, quia non peccant homines in morte: ſed in peccato potius moriuntur. Ergo ſignificat, *in quo Adamo*. At, qui ſola imitatione peccant, non poſſunt dici in Adamo peccare.

Occurrit Eraſmus & ait debere verti: *quatenus*, quia ἐπὶ non ſignificat *in*, ſed Græca vox, ἐν. Verùm immeritò hoc dicit. tum quia omnes veteres, tam Græci, quam Latini legerunt, *in quo*. tum quia falſum eſt, ἐπὶ, non ſignificare, *in*: vt patet Hebræor. [k] 9. ἐπὶ βρώμασι, [l] *in cibis*. tum denique quamuis legeretur, *quatenus*, nihil efficeret Eraſmus. Si enim mors intrauit, *quatenus omnes peccauerunt*. Et conſtat infantes mori, ac nullum habere imitationẽ peccatum. Ergo originale reale habent. 9. [m] Concil. Milenitan. ab [n] Innocent. 1. confirmatum, & [o] Tridentinum definiunt, non aliter eſſe hunc Pauli locum intelligendum, quam de originali peccato.

[d] *ibidem.*
[e] *Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum: & per peccatũ mors.*
[f] διῆλθεν.
[g] *vide Aug. ſerm. 4. de verbis Apoſtoli, prope finem.*
[h] ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον: *In quo omnes peccauerunt.*
[i] θάνατος, *mors ſiquidem eſt maſculini generis. Græcè.*
[k] *v. 10. &* *infra. v. 17.* ἐν νεκροῖς *in mortuis.*
[l] *vt etiam vertit Eraſmus.*
[m] *can. 2.*
[n] *epiſtola ad Conc. Mileuit.*
[o] *ſeſſ. 5.*

Idem probatur ex alijs ſcripturæ locis.

CAP. IIII.

PRIMVS, Iob 14. *Nemo mundus à ſorde, nec infans, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram.* vt ex Septuag. citant Aug. cæterique PP. in Græco autem, non multum diſcrepat: Τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου, ἀλλ' οὐδεὶς ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. In Hebræo: מִי־יִתֵּן טָהוֹר מִטָּמֵא לֹא אֶחָד אִם חֲרוּצִים יָמָיו. *Mi-iitten tahor mittame lo echad: im charutſim iamau. Quis dabit mundum ab immundo? non vnus, etiamſi breues dies eius.* In vulgatâ: [a] *Quis*
[a] *v. 4.*
poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? [b] Breues dies hominis ſunt.
[b] *v. 5.*
Iuxta Septuaginta, & Hebraïcam editionem, ſenſus eſt: *nec quidem vnum, quantumcumque vita breuis, mundum eſſe.* Ergo infantes, ſunt natura immundi. Iuxta vulgatam: *ſolum Deum ab immunditia ex conceptione contracta, purgare poſſe.* At immunditia corporalis, ab homine mundari poteſt. Igitur de immunditia ſpirituali, id eſt peccato agitur. Infantes autem actuale non habent. Ergo originale.
[c] *v. 7.*
[d] *Begauon: In iniquitate.*

Secundus, [c] Pſal. 50. *Ecce in iniquitatibus* [d] בְּעָוֹן [e] *conceptus ſum:* [f] וּבְחֵטְא *vſchete, & in peccatis* [g] יֶחֱמַתְנִי *Iechemathni, concepit me mater mea.* At voces [h] חֵטְא & [i] עָוֹן propriiſſime ſignificant peccatum, nec detorqueri valent ad impropriam locutionem. Sed nequit fingi: quale ſit peccatum, in quo Dauid fuerit conceptus, niſi originale. tum quia non fuerat ex fornicatione, aut adulterio genitus, vt illud peccatum ad eius poſſit referri parentes. tum quia voces [k] יָחַם, & [l] חוּל: In Pual: non ſignificant. [m] *gignere* ſiue, *concipere*, proprie, ſed *calefacere*, & *fouere.* proinde id referri debet ad

[e] חוֹלָלְתִּי *cholalti formatus ſum.*
[f] *in peccato.*
[g] *calefecit me.*
[h] *chet.*
[i] *Gauon.*
[k] *Iacham.*
[l] *chol.*
[m] יָלַד *Ialad. concepit.*

tempus formationis fœtus in vtero, quo tempore nullum interuenire poteſt peccatum parentum.

Tertius: [n] *Ecce qui tollit peccata* (in Græco τὴν ἁμαρτίαν) *mundi.* At quid eſt illud peccatum mundi, ſcilicet vniuerſale in omnes, quod egeat Chriſti Redemptione, niſi originale? Nam, cætera quidem egent: ſed non ſunt in omnes vniuerſalia, nimirum in infantes.

Quartus, Ioan. 3. [o] *Qui non credit in filium, ira Dei manet ſuper eum.* Quare dicitur, *manet*, & non potius *veniet*, niſi quia iam antea erat, & manet in omnibus filijs Adæ, niſi per Chriſtum tollatur?

Quintus, [p] *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.* Si omnes non excipiuntur paruuli.

Sextus, [q] *ſi vnus pro omnibus mortuus eſt. Ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt qui viuunt iam* [r] *non ſibi viuant, ſed Deo.*

Septimus, [s] *Concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt remiſſio per Chriſtum daretur credentibus.*

Octauus, [t] *Eramus, & nos natura filij iræ.* vnde niſi per originale peccatum?

[n] *Ioan.* 1. *v.* 29. ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. *Qui tollit peccatum mundi.*

[o] *v.* 36. ὁ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν *non videbit vitam:* ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.

[p] *Rom.* 3. *v.* 23. πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ.

[q] 2. *Corint.* 5. *v.* 14. εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον. *v.* 15. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι.

[r] *his verbis ſatis apertè declarat Paulus, ſe de morte ſpirituali loqui.*

[s] *Galat.* 3. *v.* 22. συνέκλεισεν ἡ γραφὴ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία *promiſſio*, ἐκ πίστεως ἰησοῦ χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι. *ex fide Ieſu Chriſti, daretur Gentibus.*

[t] *Epheſior.* 2. *v.* 3.

Ex PP. ante Pelagianam hæreſim.

CAP. V.

DIONYS. Areopag. [a] *Oberrans* (*natura humana*) *& à recto itinere ad eum, qui veraciter Deus eſt, tendente auerſa, & perditis atque maleficis turmis ſubiecta, minimè aduertit ſe pro Dijs, atque amicis in-*

[a] *cap.* 3. *Eccl. Hierar.* 3.

feſtis hoſtibus fuiſſe obſequutam.

Ignatius: [b] *Imitatores eſtote paſſionum Chriſti, & dilectionis eius, qua dilexit nos, dans ſemetipſum pro nobis, vt nos ſanguine ſuo mundaret, ab antiquâ impietate.*

Iuſtinus: [c] *Ad amnem eum non veniſſe pro comperto habemus, quod vel Baptiſmi lauatione; vel ſpiritus in ſpecie columbæ aduentu opus ei fuerit, ſicut nec naſci, & crufici, propter functionis huiuſmodi indigentiam ſuſtinuit. Sed humani generis cauſa, quod per Adam in mortem, & fraudem ſeductionemque ſerpentis, conciderat, vt interim propriam pro ſe malignè agentis, cuiuſque culpam taceam.* Irenæus: [d] *Deleuit chirographum, debita noſtra, affigens illud cruci, vti quemadmodum per lignum facti ſumus debitores Deo, per lignum accipiamus debiti remiſſionem.*

Tertull. [e] *Omnis anima eouſque in Adam cenſetur, donec in Chriſto recenſeatur: tandiu immunda, quandiu recenſeatur. Peccatrix autem, quia immunda.* Origenes [f] homil. in Leuiticum.

Cyprianus: [g] *Infans recens natu, nihil peccauit, niſi quod ſecundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ, primâ natiuitate, contraxit.*

Hilarius: [h] *Viuere ſe in hâc vita non reputat, quippe qui dixerat. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Scit ſe ſub peccati origine, & ſub peccati labe eſſe natum.*

Baſilius: [i] *Nequit homo mundo corde, ac liber omnino à ſorde peccati inueniri, etiamſi vnius diei tempore, ſupra terram vixerit.*

Ambroſ. [k] *Antequam naſcamur maculamur cõtagio.*

Cyrill. Catech. 2. Nazianz. [l] *Totus lapſus ſum, atque ex primigeni hominis inobedientiâ, & diaboli fraude condemnatus ſum.*

[b] *epiſt. ad Trallianos.*

[c] *Dialogo cũ Triphone.*

[d] *5. cap. 17.*

[e] *libro de anima cap. 40.*

[f] *Quæcumque anima in carne naſcitur, iniquitatis, & peccati ſorde polluitur: propter quod dictum eſt: Nemo mũdus a ſorde, &c.*

[g] *3. epiſt. 8. Athanaſ. ſerm. in illud: omnia mihi tradita ſunt.*

[h] *in illud Pſal. 118. viuet anima mea, & laudabit te.*

[i] *Explicans illud Pſal. 32. Diligit miſericordiam, & iudicium.*

[k] *Apolog. Dauid cap. 11. Item libro de Pænitentia cap. 2. Omnes homines* (inquit) *ſub peccato naſcimur, quorum ipſe ortus in vitio eſt, ſicut habes lectum dicente Dauid: Ecce enim in iniquitatibus.*

[l] *orat. 3. de pace.*

Hierony. [m] *Non mirum ſi quod in parente præceſſit, etiam in filijs condemnetur.*

Ruffinus: [n] *Ego conceptus contraxi mecum iniquitatem originalis delicti,* [o] &c.

Syricius Papa epiſtol. 1. cap. 2. *Infantibus qui necdum loqui valent per ætatem, vel his quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit ſacra vnda Baptiſmatis, omni volumus celeritate ſuccurri, ne ad noſtram perniciem tendat animarum, ſi negato deſiderantibus fonte ſalutari, vnuſquiſque exiens de ſeculo, & regnum perdat, & vitam.*

Chryſoſt. [p] *Venit ſemel Chriſtus, inuenit noſtrum Chirographum paternum, quod ſcripſit Adam: Ille initium induxit debiti, nos fœnum auximus poſterioribus peccatis.*

Auguſt. lib. 1. ad Simplicianum [q] ſcripto ante hæreſis ortum Pelagij: *Illud eſt pœna originalis peccati: hoc eſt pœna frequentati peccati, cum illo in hanc vitam naſcimur, hoc viuendo addimus.*

[m] *in 6. Oſee.*
[n] *in Pſal. 50.*
[o] *Nunquid de Adulterio Dauid natus erat, de Ieſſe iuſto viro & coniuge eius? Quid eſt ergo quod dicit in iniquitatibus conceptus ſum: niſi quia detrahitur iniquitas ex Adam?*
[p] *homilia ad Nephytos.* Itē *homil. 10. in epiſt. ad Rom. liquet quod non ipſum peccatum, quod a legis tranſgreſſione ortum eſt, ſed illud quod ab Adam inobedientia ipſum illud inquam peccatum erat, quod omnia perdebat. Et homil. 40. in 1. ad Cor. Deus in regenerationis lauacro mentem gratiâ tangit, radicale peccatum euellit.*
[q] *vt conſtat ex Retractationibus.*

Ex definitione Eccleſiæ.

CAP. VI.

IN Oriente [a] Concilium Palæſtinum Epiſcopor. 14. ita hunc damnauit errorem, vt ad eundem damnandum compulerit Pelagium.

In Africa, [b] Mileuitanum. *Placuit vt quicumque paruulos, recentes ab vteru matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſſionem peccatorum eos quidem baptizari, ſed nihil ex Adamo trahere Originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, anathema ſit.*

[a] *huius meminit Aug. 1. in Iulian. 2. & epiſt. 106.*
[b] *can. 2. & Carthag. 6. Epiſcop. 217. confirmatum à Zozimo & receptum ab vniuerſo orbe, teſte Proſpero in Chronico anni 420.*

In Hiſpaniâ, [c] Toletan. 6. & Toletan. [d] 12. *In Galliâ,* Auraſicanum. 2. [e] *Si quis ſoli Adæ præuaricationem ſuam, & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, aut certè mortem tantùm corporis, quæ pœna eſt peccati, non autem & peccatum, quod eſt mors animæ, per vnum hominem in omne genus humanum tranſiſſe teſtatur, iniuſtitiã Deo dabit, contradicens Apoſtolo dicenti: Per vnum hominem.* &c.

In Germania Moguntinum: [f] *Hoc primum hominum peccatum propagatione in omnes homines tranſiit, & ſecum pœnam ſuam trahit.* [g] &c.

In Italia, [h] Innocent. 1. [i] Zozimus, [k] Cæleſtinus, [l] Leo 1. & [m] Gregor. 1. idem ſtatuerunt.

Denique Concil. Florent. in [n] litteris vnionis *Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo Originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.* Item & Tridentinum Seſſ. 5.

[c] *can. 1. ex tribus perſonis diuinis ſolum filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiã Adæ originaliter, & noſtro libero arbitrio, cõtraximus, reſoluenda à ſecreto patris, arcanoque prodiiſſe.*

[d] *can. 2.*

[e] *can. 2.*

[f] *can. 5.* [g] *vt ſint omnes homines iræ Dei, damnationis, & mortis rei, & ad peccandum proni.*

[h] *apud Auguſt. 1. in Iulian. 2. & epiſtol. 157.*

[i] *epiſtol. ad Epiſcopos totius orbis: cuius verba recitat Auguſtinus epiſt. 157.* [k] *epiſt. ad Gallos cap. 4.*

[l] *epiſt. 86.* [m] *epiſt. lib. 7. epiſt. 53.*

[n] *Romanor. 6. v. 4.* [o] *Epheſ. 5. verſ. 26.*

Rationibus probatur.

CAP. VII.

PRIMA, ſemper in Eccleſia viguit conſuetudo, & ſollicitudo, [a] Apoſtolicâ traditione firmata, Baptizandi continuo infantes, maximè ſi in hac ætate ſit periculum mortis. At baptizantur in remiſſionem, ſiue mundationem peccati 1, quia *Niſi*

[a] *ſicut docent Dionyſ. cap. vlt. Eccleſ. Hierar. Orig. homil. 8. in Leuitic. Cyprian. 3 epiſt 8. Hier. 3. aduerſus Pe-*

quis renatus fuerit ex aqua,&c. 2. Quia baptizati, dicuntur *mori peccato, vt in nouitate vitæ ambulent*. 3. *Mundari per lauacrum regenerationis*. Ergo, peccatũ habent, à quo mundentur.

[b] Secunda, fuit, & eſt in Eccleſia, antiquiſſima Baptiſmi cæremonia: *Exorciſmo, & Inſufflatione expellere diabolum* à Baptizanda perſona, etiam paruula. Ergo paruula, antea erat in diaboli poteſtate per Originale peccatum.

Tertia, Circuncilio vel erat ad purgandum Originale peccatum, vel ad ſignificandum purgari, vt omnes DD. fatentur. Ergo eſt aliquod Originale Peccatum,

Quarta, [c] *Stipendium peccati mors*. Ergo vbicũque mors ibi peccatum. Sed moriuntur etiam infantes. igitur & peccatum habent.

Quinta, *Chriſtus* [d] *pro omnibus, etiam infantibus mortuus eſt*. At mortuus eſt [e] pro iniuſtis, & impiis. Ergo infantes ſunt huius generis.

Sexta, [f] Ouis centeſima aberrans à grege, & qui [g] in latrones incidit, humanam vniuerſam naturam, ex omnium conſenſu ſignificant, & proinde comprehendit etiam infantes. Ergo infantes aberrant etiam à grege, & ſauciati ſunt, ante Baptiſmum

Septima, Etnici, quod ignorarent Originale pecatum, feſtiuo die ſuam equidem natiuitatem [h] colebant. At ſancti contra [i] deplorant. Vnde hæc niſi ob Originale peccatum?

Octaua, Pelagiana hæreſis orta eſt, poſt Eccleſiam Chriſti, ac contrarium dogma, tempore longo: Eccleſiam turbauit, & extincta eſt per ſæcula multa. At hæc omnia, ſunt hæreſis ſigna.
Omne namque catholicum dogma, à Chriſto, vel Apoſtolis deſcendit explicitè, ſiue implicitè: Nec poterit aduerſari aliis Eccleſiæ dogmatibus, vel aliquando extingui.

lagianos. Aug. 4 de Baptiſm. contra Donat. 24.

[b] *hac ratione vtitur Aug. 1. de peccator. mer. 34. & 6. in Iulian. 2.*

[c] *Rom. 6. v. 23.*

[d] *2. Corinth. 5. v. 15.*

[e] *Rom. 5. v. 6. & 1. Petri. 3. v. 18.*

[f] *Luc. 15.*

[g] *Luca 10.*

[h] *Geneſ. 40. verſ. 20. & Math. 14. v. 6.*

[i] *Iob. 3. verſ. 3. & Hiere. 20. v. 14.*

[k] *nimirum D. Auguſtini.*

Soluuntur

Soluuntur obiectiones ex Scripturis.

CAP. VIII.

PRIMA Ezech. 18. [a] *Filius non portabit iniquitatem patris.*

[b] Reſpondeo infantes non portare iniquitatem Adami: ſed ſuam propriam: quam in Adamo ſubierunt, & ex Adamo traxerunt.

[a] *v.* 20.
[b] *ita Aug.* 6. *in Iulian.* 4.

Secunda, [c] *Sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi*, &c. Quare non dixit, *Omnes*. niſi quia, non omnes conſtituuntur peccatores: ſed ſolum qui per imitationem?

[c] *Romanor.* 5. *v.* 19.

Reſp. per, *Multos*, intelligi, *Omnes* ex Adamo, ordinaria lege procedẽtes. id enim ex præcedentibus patet: *Sicut per vnius delictum in* [d] *omnes homines in condemnationem*, &c. Voluit tamen Apoſtolus dicere, *multos*, quia tum Eua, tum Chriſtus ac B. Virgo excipiuntur.

[d] *quos poſteà dixit, multos.*

Tertia, [e] ibidem Apoſtolus ait Gratiam Dei abundaſſe in plures, quam peccatum Adæ.

Reſp. non eſſe in Græco πλείονας, ſed πολλοὺς, id eſt, *multos*: ac ſenſum eſſe non fuiſſe reſtrictam gratiam ad vnum, vel duos, ſed pertingere ad *omnes* ſicut peccatum. Abundantius tamen, quam illud: quia gratia, copioſior, & efficacior.

[e] *v.* 15. πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ, εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε, *multò magis gratia Dei, & donũ in multos abũdauit.*

Quarta, [f] *Per vnum hominem peccatum in mundum intrauit.* At ſi intrauit per generationem, dicendum erat: *Per duos homines*: nimirum, *Adamum*, & *Euam*.

Negatur Minor 1. quia vir & mulier ſe habent vt vnum: quòd ſint vna caro. 2. quia peccatum Adami, non Euæ tranſit ad poſteros. 3. Quia vir eſt cauſa generationis actiua, mulier paſſiua.

[f] *Rom.* 5. *v.* 12.

Quinta, [g] *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis ſicut geſſit*, &c. At nihil infantes geſſerunt.

[g] 2. *Cor.* 5. *v.* 10. πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ.

Reſpondeo , vel manifeſtandos etiam pueros, ante Baptiſmum mortuos,vel non : ſi prius , etiam referent quod per alios geſſerunt peccatum , ſi poſterius:hic locus nihil facit ad rem , quod loquatur Apoſtolus tantum de adultis.

Sexta, [h] *vbi cognitio peccati non eſt, ibi nec præuaricatio eſt.* Sed cognitio peccati oritur per legem,ſcilicet cognitam. Ergo vbi non eſt lex cognita , neque peccatum eſt.

Negatur Maior , alioquin nulla eſſent peccata ex ignorantia voluntaria,contra illud: *Noluit intelligere,vt benè ageret.* Quare non dixit Paulus : *vbi cognitio peccati,* &c. Sed: *vbi lex nō eſt, nec præuaricatio eſt.* Quod certè [i] verum eſt:Nec obſtat Rom.2. [k] *qui ſine lege peccauerunt,ſine lege peribunt:* ſenſus enim eſt: qui legem ignorarunt, ſcilicet poſitiuam , ſine illa fore iudicandos, ſed nihilominus perituros, quod in legem peccauerint naturæ.

Septima, [l] *Abſque lege, peccatum erat mortuum.* At [m] viuebat aliquando Apoſtolus ſine lege : quod intelligi nequit niſi de infantiæ ſtatu , & proinde eadem erit de aliis ratio paruulis. Ergo infantes ſunt ſine peccato. Quia ſine lege.

Ad Maiorem reſpondet ipſemet Paulus , [n] *vſque ad legem peccatum erat in mundo , peccatum autem non imputabatur (ſiue, mortuum erat.)* Quare , cum eſſet peccatum? Quia, etſi imputaretur à Deo , non tamen ab hominibus:quod peccatum,eſſe peccatum non arbitrarentur : lege needum exiſtente.

Ad Minoris interpretationem , negatur. Nam communiter [o] PP: id intelligunt de hominibus in quacumque ætate qui ante legem Moſis,ignorantia excæcati,peccatum non intelligebant.

Octaua: [p] *Regnauit mors ab Adam vſque ad Moſem,in eos quoque qui non peccauerunt , in ſimilitudinem præuaricationis Adam.* Ergo erant aliqui ſine peccato ex Adam.

Negatur conſeq. Si enim mors regnauit in eos etiam qui non peccauerunt in ſimilitudinem præ-

ςοῦ: ἵνα κομίσηται ἕκαςος τὰ ἴδια τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξιν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν: *ſiue bonum, ſiue malum.*

[h] *Rom.* 4. *v.* 15. οὗ οὐκ ἔςι νόμος, οὐδὲ παράβασις.

[i] *Nam etiam infantes non ſine lege peccauerunt: vt pote, qui in præuaricatione Adæ offenderint.*

[k] *v.* 12. ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται.

[l] *Rom.*7.*v.*8. χωρὶς νόμου ἁμαρτία νεκρά.

[m] *v.* 9. *Ego autem viuebā ſine lege aliquando.*

[n] *Rom.* 5. *v.* 13.

[o] *vide Chr. Theoph. Anſelm. & alios in hunc locū, Origene excepto.*

[p] *Rom.*5.*v.*14.

uaricationis Adæ. Mors autem ſit proprius peccati effectus. Quomodo, hi ſine peccato eſſe potuerũt. Aliud ergo eſt, *non peccaſſe in ſimilitudinem*, &c. aliud nullo modo peccaſſe. Nam illud refertur tantum ad peccatum actuale contra legem planè cognitam, quomodo peccauit Adã: Hoc verò de omni intelligitur genere peccati.

ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ ἀδὰμ, μέχρι μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντες ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως ἀδάμ.

Refelluntur obiectiones ex Patribus.

CAP. IX.

PRIMA, [a] *Dicant ergo* (inquit Clemens Alexand.) *vbi fornicatus eſt infans natus, vel quomodo ſub Adæ cecidit execrationem, qui nihil eſt operatus?*

a 3. *Stromat. ſub finem.*

Reſpondeo, hæc verba non eſſe Clementis, ſed hæreticorum quibuſcum diſputat: qui ex peccato originali inferre volebant malas eſſe nuptias: quia ex nuptiis mali generantur filij; infantes autem malum non fecerunt. Ergo parentes, in filiorum generatione.

Secunda, Ambroſ. in 5. ad Rom. *Eſt alia mors, quæ ſecunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adæ patimur ſed eius occaſione propriis peccatis acquirimus.*

Reſpondeo. 1. hæc commentaria non eſſe Ambroſij. 2. nihil aliud velle, quam, infantes cum originali peccato defunctos minimè pati pœnam ſenſus, ſiue ignis. Nam ibidem diſerte admittit originale peccatum.

Tertia, Arnobius, [b] *Hic qui naſcitur* (inquit) *ſententiam Adæ habet, peccatum verò ſuum non habet.*

b *in Pſal.* 50.

Reſpondeo. 1. hunc non eſſe [c] Arnobium qui libros 7. ſcripſit contra gentes, ſed authorem longè recentiorem. 2. loqui de peccato actuali, propterea namque addidit, *ſuum*: vt ſignificaret nos non habere illud actuale peccatum commiſſum ab Adam, [d] ſed originale. Si enim ſententiam, id eſt,

c *Lactantij præceptorem.*

d *vnicuique proprium ac propter quod morimur.*

pœnam Adæ patimur. Et pœna inflicta præſupponat peccatum, non poterat negare quin exiſtat peccatum ex Adamo contractum.

Quarta, Chryſoſt. [e] *Ex illius inobedientia alterum peccatum extitiſſe, quam obſecro congruentiam, & conſequentiam habet? Quid igitur hoc loco verbum hoc* peccatores, *ſignificat? mihi videtur tantumdem ſignificare, quantum illud:* ſupplicio obnoxij, ac mortis rei: *quod Adam mortuo, omnes ſunt mortales effecti.*

Reſpondeo, per, [f] *peccatum*, intelligere actuale & merito. Nec enim fieri poteſt, vt præciſè, quia vnus peccat, alius peccare dicatur, ſiue peccatum vnius eſſe alterius peccatum: *Per ſupplicio obnoxios*, &c. denotare maculatos originali peccato: nec enim ſine peccato, obnoxij ſupplicio ſumus.

Quinta eiuſdem: [g] *Quid igitur faciam* (inquis) *propter illum videlicet Adamum, pereo? minimè propter illum. Neque enim tu ſine peccato remanſiſti, quod ſi non idem peccatum, tamen aliud commiſiſti.*

Reſpondeo, fideles alloqui à peccato originali purgatos: qui proinde nullam amplius habeant cauſam querendi de peccato Adami: ſed ad propria debeant attendere peccata.

Sexta eiuſdem: [h] *Corruptibile nobis corpus eſt, ſed incorruptibilis anima. Ne igitur, & ipſam corrumpamus, hoc illud primum primi hominis peccatum fecit, quod autem poſt lauacrum fit, etiam animam corrumpere poteſt.*

Reſpondeo hoc totum eſſe verum. Sed num quia poſt lauacrum, anima per gratiam incorruptibilis, corrumpi poteſt per peccatum, ſequitur nullum eſſe originale?

Septima eiuſdem, [i] *Quid igitur dic mihi num omnes in Adam morte peccati mortui ſunt? Quomodo ergo Noë vir iuſtus ſæculo ſuo fuit? quomodo Abraham? quomodo Iob? quomodo multi alij, & quomodo dic mihi omnes viuificabuntur in Chriſto, & hi præſertim, qui in gehennam adducendi? Itaque ſi hoc de corpore dictum eſſe velimus, conſtabit oratio, ſi autem de iuſtitia, & peccato nequaquam.*

[e] *homil. 10. in epiſt. ad Rom.*

[f] *ita vt ſit ſenſus: Quæ congruentia, vnius peccatū actuale, alterius dici? Ergo Apoſtolus cum ait: per Adamum fuiſſe multos peccatores conſtitutos: idem eſt ac ſi dixiſſet, multos ſupplicio obnoxios: non per actuale peccatum: ſed originale. Quia pœna præſupponit peccatū.*

[g] *hom. 17. in 1. ad Corinth.*

[h] *homil. 24. in epiſt. ad Epheſios.*

[i] *homil. 39. in priorem ad Corinth.*

Reſpondeo, per, *mortem peccati*, non intelligere quodcumque peccatum, ſed *inuariabile*: ſicut per, *viuificationem in Chriſto*, intelligit, *inuariabilem*. Alioquin fruſtra niteretur docere, non omnes viuificati in Chriſto: quod multi damnentur. Facile namque reſponderetur: etſi damnentur, potuiſſe tamen, antea eſſe in gratia, à qua exciderint.

Cùm autem Chryſoſt. ait: *Itaque ſi hoc de corpore*, &c. ſolùm concludere intendit, illud Pauli: *In Adam omnes moriuntur*: non eſſe de animæ, ſed de corporis morte intelligendum.

Octaua, eiuſdem: [k] *vides quot ſint Baptiſmatis largitates? ſed multis quidem videtur Baptiſmi gratiam in peccatorum tantum remiſſionem conſiſtere. Nos autem Baptiſmi honores iam computauimus decem. hac de cauſa, & infantulos baptizamus, quamuis non ſint inquinati peccato, vt eis addatur ſanctitas, iuſtitia, adoptio*, &c. [k] *homilia ad Nephytos.*

Quæ ratio nulla eſt, niſi infantes reuera careant omni peccato. Alioquin non rectè probabit Chryſoſt. Baptiſmum dari non ſolum in remiſſionem peccatorum: ſed ob alia beneficia multa.

Reſpondeo, minimè haberi in Græco, infantes non eſſe inquinatos peccato, ſed, [l] Διὰ τοῦτο καὶ τὰ παιδία βαπτίζομεν, καὶ τὰ ἁμαρτήματα οὐκ ἔχοντα. ſcilicet actualia. Nec propterea, perit vis rationis Chryſoſtomi. Nam, ſi non ſolum remittitur peccatum originale in pueris, ſed etiam datur gratia cum multis alijs donis: Certè Baptiſma non datur ſolum in peccatorum remiſſionem, [m] vt nonnulli putabant, id eſt externâ quadam condonatione: ſed etiam ob aliam cauſam Non produxit autem Chryſoſt. adultorum Baptiſma. Quia, cum pueri nullum actuale commiſerint peccatum: hæc ratio clariùs in eis apparet.

[l] *Propter hoc & baptizamus infantes, & peccata non habentes.*

[m] *quos ibidem Chryſoſtomus refellit.*

Nona, *Hi* (inquit [n] Theodoretus) *omnes vt pote ex eo geniti habebant mortalem naturam. Eiuſmodi autem natura multis indiget & cibo, & potu, & indumentis*, &c. *Eorum autem vſus ſæpe ad mediocritatis exa-* [n] *in 5. Rom.*

perationem incitat. Mediocritatis autem exuperatio peccatum generat.

Reſpondeo, loqui apertè de actuali peccato. Et hæc omnia, vera.

o *proximè ibidem.*

Decima, eiuſdem: o *Dicit itaque diuinus Apoſtolus quod cum Adam peccauiſſet, & mortalis propter peccatum factus eſſet, vtrumque ad genus peruenit, id eſt peccatum & mors. Ad omnes mors peruaſit, quatenus omnes peccauerunt. Non enim propter primi hominis peccatum, ſed propter ſuum, vnuſquiſque mortis decretum ſuſcipit.*

Reſponſio, vt 2. ad tertiam obiectionem.

p *Epitome diuinorum decretorum cap 12.*

Vndecima, p eiuſdem in illud: *Sicut per vnius obedientiam*, &c. *Valde* (inquit) *neceſſario illud, multi, in vtroque poſuit. Etenim cum Adam peccaſſet, & plurimi diuinas leges transgreſſi eſſent, permanſerunt nonnulli in decretis naturæ, & virtutis curam geſſere*, &c.

Reſpondeo, reuera Theodoretum, hunc Pauli locum explicare de actuali peccato. Quamuis rectius de originali ab alijs PP. intelligatur. Sed quoquo modo ſit id non officit ſententiæ noſtræ. Quamuis enim de actuali ibi ageretur: Non propterea tamen actuale negaretur.

Diluuntur ex rationibus.

CAP. X.

PRIMA, Chriſti iuſtitia nihil prodeſt non credentibus. Igitur & peccatum Adami nihil obeſt non peccantibus.

a *Aug. 1. de peccator. mer. 2.*

Ad antecedens, eſſe verum, a de non credentibus neque propriâ, neque alienâ voluntate. Ad conſequens, admittitur, de non peccantibus vel propria, vel alterius voluntate. At infantes in primi parentis voluntate peccauerunt. Ergo à peccato non excluduntur Adami.

Digitized by Google

Secunda, Deus remittit peccata propria. Ergo non eſt credibile ab eo aliena imputari.

Reſpondeo, peccatum originale non alienum eſſe: ſed proprium, vnuſquiſque enim ante Baptiſma, eo verè, & formaliter inficitur.

Tertia, ad rationem veri peccati requiritur voluntarium eſſe. Atqui peccatum originis voluntarium non eſt.

Ad Maiorem. 1. peccatum bifariam ſumi, nimirum pro actione mala, & pro macula, ac reatu. priori, peccatum eſſe voluntarium, non poſteriori. velis, nolis enim: macula remanet ex actu peccati. 2. voluntarium dici, vel propria vel alterius voluntate.

Ad Minorem. 1. originale peccatum, eſſe poſterioris generis. 2. eſſe voluntarium [b] alterius voluntate.

Quarta, videretur ergo coniugium malum. Quia malos gignit.

Negatur conſeq. Ad rationem, [c] non gigni malos, ſimpliciter vi coniugij: ſed quia per coniugium naſcitur filius Adæ. vnde non in generantes, ſed in primum parentem cauſa huius mali reuoluitur.

Quinta, non peccat qui naſcitur, neque qui gignit, neque Deus qui condidit. Per quam ergo rimam peccatum intrat?

Reſpondeo, cum Auguſt. [d] *Quid quæris latentem rimam cum habeas apertiſſimam ianuam?* nimirum non Deum, neque gignentis, neque genitum: ſed *per vnum hominem, ait Apoſtolus, peccatum in hunc mundum intrauit.*

Sexta, ſæpè qui gignit iam à peccato iuſtificatus eſt. Quomodo ergo transfundit originale peccatum?

Reſpond. 1. [e] cum Auguſt. non generare ratione regenerationis ſpiritualis in Chriſto, quâ iuſtificatus eſt, ſed ratione carnis quam ex Adamo ſumpſit, & ea de cauſa prolem naſci peccatricem.

b *Aug. 2. de nuptiis, & concupiſcentia cap. 28. & 1. Retract. 13 & 15.*

c *Aug. duobus libris de nuptiis, & cōcupiſcentia.*

d *ſupr. cap. 28.*

e *1. de peccat. merit. cap. 25. 26. 27.*

Nec hoc debet mirum videri: cum Oleaſter oleæ inſertus fiat olea, & tamen ex eius ſemine non olea, naſcatur, ſed Oleaſter. 2. generari hominem ratione ſpeciei, non indiuidui: & proinde communicari propria ſpeciei, cuiuſmodi eſt originale peccatum in natura ſpecifica corrupta, non autem indiuidui propria, cuiuſmodi eſt iuſtificatio.

f quæ perſonalia dicuntur.

Septima, ſequeretur peccatum originale eſſe naturale. Ergo. 1. tribuendum eſſet Deo ſicut naturalia cæteræ. 2. non eſſet peccatum: quia naturalia, bona ſunt. 3. deſperandum eſſet de ſalute: quia naturalia mutari nequeunt.

Ad Antecedens, naturale dupliciter dici. 1. ipſa principia naturæ ac quæ fluunt ex ipſis poſitiuè. 2. defectus ipſius naturæ. priori modo originale peccatum non eſt naturale, ſed poſteriori. Ad conſeq. hæc omnia ſolum eſſe vera de naturali priori modo.

Octaua, peccatum definitur dictum, vel factum, vel cogitatum contra legem æternam. At nihil huiuſmodi præſtare poſſunt infantes. Ergo, *&c.*

Reſpondeo, hîc peccatum pro actuali ſumi.

Nona, ſi naſcuntur homines, poteſtati diaboli ſubiecti. Igitur videtur diabolus eorum conditor. Nec enim Deus conderet, quod diabolo ſubijceret.

Negatur conſeq. Ad probationem non ſubijcere Deum homines diabolo: ſed per proprium peccatum in natura inoletum iure ſubiectos eſſe. Deus autem non vitium, ſed naturam creauit.

Decima, peccatum non eſt in carne, ſed in anima. At anima eſt à Deo. Igitur vel originale peccatum eſt à Deo per creationem, vel à nobis tantum per imitationem ex Adamo.

Ad ſolutionem huius argumenti tractandum eſt primò.

De origine Animæ.

Cap. XI.

PRIMA, [a] opinio, *aſſerit animas humanas eſſe particulas ſubſtantiæ Dei.* Proinde nec proprie creari, nec à parentibus produci: ſed mirabiliter inſpirari.

Ratio. Quia dicitur Geneſ. 2. [b] *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.*

Contra. 1. ſubſtantia Dei eſt impartibilis. 2. quidquid ſubſtantiæ Dei eſt, omnino in bono inuariabile eſt, vt pote Deus ipſe. At animæ ex bonis fiunt malæ.

Ad rationem: inde quidem deduci humanum ſpiritum à Deo productũ, non tamen quo modo.

Secunda, [c] Origenis: Animas ſimul cum Angelis creatas: ac tædio bonorum affluentiâ cœleſtium affectas amaſſe terrena: Atque propterea in mortalia detruſas corpora. 1. ex Pſal. 114. *Conuertere anima mea in requiem tuam.* 2. ex Pſal. 118. [e] *Priuſquam humiliarer ego deliqui.* 3. ex 141. [f] *Educ de cuſtodia animam meam.* 4. ex 1. Ioan. [g] *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Contra. 1. Deus ergo ſummo per mortem affeciſſet beneficio impios, tempore Diluuij, & Sodomitas: quia eos de carcere liberaſſet. Graui malo donaſſet Noë & Loth illos præſeruando à morte, id eſt, retinendo in carcere. 2. Multum obligaremur diabolo, qui per mortem nobis procuraſſet huius carceris liberationem: Chriſtus iniuriam nobis intuliſſet qui nos liberauit à morte. 3. vnaquæque Reſpublica malè maleficos occidi iuberet, & Innocentes ſeruari. Id enim eſſet illis præmia, his

[a] *Philonis libro, Quod deterius potiori inſidietur, & Gnoſticorum, Manichæor. & Priſcillianiſtar. apud Aug. libro de hæreſibus cap. 6. 46. & 70.*
[b] *v. 7.*
[c] 1. περὶ ἀρχῶν.
[d] *v. 7.*
[e] *v. 67.*
[f] *v. 8.*
[g] *v. 9.* ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

infligere pœnas. 4 Falſum haberetur illud Apoſtoli: [i] *Cum nondum nati eſſent, nec aliquid boni vel mali egiſſent.*

[i] *Rom. 9. v. 11.* μήπω γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν, ἢ κακόν.

Ad 1. teſtimonium, per, *requiem*, intelligi pacem, & conſolationem internam in quam reuertitur anima à preſſuris liberata.

Ad 2. hominem, antequam humilietur à Deo per afflictiones, reuera ſæpe delinquere, ſed intra, non extra corpus.

Ad 3. loqui ad literam Dauidem de ſpelunca, in qua latebat ob perſecutionem Saülis & à qua efflagitat educi, obſidione ſoluta. myſticè ſignificari corpus in quantum mortale, iuxta Apoſtolum: [k] *Quis liberabit me de corpore mortis huius?* Cum alioquin iuſti magno deſiderent affectu redemptionem corporis ſui, in gloria.

[k] *Rom. 7. v. 24.* τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου.

Ad 4. non ſignificari prius fuiſſe hominem, & poſtea veniſſe in mundum: ſed cum antea nihil ſit, per generationem incipere eſſe.

[l] Tertia ſententia, *Animas cum Angelis conditas non quidem peccaſſe: ſed nihilominus vnam modo, modo aliam mitti in corpus.*

[l] *quorumdam Rabbinorum vt intelligi poteſt, ex Rabbi Salomone in 33. Deuteron.*

Primo, quia Geneſis 1. [m] dicitur homo creatus 6. die ad ſimilitudinem Dei. cap. [n] 2. verò formatus, ex limo terræ. At anima ea eſt quæ ſimilitudinem Dei refert igitur ea creata 6. die ante corpus.

[m] *v. 27.*
[n] *v. 7.*

Secundò, abſurdum eſt Deum aliquid nouum operari, poſt ſeptimam creationis diem.

Contra. anima eſt natura imperfecta, cum ſit corporis forma, & proinde cōpoſiti pars. At abſurdū eſt Deum inchoaſſe opus ſuum à re imperfecta: ac vnam partem hominis factam eſſe initio mundi, & alteram poſt ſæcula multa.

Ad 1. in his duobus locis agi de formatione totius hominis, ſed priori breuius, in poſteriori copioſius. Nam in priori non dicitur anima facta ad imaginem Dei: ſed homo, iſque maſculus, & fœmina, atque vtrique dictum: [o] *Creſcite, & multiplicamini.* At neque inter animas eſt ſexuum di-

[o] *v. 28.*

uerſitas nec generatio.

Ad 2. [p] Reſpondeo. 1. nihil noui facere Deum ſed ſolum multiplicare quæ fecit. 2. Animas creatas omnes 6. die, virtute, non actu. ſcilicet, quia voluit Deus, vt quotieſcumque materia ritè præparata eſſet in generatione humana ad ſuſceptionem animæ, continuò per creationem exiſteret anima. [3. Non video quid ſequatur abſurdi concedere Deum aliquid producere de nouo. nec enim [q] vllibi dicitur, aut habetur decreuiſſe nihil producere noui]

[r] Quarta ſententia, *Animas non minus quam corpora à Parentibus trahi.*

Contra 1. [s] Anima primi hominis non fuit ex poteſtate educta materiæ. At id factum fuit, vel naturali, vel ſupernaturali, modo. Si priori. Ergo eadem ratio in omnibus animabus erit. Si poſteriori. Ergo fruſtra, cum præſens adeſſet materia, ex qua educi anima poſſet: nec ſint miracula ſine ratione multiplicanda.

Secundo ex PP. Hilar. [t] *Anima hominis opus eſt Dei, carnis vero generatio ſemper ex carne eſt.* Ambroſ. [v] *Plerunque Angelos, filios Dei ſcriptura vocat: quia ex nullo homine generantur animæ.*

Hierony. [x] *Satis ridendi ſunt, qui putant animas, ex corporibus ſeri, & non à Deo, ſed à corporum parentibus generari.* Item. [y] *Eccleſiaſticum dogma eſt, vt Deus*

[p] *Aug. epiſt. 28.*

[q] *Geneſ. enim 2. verſ. 2. & 3. Non dicitur Deus ita quieuiſſe, vt ſtatueret nihil amplius operari. Sed quieuiſſe ab opere quod patrarat, id eſt, à creatione mundi: ſicut ſolent artifices poſt eximium aliquod opus, vacare.*

[r] *Tertull. & Apollinaris apud Hierony. epiſt. 27. inter epiſt. Auguſt.*

[s] *Nam in productione animæ beſtiarum dixit equidem Deus: Geneſ. 1. v. 20. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram. Item. verſ. 24. Producat terra animam viuentem. At non ita in creatione animæ humanæ: ſed Geneſ. 2. v. 7. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem.*

[t] *10. Trinit. antę medium. Item ibid. vt per ſe ſibi aſſumpſit ex Virgine corpus, ita ex ſe ſibi animam ſumpſit: quæ vtique nunquam ab homine gignentium originibus præbetur.* [u] *libro de Noë, & Arca cap. 4.* [x] *in vlt. Eccleſiaſtæ.* [y] *lib. 3. Apologiæ in Ruffinum vltra medium, & epiſt. ad Pammachium de erroribus Ioannis Hieroſ.*

quotidie animas fabricetur.

Chryſoſt. [z] *Anima nec generat, nec generatur, nec vllum agnoſcit Patrem, præter eum cuius voluntate creata eſt.*

Nyſſen. [a] libro de anima: [b] Theodoret. [c] Cyrill. [d] Auguſti.

Leo 1. [e] *Catholica fides conſtanter prædicat, atque veraciter, quod animæ hominum priuſquam ſuis inſpirarentur corporibus, non fuere, nec ab vllo incorporentur niſi ab opifice Deo, qui & ipſarum eſt Creator, & corporum.*

Tertiò, fide credendum eſt animam eſſe immortalem. Ergo per ſe ſubſiſtat. Si enim per aliud ſubſiſteret, certè per corpus: quare pereunte corpore, & [f] ipſa periret. Si per ſe ſubſiſtit: per ſe producitur: id eſt, non educitur de potentia alterius: quia quod educitur ex altero vt forma illius, in eo ſubſiſtit. Si per ſe producitur, ergo ex nihilo [tum quia nihil ſupereſt poſitiuum vnde educatur] tum quòd ſi ex aliquo fieret, non iam per ſe produceretur.

Quartò, ſi anima à parentibus trahatur: vel ex corpore, vel anima parentum trahitur. Si ex corpore. Ergo mortalis eſt, nec poterit eſſe quid ſpirituale. Si ex anima: vel tota anima parentis transfunditur in filium: vel pars: vel ſemen aliquod ſpirituale: Non primum: quia ſequeretur, vel parentem carere anima: vel animam vnam, naturaliter duo informare corpora, totaliter re inter ſe diſtincta: [id eſt, ſequeretur vnum eſſe duo.] Neque ſecundum: quia anima partibilis eſſet, & proinde mortalis.

Neque tertium: quia illud ſemen, vel eſt accidens: vel ſubſtantia. Si accidens: tunc ſemen Animæ, materia non erit, ſed inſtrumētum agentis. At nos materiam quærimus. Si ſubſtantia, vel præexiſti in patre, vel non: [ſi præexiſtit, quid illi deeſt ad rationem Animæ, cum ſit ſubſtantia ſpiritualis: & Anima, ſecundum ſubſtantiam nec augeatur nec decreſcat aut ſimiles habeat lationes. Igitur duæ erunt in parente animæ immortales, quod abſur-

[z] *homil. 23. in varia loca Matthæi.*
[a] *cap. 6.*
[b] *lib. 5. ad Græcos quo aſſerit creationē animæ, à Deo, ex nihilo, eſſe dogma, in quo omnes Prophetarū, & Apoſtolorum ſcripturæ conueniunt.*
[c] *1. in Ioan. 9.*
[d] *qui quamuis incertam habuerit originem Animæ noſtræ: tamen epiſt. 157. refellit ſententiā, quam impugnamus.*
[e] *epiſt. ad Turbium cap. 10.*
[f] *& proinde immortalis non eſſet.*

diſſimum eſt, tum quod ſequeretur vel vtramque eſſe formam, & quidem totalem, vel vnam ſuperfluam eſſe: quorum vtrumque eſt [g] abſurdiſſimum. tum quòd ſequeretur animam exiſtere antequam infundatur. Si nō præexiſtit. Ergo vel educetur de potentia materiæ corporalis, mutabilis, & proinde & ipſa anima corruptibilis erit:] vel de nihilo à parente producetur. Quod eſt ridiculum aſſerere. Creatio enim, ſolius Dei opus eſt.

Obiicitur primò, Geneſ. 46. [h] *Omnes animæ quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob fuēre ſexaginta ſex.*

Reſpondeo figura intellectionis, frequentiſſima in ſcripturis, intelligi per *animam, hominem ipſum.*

Secundò, cum Abraham obtulit decimas Sacerdoti Melchiſedech [k] dicuntur Leui, & Chriſtus fuiſſe in lumbis Abrahæ: ac decimatus Leui, Chriſtus nō decimatus. Igitur Leui fuit peculiari quadā ratione in lumbis Abrahæ, qua non fuit Chriſtus. Fuit autē Chriſtus in lumbis Abrahæ ratione corporis. Ergo Leui fuit ratione corporis, & animæ.

Negatur concluſio. Quia Leui fuit in Lumbis Abrahæ, ſecundum materiam carnis, & rationem [l] ſeminalem corporalem: Nam Leui ex parte Patris & matris ab Abraham deſcendit. Chriſtus verò fuit in lumbis Abrahæ, tantum ſecundum materiam carnis. Quia matrem, non autem patrem ex Abraham habuit.

Tertiò, ſi animæ creantur à Deo. Ergo Deus Adulteriis, & fornicationibus cooperatur.

Negatur cōſeq. 1. quia [m] non eſt magis, his cooperari, quam furto, fouēdo in gremio terrę, ſemina furto ſublata. 2. in Adulterijs & fornicationibus duo eſſe: nimirum actionem naturalem generationis humanæ: & vitium tranſgredientium Dei mandatum, prius bonum eſt ex ſe, cum ſit Ens naturale poſitiuū, & reale, eique fatemur cooperari Deum: [tum in ipſa actione corporali generantis:] tum in ipſa infuſione animæ: poſterius, ſicut malum eſſe conſtat: ſic negamus ei Deum cooperari.

g *[certè dari, naturaliter ſaltem, duas formas integrales vni, & eidem materiæ, videtur impoſſibile omnino. tum ratione appetitus naturalis materiæ ritè diſpoſitæ. tum ratione principij indiuiduationis.]*

h *v.26.*

i *vt Leuit. cap. & v.1. Si peccauerit Anima, & audierit.*

k *Hebr.7.*

l *ſiue vim generatiuā actiuam: quæ ſolū reſidet in ſemine viri.*

m *ita Hieron. lib.3. Apologia contra Ruffinum.*

Quinta [n] ſententia putat, *Latere originem animæ.*

Sexta, eaque vera, *hominibus ſingulis* [o] *animas ſingulas, non ex propagine ſed ex nihilo, tunc primum creari, atque infundi, cum fœtus in vtero matris ad animationem præparati ſunt.*

Probatur primò, ex PP. ſupra productis, excepto Aug. & Nyſſeno.

Secundò, ex conſenſu omnium Theologorum qui 600. poſterioribus floruerunt annis.

Tertiò, tota ratio, cur minimè ſibi id perſuaſerit Auguſtinus, fuit argumentum decimum contra originale peccatum. Nam alioquin libenter hanc ſextam ſequutus ſententiam fuiſſet. [p] At neque animarum creatio impedit peccati traductionem, vt mox oſtendetur: neque propagatio animarum ex anima Adami, propagationem peccati iuuat. Nam Adam iuſtificatus fuit antequam generaret. Non poteſt autem anima iuſta, producere ex ſe, per propagationem, animam iniuſtam. Ergo, &c. Nunc igitur tractandum eſt de ſecundo.

[n] *quam vſque ad mortẽ Auguſtinus tenuit.*

[o] [*Concil. Lateranenſ.* 10. *ſeſſ.* 8. *decreto de Anima. Damnamus* (inquit) *& reprobamus omnes aſſerentes animam intellectiuã mortalem eſſe, aut vnicam in cunctis hominibus, &c. cum immortalis, & pro corporum quibus infunditur multitudine, ſingulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda ſit.*]

[p] *vt conſtat ex epiſt.* 28. *Licet* (inquit) *nemo faciat optando, vt verum ſit, quod verum non eſt: tamen ſi fieri poſſet: optarem, vt hæc ſententia vera eſſet: ſicut opto vt ſi vera eſt, abs te liquidiſſimè, atque inuictiſſimè defendatur. Item epiſt.* 157.

Quomodo peccatum originale trahatur: ſoluiturque Argumentum decimum.

CAP. XII.

PRIMA opinio, [a] *animã & corpus, ac vtrumque vitiatum à parentibus trahi.* Sed hæc, ex ſuperioribus, refutata patet.

[b] Secunda, *Animam ex vitiato inquinari corpore tamquam ex vaſe, quòd* [e] *ex libidine caro generetur corrupta.*

Contra 1. nequit intelligi quomodo ex carne in animam tranſeat peccatum, [id enim fiet: vel, quia caro peccatum imprimit: vel quia in peccatum inducit. non prius quia actio merè corporalis, qualis eſt actio pura corporis, nequit tanquam principalis actio effectum ſpiritualem producere: peccatum autem eſt ſpiritualis effectus. non poſterius, quia non inclinatur anima in peccatum niſi moueatur voluntas. At nulla eſt huiuſmodi, in pueris voluntas.] 2. Labes carnis propriè peccatum [d] non eſt, [peccatum enim eſt voluntatis deuiatio]. 3. peccatum Adami prius in anima quam in carne fuit, ergo ſimilis erit ratio in poſteris eius. 4. ſi quis ex parentibus in puris naturalibus naſceretur, non contraheret originale peccatum. Et tamen ex libidine generaretur. 5. ſi duo ex propagine Adami generarent ſine libidine nihilominus ab iis genitus, naſceretur cum originali peccato. 6. ſequeretur, qui cum maiori gigneretur libidine, maius contrahere peccatum, quod tamen falſum eſt.

[a] *Aug. 5. aduerſus Iulianū 3. Profectò* (inquit) *aut vtrūque vitiatum ex homine trahitur: aut alterum in altero, tanquam in vaſe vitiato corrumpitur: vbi occulta iuſtitia diuinæ legis includitur. Quid autem horum ſit verū, libentius diſco, quam dico.*

[b] *magiſtri Gregorij Arimin. & Gabriel. 2. diſt. 31.*

[c] *Auguſt. 1. de pecca. m. 9. & Fulgent. de Fide ad Petrū 2.*

[d] *præſertim antequam anima rationalis accedat. Quare tametſi caro inficeret animam: non tamen eam inficeret contagione peccati.*]

[e] *& proinde rebellis rationi effecta.*

[f] Secunda ſententia: *animam, à carne deſtituta originali iuſtitia, inclinari in peccatum.*

Contra. 1. vt contra ſententiam primam. 2. peccatum originale, eſt naturaliter ineuitabile. Ergo anima inclinatur ad peccandum ineuitabiliter, ac neceſſario. Sed ille actus: quo anima per hanc inclinationem ruit in peccatum, eſt ellicitus voluntatis actus, & proinde voluntatius. Alioquin peccatum non eſſet. Igitur illud peccatum, ſimul erit voluntarium & non erit. 3. illud peccatū erit actualis motio voluntatis. Ergo infans actualiter peccabit.

Tertia [g] ſententia: eaque vera, *peccatum originale trahi, quia anima* [h] *eſt pars totius ſuppoſiti, hominis, quod ex Adamo per generationem ducitur.*

Ad [i] Decimi argumenti concluſionem: Negatur. Nam etſi anima ſit à Deo: tamen ei peccatum non ineſt, niſi quia eſt ſuppoſiti anima producti naturaliter ex Adamo.

[Dices, ſemper difficultas remanet. Nam Deus ſolus animam creat, vel ergo cum originali creat: vel non: ſi prius. Ergo eſt cauſa peccati. ſi poſterius, vnde ergo poſtea peccatū in animam tranſit?]

Reſpondeo, Deum creare animam cum peccato originali. Negatur tamē eſſe peccati cauſam. Quia [k] non creat animam, per reſpectum ad ſolam actionem creantis: ſed per reſpectum ad totum ſuppoſitum ex Adamo traductum. Quod quidquid Entitatis habet, à Deo poſſidet: verùm, quia Deus non confert maiorem, ſiue perfectiorem: propterea, in ſubiecto [l] ſequitur obliquitas, ſiue deformitas peccati. Non largitur autem Deus Entitatem maiorem. Non quòd nequeat, aut minimè vellet: ſed quia, conſiderata conditione ſubiecti, ei non debetur maior, in rigore iuris: quem Deus ſeruare intendit.

At ſola creans actio, eſt à Deo: reſpectus vero ille ad ſuppoſitū ex Adamo traductum, eſt [m] ab ipſo Adamo, ac huiuſmodi ſuppoſito. Ergo ſolius termini actionis creantis, Deus erit cauſa: termini verò

[f] *Alenſ. 2. par. q. 105. membro 4. & Bonau. ibid. ar. 3. q. 2.*

[g] *Anſelmi, li. de cōceptu virginali cap. 7. & 10. D. Thom. 1. 2. q. 81. ar. 1. ac Scholaſticorum communis 2. diſt. 31.*

[h] *ita intelligēdus & Aug. ſupr. cum ait: Originale peccatum trahi ex libidine per cōtractum carnis cum anima.*

[i] *ſupra ad finē capitis decimi.*

[k] *[ſiue, vno verbo Originale peccatum, non ineſt animæ, vi actionis creantis, ſed Adami peccātis.*

[l] *caret enim ſubiectum rectitudine propria.*

[m] *Nam oritur ex eo quòd*

verò huiuſmodi reſpectus erit cauſa radicalis, Adam, quatenus primus parens [n] peccator: proxima verò ſuppoſitum, filius eius, quatenus in primò parente peccauit, ac proinde cui ex ſe debetur originale peccatum.

Sed terminus actionis creantis, eſt [o] ſolùm quidquid Entitatis realis in ſuppoſito huiuſmodi habetur. Terminus autem ſupradicti reſpectus, eſt originale peccatum. Ergo, quamuis anima creetur à Deo cum originali peccato: tamen ſolum peccatum erit, vt à cauſa, ab ipſo Adamo, & ſuppoſito filio eius: Tota verò Entitas ſuppoſiti ab ipſo Deo manabit.

Quemadmodum, proportionaliter. 1. Si Deus annihilaret diabolum: deinde eundem numero recrearet, non cenſeretur Deus eſſe cauſa peccati, quamuis cum peccato, produceretur denuò diabolus. 2. ſicut determinatur concurſus Dei generalis ad actiones particulares noſtras, & malas, per voluntatem noſtram: & tamen non eſt Deus peccati cauſa: Etſi totam entitatem peccati producat. Sic à reſpectu talis ſuppoſiti, ſcilicet ex Adamo per viam naturalem producti, dicimus determinari actionem Dei ad producendam talem Entitatem: cui contingit peccatum, non ratione productionis a Deo: ſed ratione huiuſmodi determinationis. At ſi Deus per ſolum reſpectum ad actionē creantis produceret animam: & [p] impoſſibile eſſet animam cum peccato produci: &, ſi produceretur, meritò cauſa peccati Deus cenſeretur. Quia ſola voluntas creantis interueniret ad productionem Entitatis deformis.

Adam fuerit primus omniū parēs peccator: & quod huiuſmodi ſuppoſitū, ſit filius eius, via naturali.

[n] ipſe enim ſolus actualiter peccauit, & per eum in omnes intrauit peccatum.

[o] quia actio poſitiua, ex ſe nullomodo deficiens: non poteſt terminari niſi ad aliquid poſitiuum.

[p] Nam peccatum debet eſſe ab aliqua voluntatis actione interna ſiue in ſe, ſiue in alio. At ibi nulla inueniretur huiuſmodi actio. Non in voluntate Dei, vt patet: ipſe enim deuiare non poteſt: neque in voluntate animæ creatæ: quia ipſa dum creatur, non agit, ſed agitur, ergo nullomodo.]

Si Adam non peccaſſet, quid nobis accidiſſet.

CAP. XIII.

[a] D.Thom.1. 2.q.81.ar.5.

PRIMA Propoſitio: *Si ſola peccaſſet Eua, peccatum in nos non tranſiiſſet.*

Probatur 1. Ideò peccatum originale trahitur: quia, cum Adam peccauit, in illo fuimus, tanquam in principio actiuo. Non fuimus autem ſimiliter in Eua, Ergo *&c.* 2. [Homo originalem Iuſtitiam accepit, vt caput & princeps totius naturæ humanæ. & ſimiliter perdidit illam Iuſtitiam. At mulier non erat caput naturæ humanæ.]

Secunda Propoſitio: Sola Eua peccãte, mors minimè perueniſſet ad nos. 1. quia ſi ab Eua mortem traheremus: cum ipſa, prima peccauerit, dixiſſet Apoſtolus: *In Eua omnes moriuntur.* At nõ ita dixit ſed, [b] *in Adam omnes moriuntur.* 2. *Stipendium peccati mors.* Ergo vbi non eſt peccatum, neque mors ibi erit. Sed ſi ſola peccaſſet Eua, ad nos peccatum non perueniſſet. Igitur neque mors.

[b] 1.Cor. 15.v. 22. ἐν τῷ ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν.

Obiicies illud Eccleſiaſtici: [c] *à muliere initium factum eſt peccati, & per illam morimur omnes.*

[c] 25. v. 32.

Reſpondeo, aliud eſſe, *mori in muliere*: aliud, *per mulierem*, per mulierem morimur: quia illa, occaſionem peccandi ſuo tribuit viro: non morimur in illa: quia hæc non fuit cauſa veluti actiua peccati noſtri.

Tertia propoſitio, *ſi primus homo non peccaſſet. Quocumque alio peccante, peccatum illud alios non infeciſſet.* Quia ſolus Adam gerebat perſonam totius naturæ humanæ.

Ad filios fidelium peccatum originale pertinere.

CAP. XIIII.

NEGAT [a] Zuinglius, putat verò [b] Caluinus, huiuſmodi paruulis non imputari peccatum. Noſtra tamen ſententia probatur.

Primò, Dauid erat fidelium filius: & tamen [c] probauimus, fuiſſe conceptum in originali peccato.

Secundò, Apoſtolus erat ex fidelibus parentibus, & tamen dixit: [d] *Eramus & nos natura filij iræ, ſicut & cæteri.*

Tertiò, ex PP. Cyprian. 3. ep. 8. Ambroſio [e] in Apologia Dauid: *antequam naſcamur maculamur contagio.* Hierony. [f] *Chriſtiani non naſcuntur, ſed fiunt.* Auguſt. [g] *Regeneratus, non regenerat filios carnis ſed generat: ac per hoc in eos non quòd regeneratus, ſed quòd generatus eſt, traiicit.* [h] &c.

Quartò, ex Concilio Mileuit. can. 2. & Siricio Epiſt.1.

Tertiò, ex vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudine: *Quiſquis* (inquit [i] Auguſt.) *dixerit, quod in Chriſto viuificabuntur etiam paruuli, qui ſine Sacramenti eius participatione de vita exeunt: hic profectò, & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat Eccleſiam: vbi propterea cum baptizandis paruulis feſtinatur, & curritur, quia ſine dubio creditur, aliter eos in Chriſto viuificari non poſſe,* &c.

Argumenta contraria ſoluta ſunt libro de Baptiſmo. cap. 4.

[a] *libro de Baptiſmo, & in declaratione de peccato originis.*

[b] *4. Inſtit.16. §.24.25. & in Antidoto ad cap. 5. ſeſſ. 6. Concilij Tridentini.*

[c] *lib. 4. de Amiſſione Gratiæ cap.4.*

[d] *Epheſ. 2. v. 3.*

[e] *cap. 11.*

[f] *epiſt. ad Lætam de educatione filiæ: & Tertullianus cap.27. Apologetici.*

[g] *2. de pecc. Origin. 40.*

[h] *Sic igitur, ſiue reus infidelis, ſiue abſolutus fidelis non generat abſolutos vterque, ſed reos.*

[i] *Epiſt. 28.*

De Conceptione B. Mariæ.

CAP. XV.

[a] *eſt Contra Kemnitium in Examine ſeſſionis ſextæ.*

PRIMA [a] propoſitio: *Non eſt contra fidem aſſerere B. Virginem, ſine peccato originali conceptam.*

Probatur primò, id fidei Catholicæ repugnat, quod, vel contra expreſſum Dei verbũ: vel cõtra verbũ Dei ab Eccleſia traditum, aſſeritur. At nullus aduerſariorum potuit adhuc, aliquod producere huiuſmodi verbum Dei, contra immaculatam B. Virginis Conceptionem. Producuntur quidem generalia teſtimonia quædam: ſed quæ commode ſoluuntur.

Dices, ergo contra fidem non erit aſſerere aliquos alios præter B. Virginem eſſe à peccato originali immunes.

Reſpondeo, etſi fortaſſe id non ſit cõtinuo contra fidem: tamen admodum temerarium eſſe: niſi valde probabilibus rationibus probetur: quales adhuc nullus protulit niſi pro Conceptione B. Virginis.

Secunda propoſitio: *pie exiſtimatur B. virgo ſine originali peccato concepta, ſingulari priuilegio Dei.*

Primò, [b] Adam fuit Chriſti figura. Ergo decuit, vt ſicut Adam formatus fuit ex terra nondum maledicta, & omnino immaculata: ſic Chriſtus, ex matre omninò à maledicto præſeruata naſceretur.

[b] *1. Corinth. 15.*

Secundò, Eua figuram geſſit Mariæ. At Eua fuit ſine peccato producta.

Tertiò, Eccleſia B. Mariæ [c] appropriat illud: [d] *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* At quomodo tota pulchra, & immaculata ſi habuerit originale peccatum?

[c] *in offic. B. Virgi.*
[d] *Cantic. 3. v.7.*

Quartò,ex PP. [e] Ambroſ. *ſuſcipe me non ex Sara, ſed ex Maria, vt incorrupta ſit virgo: ſed virgo per gratiam ab omni integra labe peccati.* Hierony. [f] *Pulchrè dixit diei, quia nubes illa*(Maria ſcilicet) *non fuit in tenebris:ſed ſemper in luce,* [g] Auguſt. *Excepta ſancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorſus, cum de peccatis agitur habere volo quæſtionem. Inde enim ſcimus,quòd ei plus gratiæ collatum fuerit, ad vincendum omni ex parte peccatum,quæ concipere, ac parère meruit eum,quem conſtat nullum habuiſſe peccatum,*

Reſpondent loqui de actuali peccato. Contra iuxta [h] Aug. nemo ſine peccato viuit actuali, qui originale habuerit.Si ergo iuxta Auguſt. B. Virgo caruit actuali:igitur & originali [i] Sedulius.

Et veluti è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat habens, matremque obſcurat honore:
Sic, Eua de ſtirpe ſacra veniente Maria.
Virginis antiquæ facinus noua virgo piaret.

[k] Idiota: [l] *Tota*(inquit) *pulchra es, virgo glorioſiſſima,non in parte,ſed in toto: & macula peccati ſiue mortalis,ſiue venialis,ſiue originalis non eſt in te.* Petrus Damianus, [m] cum ait,altiore genere ſanctificationis B.virginem mundatam à peccato,quam Ioannem. Quale autem illud ſit, ſi à peccato originali præſeruata Maria non ſit ,haud facilè explicari poteſt. B. Bruno. [n] *Hæc eſt incorrupta terra illa,cui benedixit Dominus, ab omni propterea peccati contagione libera:* Anſelmus: [o] *Decebat vt illius* (Chriſti videlicet) *Conceptio de matre puriſſima fieret nempe decens erat, vt ea puritate qua maior ſub Deo nequit intelligi, niteret:* [p] Item.*Omnes mortui ſunt in peccatis, nemine prorſus ex-*

[e] *in vlt. verſ. Pſal.* 118.

[f] *cum explanat. illud Pſal.* 77. *Deduxit eos in nube diei.*

[g] *lib. de natura, & gratia, cap.* 36.

[h] 5. *in Iulianum* 9. *Nullus eſt hominũ* (inquit) *præter ipſum* (*ſcilicet Chriſtũ*) *qui peccatum non fecerit grãdioris ætatis acceſſu: quia nullus eſt hominũ, præter ipſum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis exortu.*

[i] *lib.* 1. *mirabilium diuinorum. Sophronius epiſt. ad Sergium lectla in Sexta Synodo act.* 11. *Damaſc. orat.* 1. *de Natali Virginis.*

[k] *Floruit poſt annum Domini.* 800.

[l] *in contemplatione Virginis Mariæ cap.* 2.

[m] *ſerm. de Natali S. Ioannis Baptiſtæ.*

[n] *in Pſal.* 101.

[o] *libro de conceptu Virginali cap.* 18.

[p] *in* 5. *prioris ad Corinthios.*

cepto, dempta matre Dei, ſiue originalibus, ſiue etiam velūtate additis. [q] Cathena Grçca à Theodoreto compoſita in qua legimus. *Virginem Mariam ideo columbam, eamque vnicam in Canticis nominari, quod Cherubim, & Seraphim, puritate vincat.*

Quintò, ex Eccleſiæ conſenſu [paulatim enim contraria opinio euanuit, & iam pauci inuenirentur, qui eam docere auderent.]

Sextò, ex Pontificibus Rom. [r] Sixto 4. [s] Alexandro 6. Iulio 2. & Leone 10.

Septimò, ex feſto Conceptionis eiuſdem Virginis, à toto ferè Chriſtiano orbe, celebrato.

Octauò, Deus potuit B. Virginem ab originali præſeruare peccato. Nec obſtat decretum latum in vniuerſum genus humanum. [t] hoc namque non excludit priuilegia Dei.

At probabile eſt Deum voluiſſe id præſtare Mariæ. 1. quia honor matris in prolem tranſit. 2. quia mater Chriſti ſingularem habet affinitatem cum Chriſto. Quæ eſt autem conuentio Chriſti, ad Belial? 3. quia, ſingulari modo, ſapientia diuina, id eſt Filius Dei habitauit in Maria. [v] *At in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* [4. non decuit matrem Chriſti, prius eſſe filiam diaboli, quam Dei.] 5. par erat, vt nullum eſſet priuilegium, collatum puræ creaturæ, minimè collatum Mariæ: cum eam ſtatuiſſet Deus euehere ſuper omnes puras creaturas. At ſine peccato, fuēre primi creati parentes: & Angeli beati nec originale habuerūt nec actuale peccatum. Ergo decebat vtrumque conferri Mariæ.

[q] *lib. 3.*

[r] *Extrau. Cū Præcelſa: & Extrau. Graue nimis, quibus apertè teſtatur noſtram opinionem piā, & probabilem eſſe.*

[s] *qui Ordinem Religioſorum in honorem immaculatæ Conceptionis confirmarūt, & priuilegiis ornarunt.*

[t] *[ſicut maledictio partus cum dolore, lata in mulieres, non excludit priuilegiū, quo ſine dolore Beata Virgo peperit Chriſtum.]*

[u] *Sap. 1. v. 4.* εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίας.

Argumenta ſoluuntur.

CAP. XVI.

CONTRARIA Argumẽta ad ſeptem capita reuocari poſſunt.

Primò, producuntur [a] ſcripturæ, & Patres, aſſerentes quotquot ex Adamo ortos (ſcilicet ordinario modo) obnoxios eſſe originali peccato.

Secundò, [b] teſtimonia quibus declaratur, omnes redemptos à peccato fuiſſe per Chriſtum.

Tertiò, PP. qui particulariter dicunt B. Virginem non fuiſſe à peccato immunem, Emiſſen. homil. 2. de natali Domini. Bernard. epiſt. 175.

Quartò, cum eam dicunt habuiſſe carnem peccati, vt Auguſt. 5. [c] in Iulianum 9.

Quintò, Auguſtinus libro de naturâ, & gratia, quo ait datam Mariæ gratiam ad vincendum omni ex parte peccatum. At ſi non fuit concepta in peccato, non egebat huiuſmodi gratia. Ergo, &c.

Sextò, B. Mariam fuiſſe morti obnoxiam. Sed mors eſt pœna originalis peccati. Ergo, &c.

Septimò, ſi vera ſit noſtra ſententia: nullum hac in re priuilegium habuiſſe Chriſtum.

Reſpondeo, tribus modis peccatum primi parentis communicari filijs. 1. in ipſo Adamo, cum ille præceptum Domini tranſgreſſus eſt. Et quia tunc non erant filiis eius actu, ſed in potentiâ tantùm: ideo quoque tunc peccatum non actu, ſed potentia contraxerunt. 2. cum ipſe fœtus in vtero matris exiſtere incipit: [d] quamuis informis, & inanimatus. 3. cum animæ corporibus actu inſpirantur, & reuera ac formaliter homo habet voluntatem à Deo auerſam. Primò & ſecundò modo non negamus Virginem Mariam originali peccato obnoxiam: quia ex ſe filia Adami erat, ſicut

[a] *Roman. 5. In quo omnes peccauerunt. 1. Corinth. 15. In Adam omnes moriuntur Epheſ. 2. Eramus natura filij iræ. Aug. lib. de Fide ad Petr. 26.*

[b] *2. Corinth. 5. verſ. 14. Si vnus pro omnibus mortuus eſt. Ergo omnes mortui ſunt. v. 15. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. Aug. libro de perfectione iuſtitiæ.*

[c] *Si ſine dubio* (inquit) *caro Chriſti nõ eſt caro peccati, ſed ſimilis carni peccati: quid reſtat vt intelligamus, niſi ea excepta omnem reliquam humanam carnẽ eſſe peccati?*

[d] *Etſi namque peccatum, propriè non ſit, niſi*

In rationali anima, & fœtus ante incipiat formari, quam infundatur anima: tamen quia reuera tunc homo trahens originem ex natura corrupta exiſtere incipit ratione vnius partis ſuæ, cui debetur anima rationalis, inquinata peccato: cumque primum eam ſortita fuerit, incipiet actu exiſtere peccatum, vi talis generationis: propterea, non immerito, dicuntur homines tunc primum in iniquitatibus concipi.

& alij: ac ſibi, vi paternæ generationis debebatur peccatum: non negamus etiam habuiſſe his modis corruptam carnem, vt pote quæ ex vitiata propagine. At negamus obnoxiam huic peccato ratione tertij modi: vt pote quæ fuerit præuenta à Deo, atque eodem inſtanti anima ſit creata, & gratia infuſa.

Ad primum, 3. & 4. hæc eſſe intelligenda de peccato originali primo, & ſecundo modo: non autem tertio. Et quidem Bernardus, etſi dicat B. Mariam in vtero ſanctificatam: Non tamen aſſerit id factum poſt infuſionem rationalis animæ.

Ad 2. duobus modis aliquid dici redemi: primo à malo in quo eſt actu. 2. à malo à quo præſeruatur vt obſeruat [e] Auguſt. iuxta illud: [f] *Redemiſti ſeruum tuum de gladio maligno.* priori modo non eſt Redempta B. Virgo ratione peccati, ſed tantum poſteriori.

Ad quintum. Negatur Minor: quia erat neceſſaria huiuſmodi gratia, vt aditus peccato originali excluderetur.

Ad ſexti Maiorem: placuiſſe Deo, Mariam à peccato: non autem à morte præſeruare.

Ad Minorem, veram eſſe de peccato originali actu, vel potentia: id eſt quod debebatur, non tamen extitit actu.

Ad 7. negatur conſeq. quia nullo modo id eſt neque [g] 1. neque 2. aut 3. modo, Chriſtus participauit originali peccato.

[e] *in Pſal. 143.* [f] *ibid. v. 11.* [g] *quod non contigit B. Mariæ: quæ ſolum iuxta tertium modum caruit originali peccato. vnde ſi præter Chriſtum: genuiſſet alios filios ex connubio viri: proculdubio genuiſſet eos cum originali peccato: Si verò Chriſtus filios genuiſſet, ab eodem peccato produxiſſet immunes.*

[a] *Mendacia Kemnitij de Conceptione B. Mariæ.*

CAP. XVII.

PRIMVM, [b] ante Petrum Lombardum noſtram opinionem, ignotam fuiſſe.

Secundum, qui ſequuti ſunt Petrum Lombardum excogitaſſe ſanctificationem in vtero, & ſanctam Virginis Mariæ Natiuitatem.

Tertium, poſt D. Thomam fuiſſe inſtitutum Conceptionis Mariæ [d] feſtum.

Quartum, Sixtum 4. & Concilium Tridentinũ [e] reliquiſſe vnicuique liberum opinandi, contra Verbum Dei, de Conceptione Virginis.

Non tranſire ad Poſteros, per generationem, omnia peccata Parentum.

CAP. XVIII.

PRIMÒ, Paulus docet vnum tantũ eſſe peccatum tranſiens in poſteros per generationem *Iudiciũ* (inquit) [a] *ex vno in omnes homines, in condemnationem.* At præterea ſunt multa alia peccata *Gratia* (inquit [b] idem) *Ex multis delictis, in iuſtificationem*: quæ proinde in poſteros minimè tranſeunt: ergo omnia parentum peccata non tranſeunt in filios per generationem.

Secundò, [c] Apoſtolus comparat Adamum cum Chriſto: quòd ſicut ille ſolus omnem ſuam perdidit poſteritatem: hic ſolus omnem ſuam reparauit.

[a] *pag. 520.*
[b] *Anſelmus antiquior Lombardo noſtram opinionem ſequitur vt patet ſupr. cap. 15.*
[c] *vtraque fuit celeberrima in Eccleſia vniuerſa tempore S. Bernardi, & Petri Damiani, qui Lombardum non ſunt ſequuti: ſed eius æquales, vel maiores fuerunt.*
[d] *huius meminit Bernardus antiquior 100. annis D. Thoma, epiſt. 174.*
[e] *Nihil tale aut in Extrauag. Sixti, aut Concilio Tridentino inuenitur.*

[a] *Rom. 5 v. 16.* κρῖμα ἐξ ἑνὸς, εἰς κατάκριμα. τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων, εἰς δικαίωμα.
[b] *ibidem.*
[c] *ſupr. &* 1. *Corinth. 15.*

At ſi aliorum etiam parentum peccata transfunderentur: poſſent huiuſmodi parentes, etiam per antitheſim comparati Chriſto.

Tertiò, ex [d] PP. qui perpetuo, tantum vnum peccatum agnoſcunt per originem traductum.

Quartò, ſi Adam non peccaſſet: ad poſteros quidem tranſmiſiſſet originalem iuſtitiam, ſed nō perſonalia dona, vt ſapientiam, prudentiam, &c. igitur ratio poſtulat, vt non tranſmittat etiam perſonalia peccata.

Quintò, ſequeretur malos Patres ſemper generare filios eis in malitia ſimiles: cuius contrarium videmus in Achaz qui genuit Ezechiam: & Amō Ioſiam.

Obiicitur [e] Augu. *Parentum quoque peccatis* (inquit) *paruulos obligari non ſolum primorum hominum, ſed etiam ſuorum, de quibus ipſi nati ſunt, non improbabiliter dicitur.*

Reſpondeo. non loqui de contagione culpæ, ſed pœnæ: allegat enim illa Exodi: [f] *qui reddis peccata Patrum in filios*, &c. quæ certum eſt intelligi, de retributione pœnæ.

[d] *Ignat. epiſt. ad Trallianos: Irenæ. 5. libro: Cypr. 3. epiſt. 8. Chryſoſt. hom. 40. in 1. Cor. Hieron. 3. aduerſus Pelagianos Aug. 1. de peccator. mer. 10. & Enchirid. 43. Anſel. de Conceptu virginali 23. Scholaſt. 2. d. 33.*

[e] *in Enchiridio 46. Leo epiſt. 86. Greg. 15. Moral. 22.*

[f] *Exod. 44. v. 7. & cap. 20. v. 5.*

LIBER QVINTVS

DE STATV PECCATI.

Qui eſt

DE ESSENTIA PECCATI ORIGINALIS.

Refellitur primus error de natura originalis peccati: quem Illiricus ſequitur.

CAP. I. & II.

ILLYRICVS [a] arbitratur, [b] *peccatum originale eſſe proprie, & verè ſubſtantiam: nimirum, ipſam diaboli ſubſtantialem imaginem in quam anima rationalis ſit per peccatum trãſformata ſubſtantialiter: ſicut ex homine viuo fit, per mortem, cadauer.*

[c] Refellitur primò, omnis ſubſtantia eſt à Deo, [d] Ioan. 1. Sed quidquid à Deo procedit, bonum eſt. [e] 1. Timoth. 4. Igitur originale peccatum, quod ex ſubſtantia bonum eſt, id eſt ſimul erit pecatum, & non peccatum.

Secundò, Lutherani docent agere Paulum de originali peccato, cum ait: [f] *Scio, quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum*, &c. Ergo ſi peccatum originis non ſit in mente, ſed in carne, multo minus erit ipſa ſubſtantia animæ, vt Illyricus Lutheranus contendit.

[a] CAP. I.
[b] *libro demonſtrationum euidentiſsimarum de eſſentia imaginis Dei, & diaboli & lib. de occaſione vitandi erroris, &c.*
[c] CAP. II.
[d] *v. 3. omnia per ipſum facta ſunt.*
[e] *v. 4.*
[f] *Rom. 7: v. 18.* οἶδα ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστι ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν.

Tertiò, credendum eſt vnum eſſe Deum. At ſi peccatum originale ſit ſubſtantia: Igitur & originalis iuſtitia erit ſubſtantia. Sed nihil eſt ſubſtantialiter, ſiue ex natura ſua, iuſtum, ſiue ſanctum, niſi Deus ſit. Igitur erunt plures admittendi Dij.

Quartò, credendum eſt vnum eſſe omnium rerum Creatorem. At ſi originale peccatum ſit ſubſtantia, illam diabolus creauit. Deus enim non eſt author peccati. [g] Ergo ſi ſit credendum Illyrico, non erit credendum Symbolo.

Quintò, fide certum eſt, Chriſtum eandem ſpecie nobiſcum aſſumpſiſſe animam. At noſtra anima ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſiue rationem formalem, eſt peccatum originale, iuxta Illyricum. Igitur vel Chriſtus aſſumpſit in vnitatem perſonæ peccatum Originale, vel non eandem ſpecie nobiſcum habebit animam.

Reſpondet non eſſe eandem ſpecie, ſiue genero Theologico, id eſt, ſecundum ſuptemum Animæ rationalis gradum. Eſſe genere Phyſico: quia reliqua anima eſt eadem ſpecie cum Chriſto.

Contra. vel hic gradus ſpectat ad ſubſtantiam animæ, vel ad accidentia.

Si prius: cum hic gradus ſit vltimus ſubſtantialis: ad ſpeciem phyſicam ſpectabit. Ergo, non ſolum Theologicè ſed etiam phyſicè, ſemper different ſpecie anima Chriſti, & noſtra.

Si poſterius: Ergo peccatum originale non eſt ſubſtantia.

Sextò, reſurgemus omnes iidem numero, iuxta Catholica fidem. At non reſurgent beati, cum originali peccato. Ergo non reſurgent iidem numero. Quia non cum eadem animæ ſubſtantia: ſiue cum eadem forma ſubſtantiali.

Septimò, ex PP. [i] Baſil. *Non imagineris propriam*

[g] Reſpondet iſtam ſubſtantiam totam eſſe à Deo: quia ipſam vitiatam propagat, & conſeruat: totã à diabolo, quia ipſam vitiauit. Contra. ſi Deus conſeruat peccatum. Ergo, ſuo modo, eſt author peccati Deus, ſi diabolus transformauit animam in ſubſtantiã aliã: & hæc transformatio, nequeat fieri per corruptionem & generationẽ, vt in corporalibus accidit rebus, ſed per anhilatione: quod ſit anima, ſpiritualis tota: certè diabolus erit alicuius entitatis creator.

[h] *Gradus enim vltimus ſubſtantialis, eſt quo vna ſpecies, naturaliter diſtinguitur ab alia.*

[i] *orat. quod Deus non ſit author malorum.*

aliquam eſſe ſubſtantiam mali. Nam malitia non eſt aliquid ſubſiſtens. Nazianz. [k] *Crede nullam eſſe mali eſſentiam, nec per ſe ſubſiſtere, nec à Deo creatam.*

Epiph. [l] *Malum aliquando non erat, neque radix vlla fuit malitiæ, neque malum eſt quoddam per ſe ſubſiſtens.*

Ambroſ. [m] *Vtique non ſubſtantialis, ſed Accidens eſt malitia.*

Hierony. [n] *Nunquam à me audies malam eſſe naturam.*

[o] Auguſt. *Malum illud quod quærebam, vnde eſſet, non eſt ſubſtantia: quia ſi ſubſtantia eſſet, bonum eſſet.*

Octauò, peccatum, iuxta Illyricum, verè corrumpit ſubſtantiam Animæ. Ergo Anima verè corruptibilis eſt. Igitur & mortalis.

Nonò, Adam poſtquam peccauit, mutatus fuit in ſubſtantiam aliam iuxta Illyricum: Et proinde iam alter erat, ab eo qui comederat de ligno. Quare ergo ei dicebat Deus [p] *Adam vbi es?* [q] *ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?*

Decimò, ſequetur peccatum originis multa facere bona cum ſit ipſa hominis ſubſtantia: Intelliget enim, diſcurret, pugnabit rationibus contra ſe, innocenter viuet. Nam & Illyricus, qui ſe totum peccatum eſſe non dubitat, [r] gloriatur ſe aliquando innocenter vixiſſe. diliget, ſperabit *&c.* Ergo ſimul erit peccatum, & non peccatum, ſecundum eandem omnino rationem, ſcilicet totius ſubſtantiæ ſuæ.

Vndecimò, vel peccatum Originale eſt pars, vel tota hominis ſubſtantia. ſi primum. Ergo falſum eſt totam eſſentiam hominis totumque hominem corruptum, vt Illyricus defendit. ſi ſecundum. Ergo falſum, non eſſe peccatum [s] niſi ſummum Animæ rationalis gradum.

[k] *orat. in ſanctum Lauacrũ.*
[l] *hæreſ. 37.*
[m] *1. Hexam. 8.*
[n] *epiſt. ad Cteſiphontem.*
[o] *7. Confeſſ. 12. Itẽ, in Pſal. 68. & 1. in Iulian. 3. Denique Patres execrãtur Manichæos quod vellent Manichæi malum eſſe ſubſtãtiam, quam nõ feciſſet Deus: eſſetque in homine origo peccatorũ omniũ. At hoc idem Illyricus aſſerit. Non enim Originale peccatum Deum poterit habere authorem.*
[p] *Geneſ. 3. v. 9.*
[q] *v. 11.*
[r] *Vixi* (inquit) *multos annos witembergæ, cuius temporis honeſtè, innocentérque actæ vitæ, multos fide dignos teſtes producere poſſem.*
[s] *vt Illyricus aſſerit.*

Digitized by Google

Soluuntur Illyrici argumenta.

CAP. III.

PRIMVM producit ſcripturæ teſtimonia, quibus peccatum, per ſubſtantiam deſctibitur. [a] 1. *Figmentum cordis humani malum eſt ab adoleſcentia ſua.* 2. [b] *Vetus homo noſter crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati.* [c] 3. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum concupiſcentiis eius.* Quod autem regnat, & concupiſcit non eſt accidens.

Reſpondeo has locutiones eſſe figuratas: vt cum dicitur: [d] *Operuit confuſio faciem meam.* Confuſio enim non eſt ſubſtantia, & tamen deſcibitur ac ſi aliquod indumentum eſſet.

Ad 1. teſtimonium Reſpondeo, non ſumi, *figmentum*, paſſiuè, ſed actiuè. Non enim ſignificat ipſum cor effictum, ſed id quod fingit cor nempe cogitationem. Siquidem cap. 6. quo id pluribus deſcribitur verbis legimus *Omnis imaginatio cogitationum cordis,* וְכָל יֵצֶר מַחְשְׁבֹת לִבּוֹ, *vecol ietſer machaſchvoth libbo, tantum malum.*

Ad 2. ſicut dicitur exuendus vetus homo: ſic [d] dici induendum nouum, nempe Chriſtum. At certè non iubetur Chriſtus induendus ſecundum ſubſtantiam: ita vt in eam ſubſtantialiter transformemur. Ergo, per, *veterem hominem*, non ſignificatur ipſa ſubſtantia hominis, ſed [e] vetus vita in peccatis. Per, *corpus* verò, *peccati*, congeries peccatorum, ſiue peccati robur. Paulus enim Hebraïſmis delectatur. At עֹצֶם *guetſem*, tam, *corpus*, quam, *robur* ſignificat.

Ad 3. per, *Peccatum*, intelligi metaphoricè ex omnium conſenſu concupiſcentiam: quæ tunc imperare dicitur, cum ardentius incitata conſenſum

[a] *Geneſ.* 8. *v.* 25. & *cap.* 6. *v.* 5.

[b] *Rom.* 6. *v.* 6. ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας.

[c] *ibid. v.* 12. μὴ βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.

[d] *Pſal.* 6. 8. *v.* 18. *Induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. v.* 14. ἐνδύσασθε τὸν κύριον ἰησοῦν χριστόν.

[e] *Iuxta illud Coloſſ.* 3. *v.* 5. *Mortificate mēbra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam libidinem, &c.*

voluntatis inflectit.

Secundum, cauſa primaria, & theſaurus omnis mali actualis, eſt ipſa eſſentia hominis. Math. [f] 15. *De corde exeunt cogitationes malæ*, &c. At originale peccatum, eſt origo omnium actualium peccatorum. Rom. [g] 7. *peccatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.* Ergo illud, eſt eſſentia animæ.

Reſpondeo 1. Negatur Minor. Nam diabolus Adam, & Eua, ſine originali peccato actualiter peccauerunt: & reuera peccare poſſemus: etſi originale peccatum, à parentibus non traheremus. Ad probationem, intelligi per, *Peccatum: fomitem peccati.* non quod ſolus ſit, omnis peccati cauſa: ſed vel quia omne peccatum ex illo prodire poteſt: quamuis etiam, ex alia cauſa: vel quia ardentiſſimam concupiſcentiam operatur, quam ſignificauit Paulus per, omnem concupiſcentiam. 2. admiſſa maiore, & minore concluſio negatur: tum quia argumentum [h] eſt in ſecunda figura ex puris affirmantibus: tum quia alio modo, cor admitteretur omnium peccatorum cauſa, alio modo, ipſum originale peccatum, alio modo concupiſcentia ipſa. *Cor*: quia eſt principium actiuum internum, & elicitiuum peccati: *originale peccatum*: quia remouet iuſtitiam originale: *concupiſcentia*: Quia incitat ad peccatum.

Tertium argumentum, Peccatum eſt id omne quod pugnat cum lege. Sed cor, anima & ipſe totus homo pugnat cum lege. Galat. 5. [i] *Caro*, (id eſt homo) *concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Ergo ſunt peccatum.

Reſpond. maiorem admitti de contrarietate legis, falſam de ſubiecto contrarietatis. Ad minorem, hæc tria non eſſe contrarietatem, ſed ſubiectum ipſius contrarietatis.

Quartum, imago Dei in homine erat ſubſtantia. Ergo imago diaboli erit ſimiliter. Sed peccatum originale eſt diaboli imago. Igitur & ſubſtantia eſt.

[f] v. 19. ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί.

[g] v. 8. ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν.

[h] *In maiori enim propoſitione eſſentia debet eſſe ſubiectū, & Theſaurus attributum. hoc modo eſſentia hominis, eſt theſaurus omnis actualis peccati.*

[i] *verſ.* 17.

Admittitur Antecedens. Negatur conſeq. Nam imago tripliciter dici poteſt, ſcilicet vel ratione naturę: vel habitus: vel actus. Primo modo creatus eſt homo ad imaginem Dei, ſecundum ſubſtantiam, ratione animæ: ſecundo, & tertio, ornatus eſt donis quaſi coloribus, quibus hæc perficeretur, & & illuſtraretur imago. At diabolus neque poteſt producere ſibi in ſubſtantia ſimilem: neque talis imago fuit vſquam à Deo producta. Ad ſubſumptionem: originale peccatum eſſe diaboli imaginem ſecundi generis. Sed cum ea ſit proprie accidens, nihil argumentum concludit. Nec enim homo, per peccatum, amiſit imaginem Dei: ſed tantum valdè obſcuratum geſſit, propterea namque dicitur [k] Coloſſ. 3. [l] *Renouari ſecundum imaginem eius qui creauit eum*: id eſt, per gratiam, & virtutes reddi pulchritudini priori imaginem illam.

[k] v. 9.
[l] *non autem creari aut fieri.*

Quintum, iuſtitia originalis erat ſubſtantia: quia erat imago Dei, quam iubet Paulus reformari in nobis. Ergo & iniuſtitia originalis erit ſubſtantia.

1. Negatur antecedens. Ad probationem: eſſe iuſtitiam originalem, Dei imaginem, ſecundi generis tantum. Ad Paulum, patet reſponſio proximè ſuprà Coloſſ. 3.

2. Negatur conſeq. etiam antecedente admiſſo. Quia originalis iniuſtitia, non eſt aliqua forma poſitiua contraria iuſtitiæ originali, ſed eius mera priuatio.

Sextum, Accidens eſt quod poteſt adeſſe, & abeſſe ſine ſubiecti corruptione. Sed peccatum originale non eſt ſine corruptione animæ, quia mortem ei infert. Ergo non eſt accidens.

Reſp. 1. ſenſum eſſe maioris: *ſubſtantiam ſiue adſit, ſiue non adſit accidens, ſemper eiuſdem eſſe conceptus, & quidditatis*: quia accidens non ingreditur naturam ſubiecti: vnde ſiue mors adſit, ſiue non, ſemper homo eſt & erit animal rationale. Alioquin corporalis mors vere corrumpit ſubiectum, nec tamen propterea aliquis dixerit non eſſe accidens. 2. negatur

gatur Minor.ad probationem hāc mortem, metaphoricam eſſe,quia reuera non deſtruit quidquam ſubſtantiæ animę,ſed ſolum priuat gratia Dei,quæ ſolet animæ vita nuncupari.

Septimum, iuſtificatio eſt creatio noui cordis. Pſal 50. [m] *Cor mundum crea in mę Deus.* Ezech. 36. [n] *Auferam à vobis cor lapideum,& dabo vobis cor carneum.* Item: eſt [o] regeneratio totius hominis. At cor carneum,& cor lapideum, ſubſtantia ſunt.

[m] *v. 12.*
[n] *v. 26.*
[o] *Ioan.3.v.5.*

Reſpondeo,hæc omnia teſtimonia Metaphoricè intelligi debere. Quis enim putet peccatorem habere,verè lapideum cor: aut mentem ſiue animam,in qua proprie reſidet iuſtitia, eſſe quid carneum? Dicitur ergo,*Cor mundum creari*,quia purgatur à vitiis,& gratia imbuitur anima: *cor carneum dicitur*, quia redditur mēs ad obſequium Dei flexibilis. *Cor lapideum nuncupatur*,quia more lapidis rigidum & inflexibile manet.

Octauum, Chriſtus dictus eſt peccatum,à Paulo: quia fuit hoſtia pro peccato, id eſt, quia *paſſus eſt, quod ipſi debebatur peccato*. At certum eſt paſſum fuiſſe tantum pro homine. Ergo homo, peccatum eſt.

Negatur illa interpretatio Maioris propoſitionis. Nec enim Chriſtus, propriè paſſus eſt pro peccato: ſed pro homine peccatore. Propriè namque peccatum non punitur,ſed peccator.

Nonum, Epheſior. 2. dicimur, *natura filij iræ*, ob peccatum originale. Sapien. [p] 12. naturalem malitiam habere: ſicut contra Rom. 2. homines iuſti, dicuntur naturaliter,quæ legis ſunt,facere.

[p] *v. 10.*

Reſp. bifariam aliquid,natutale,vel naturam dici, [q] vno ſecundum ſubſtantiā: alio ſecundum accidens,cum natura procedens. Tantum ergo poſteriori modo originale peccatum naturale [r] dicitur.

Decimum, Petrus Lombardus diſtinct. 39. litera A. ait intellectum, rationem, ingenium, & huiuſmodi: cum inordinata ſunt, eſſe peccatum. Sed loquitur de animæ potentiis, non earum actibus. Ergo anima quoad potentias eſt peccatum.

[q] *naturalis eſt animæ ſua ſubſtantia: naturalis etiam actus intelligendi: qui tamen accidens eſt.*
[r] *Sapiens autem cap. 12. non*

loquitur de Originali peccato, ſed de malitia Chananæorum, vt patet ex textu: Pauli verò ſenſus vel eſt: operationem iuſtitiæ eſſe naturæ cõformem, quia naturam perficit: vel, gentes, quæ legem Dei ſcriptam non habent, multa conformia legi ſcriptæ, naturaliter facere.

1. Negatur Minor, vt patet ex verbis, quæ prætermiſit Illyricus: *Ad quod illi dicunt* (inquit Lombardus) *voluntatis nomine aliquando vim, ſeu naturalem potentiam volendi: aliquando actum ipſius vis ſignificari. Vis autem ipſa, naturaliter animæ inſita, nunquam peccatum eſt: ſicut nec vis memorandi, vel intelligendi, ſed actus huius vis, qui & voluntas dicitur, tunc peccatum eſt, quando inordinatus eſt,* &c. 2. [etſi totum eſſet verum argumentum: non tamen propterea ſequeretur originale peccatum eſſe ſubſtantiam, communior enim opinio eſt potentias animæ accidentia eſſe.]

Vndecimum, Theologi docent, concupiſcentiam eſſe partem materialem originalis peccati. Sed concupiſcentia, iuxta illos, eſt pars inferior animæ, quæ proculdubio ſubſtantialis eſt. Ergo peccatum originale, ſaltem quoad vnam ſui partem erit ſubſtantia.

Ad Maiorem: non ideò hæc dici quod velint concupiſcentiam eſſe peccatum propriè. Sed quia ſit effectus peccati.

Ad Minorem, eſſe veram de parte potentiali animæ eaque vitiata: non autem de eſſentiali. At potentiæ animæ: inter accidentia, nimirum qualitates computantur.

Refellitur ſecundus error qui Lutheranorum multorum eſt.

CAP. IIII.

ERROR: [2] *Originale peccatum, eſt actuale.* Probatur hic error. Originale peccatum eſt concupiſcentia. At concupiſcentia eſt actuale peccatum. Ergo. &c.

[2] Lutheri aſſert. articuli tertij, cum aſſertione articuli ſecundi. Melãthonis in locis anni 1521. titulo, Quid peccatum. Kemn. Exam ſeſſ. 5. pag. 456. cum 457.

Refellitur. Paruuli in vtero matris, vel recens nati [b] nullum actuale peccatum habent. Ergo vel infantes non habent originale peccatum quod eſt falſum, & contra ipſos Lutheranos: vel originale peccatum non eſt actuale.

Reſpondent, per, *actuale*, non intelligi motionem rationis vel voluntatis, liberam, ſed in peccatum inclinationem actualem: ſiue actu exiſtentem: quod peccatum ſuo tempore prodibit, cum aderit rationis vſus.

Cõtra. 1. hoc non erit eſſe actuale peccatum proprie. Quare ergo ſimpliciter dicunt eſſe actuale? *Verè* (inquit [c] Lutherus) *fomes eſt actuale peccatum, actualis priuatio*, [d] &c. 2. iraſci Deo, dubitare de miſericordia, *&c.* quæ, ad originalis peccati rationem, ſpectare contendunt, non ſunt pronitates, ſed actiones. 3. fomes, [e] iuxta Lutherum, cum ſit res viua, ſemper mouetur, & gignit malos actus. At, qui ſunt mali actus illi, niſi actualia peccata? 4. Illud Geneſ. 8. *Figmentum cordis malum à pueritia* volunt pertinere ad originale peccatum. At per figmentum illud intelligunt cogitationes, quæ reuera ſunt actus. Ergo iuxta eos peccatum originale erit actuale propriè.

[b] *Rom. 9. v. 11. Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni, vel mali egiſſent. Et idē docet experientia: carent enim tunc infantes rationis vſu.*

[c] *aſſert. art. 3.*

[d] *ſiue defectus eius rei, quæ adeſſe debet.*

[e] *ſupra.*

---

1. *Proponitur tertius error, communis Lutheranis, & Caluiniſtis.*
2. *Calumnia aduerſariorum.*
3. *Refellitur idem error ex ſcripturis.*

CAP. V. VI. VII.

[a] ERROR tertius: [b] *Concupiſcentia ſiue fomes, ac vulnera naturæ vt ignorantia, &c. ſunt originale peccatum.*

[c] Calumnia prima: *Concludamus* (inquit [d] Luther) *cum pulcherrimo*

[a] CAP. V.

[b] *Lutheri aſſer. ar. 2. Melancth. in locis poſteriori tempore editis, tit. de peccato Originis: Caluin. 2. Inſtit. 1. §. 8. Petri Martyris in 5. Rom. &c.*

[c] CAP. VI.

[d] *in aſſertione omnium articulorum ſuorum ar. 2.*

verbo Auguſtini: Peccatum remittitur in Baptiſmo, non vt non ſit, ſed vt non imputatur. Ecce eſt, & remanet peccatum: ſed non imputetur.

Contra. Nihil ſimile in Auguſtino inueniri poterit. Ait equidem, cõcupiſcentiam remanere poſt peccatum. At eam peccatum eſſe, nullibi dixit.

[e] 2. *Inſtit.* 1. §. 9.

[f] 2. *Sent. diſt.* 30. *liter. G. Nunc* (inquit) *ſupereſt videre, quid ſit ipſum Originale peccatum: Quod cum non ſit actuale: non eſt actus, ſiue motus animæ, vel corporis.*

Secunda, Caluinus [e] contendit, Petrum Lombardum reſtrinxiſſe originale peccatum, ad ſenſualitatis motus, tanquam ad ſubiectum.

Contra. Lombardus diſerte [f] aſſerit originale peccatum, actuale non eſſe. Nec vſpiam docuit inhærere carni tanquam in ſubiecto: ſed ſolum ſcripſit, in eatne, vt in cauſa eſſe.

[g] *in* 5. *Romanor.*

Tertia, Petrus Martyr [g] aſſerit ſententiam illam ſuam de peccato originali eſſe Auguſt. Anſel. D. Thom. Bonauenturæ, Scoti. Quod certè falſiſſimum eſt: nec enim vllum ex his pro ſe teſtimonium producere valuit.

[h] *in examine ſeſſ.* 5.

[i] *ſeſſ.* 5. *decreto de originali peccato.*

Quarta, Kemnitius [h] fingit libertatem fuiſſe à Concilio Tridentino conceſſam defendendi ſententias de peccato originali etiam contrarias ſcripturis. Quia Andradius dixit, Concilium non definiuiſſe, in quo ſit poſita ratio originalis peccati.

Sed Concil. Trident. nihil tale permiſit. Solum definiuit. 1. peccatum originis eſſe verè peccatum. 2. inhærere homini: vnde ſequitur accidens eſſe. 3. non vnum in omnibus, ſed vnicuique propriũ eſſe. 4. in Fidelium filijs etiam ineſſe. 5. per Baptiſmum, verè deleri totum.

[k] CAP. 7.

[l] *v.* 14. & 15.

[k] Refellitur error tertius ex ſcripturis primò. Iacobi [l] 1. *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus*: Ecce ſuggeſtio, nec tamen adhuc quidquam de peccato dixit: *Deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum*: Ecce delectatio, & veniale peccatum: *Peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem.* Ecce mortale. Ergo concupiſcentia peccatum originale non erit cum à Iacobo præmittatur concupiſcentia peccato.

Reſpondent, Iacobum agere de actualibus pec-

catis: Concupiſcentia ergo, quæ iam peccatum eſt, dicitur parere peccatum: cum ipſum peccatum operis producit: dicitur conſummare peccatum: quando completus eſt peccatorum numerus & inſtat actu damnatio æterna.

Contra. vel concupiſcentiam accipiunt, pro, *motu concupiſcentiæ*: vel, pro *ipſa pronitate ad malum.* ſi primum: originale, erit actuale. Si poſterius. Ergo, multo magis erit peccatum ipſa concupiſcentiæ ſuggeſtio, quamuis inuoluntaria. At manifeſte eam Iacobus à peccato diſtinguit, vnde Cyrillus: [m] *Voluptas quædã* (inquit) *ante omne peccatum præcurrit, & feruens cupiditas ad delicta ſolet allicere, quæ ante peccati actum inſidet,* &c. *Quod verum, Chriſti diſcipulus oſtendit dicens: Nemo qui tentatur dicat,* &c.

Nec verum eſt, conſummatum peccatum, dici, cum abſolutus eſt curſus peccatoris. Nam. 1. non agit Iacobus de omnibus peccatis ſimul, ſed de ſingulis peccatis, vt conſtat ex illis: [n] *Nemo cum tentatur,* &c. At ſtatim poſt quodlibet peccatũ mortale, non ſequitur, actu, damnatio æterna, vt patet. Ergo conſummatum peccatũ: non erit abſolutus, in peccatis, hominis curſus: ſed plenus peccati mortalis conſenſus. 2. mortale peccatum quodcumque, eſt perfectè, & conſummatè peccatum: vnde ergo aduerſarij habent conſummatum peccatum, à Iacobo, non dici quodcumque peccatum mortale?

Secundò, Romanor. 7. [p] *Nunc autem non ego operor illud: ſed quod habitat in me peccatum:* ſcio enim, quia non habitat, in me, id eſt, in carne mea bonum. Quibus verbis ait Paulus. 1. concupiſcentiæ motum, non eſſe, ſuum opus: & proinde, nec imputari. 2. hoc malum, non eſſe in ſe: ſed in carne. At caro proprie peccare nequit. Ergo, Paulus clarè demonſtrat, non ſe agnoſcere concupiſcentiam, pro vero peccato.

[q] Reſpondent, per, *carnem*, intelligi hominem totum, vt opponitur menti renouatæ per gratiam.

Contra. etſi aliquando in Scriptura, *caro*: acci-

[m] *4. in Ioan. 51.*

[n] *loquitur enim ibi, de tẽtatione particulari, quæ certo tempore in homine exiſtit.*

[p] *v. 17.* νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. *v. 18.* οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου ἀγαθόν.

[q] *ita Caluin. 2. Inſt. 1. § 9. & Beza in 7. Rom.*

piatur pro *toto homine*. non tamen hoc in loco. 1. [Quia loquebatur Paulus de tempore, quo in gratia erat. At tunc non poterat opponi totus homo corruptus, menti renouatæ. quia mens, quæ eſt altera pars hominis, corrupta non erat.] 2. Non rectè dixiſſet: *Non ego operor illud.* quomodo enim non operatur, ſi totus homo, id eſt mens & corpus ad actionem concurrant? 3. Ad quid vſus eſſet hac reſtrictione: [r] *in me, id eſt in carne mea?* 4. Quod dixerat, *in carne ſua malum*, eodem cap. clarius explicat cum ait: [s] *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Vbi dubium non eſt, quin de ſuo corpore tantùm agat 5. quia caro, in malam poſita partem, nuſquã vſurpatur in Scripturis, niſi pro impiis. Paulus autem impius non erat. 6. Apertè Paulus opponit conſenſum voluntatis, deſideriis carnis. Quare etſi per *carnem*, totum intelligeremus hominem: nõ tamen ad mentem ſpectarent, niſi quidam motus concupiſcentiæ inuoluntarij. Ergo, cum neque inferior pars hominis ſit peccatum: neque ſuperior, vt præuenit rationis vſum: Concupiſcentia [v] non erit peccatum. 7. Quia nobiſcum Auguſtinus expoſuit locum Pauli.

Tertiò, cùm [x] multa de concupiſcentia Apoſtolus tractaſſet quam modo *peccatum*, per metonymiam, modo *legem membrorum* appellauerat, concludit: [y] *Nihil ergo nunc damnationis eſt in iis, qui ſunt in Christo Ieſu.* Et tamen in eis concupiſcentia remanet.

Reſpondet Primò, hæc vera eſſe non quòd concupiſcẽtia minimè ſit damnatione digna: ſed quia reatum eius dimiſerit Deus in Baptiſmo.

[r] [*nec enim ſenſus eſſe poteſt: In me, vt toto corrupto, quatenus diſtinguor à me, vt renouato ſpiritu. Nam, ſicut diximus, non erat Paulus in anima corruptus.*]

[s] *v. 24.*

[t] *vt Geneſ. 6. v. 3. Non permanebit ſpiritus meus in homine: quia caro eſt. Ioan. 3. v 6.*

[v] *Nec in ea, peccatum formaliter ineſſe poterit. Ibi namque ſolùm ineſſe formaliter poteſt: vbi formaliter iuſtitia propria dicta ineſſe poterit. At hac ineſſe nequit: aut in parte inferiore animæ: aut ſuperiore, quatenus præuenitur iudicium rationis.*

[x] *cap. 6. & 7. Rom.*

[y] *cap. 8. v. 1.* οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν χριςῷ ἰησοῦ.

Contra. 1. iuxta [z] Aug. & ipſoſmet hæreticos, reatus, propriè dicitur peccatum. Si ergo in Baptiſmo ſit remiſſus & peccatum remiſſum. Quid ergo reſtat damnatione dignum? 2. *reatus*, non eſt ſola ordinatio ad pœnam, quæ per ſe bona eſt, ſed meritum pœnæ. [ſiue mereri pœnam.] At impoſſibile eſt hoc meritum ſeparari à peccato: quia peccatum eſt proximum fundamentum huius relationis quandiu autem proximum manet fundamentum: [nec variatur correlatum, ſed ſuo modo eſt:] tamdiu relatio manet. Ergo ſi manet peccatum, manet quoque reatus: vel, ſi non manet reatus, neque peccatum manet. 3. Etſi fieri poſſet, tolli reatum à peccato, tamen de facto non fieri conſtat ex [a] Scripturis. 4. Illa particula, *Ergo* in Apoſtoli textu, ſignificat, eam ſententiam ex ſuperioribus deduci.

[z] *1. de nuptiis, & concupiſ. 26. Hoc eſt* (inquit) *non habere peccatum: reum non eſſe peccati.*

[a] *Sap. 14. v. 9. odio ſunt Deo impius, & impietas eius. Pſal. 5. v. 6. odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium, &c.*

In ſuperioribus autem non dixerat: *haud imputari concupiſcentiam*: vel *reatum eius condonari*: ſed motus inuoluntarios concupiſcentiæ non eſſe peccatum. Id enim ſignificant illa: *Non enim quod volo bonum*, &c.

Reſpondent [b] ſecundò, exiſtentibus in Chriſto, nihil damnationis eſſe: non per ſe, ſed per accidens. Videlicet, accedente continua petitione remiſſionis peccatorum, tam actualium, quam cõcupiſcentiæ.

[b] *Hæc reſponſio eſt Illyrici in Apologia pro Confeſſione Antuerpienſi cap. 3.*

Contra. 1. pro remiſſione concupiſcentiæ orare non debent renati, teſte [c] Auguſt. 2. Abſurdum eſt dicere, ſententiam Pauli veram tantùm eſſe, per accidens. Hinc enim ſequitur falſam ſimpliciter eſſe. 3. Non deducit Paulus ſuam concluſionem ex petitione remiſſionis peccatorum: ſed quòd, reſiſtente voluntate, per gratiam Dei, motibus concupiſcentiæ huiuſmodi motus, minimè nos in peccatum agant: hoc eſt enim *nobis non imputari*.

[c] *1. cap. 13. cõtra duas epiſtolas Pelagianor. & epiſt. 200.*

Quartò, probatur argumentis, quibus [d] demõſtrauimus non ſolum condonari in Baptiſmo pœnam: ſed etiam peccata deleri.

[d] *tom. 3. lib de Baptiſmo cap. 13.*

Refellitur ex Patribus.

CAP. VIII.

METHODIVS Gręcus, apud[a] Epiphanium, docet concupiſcentiam, nobis eſſe ad agonem relictam, vt per eam probemur, ſicut in fornace aurum, At aurũ in fornace non coinquinatur, ſed purgatur. [b] Baſilius docet, omnes carnis affectus, naturales eſſe: & ſi quando peccatur in ipſis, totum ex negligentiâ animæ præſidentis emanare.

Chryſoſtom. [c] *Ipſæ paßiones in ſe peccatum non ſunt, effrænata verò ipſarum immoderantia, peccatum operata eſt. Et vt exempli vnam illarum tractem, concupiſcentia quidem peccatum non eſt: quando verò egreſſa modum, foras eruperit, tunc demum Adulterium fit, non à concupiſcentia, ſed à nimio & illicito illius luxu.*

Ex Latinis, [d] Cyprian. *Sic abluit, quos parentalis labes infecerat, vt nec actualis, nec originalis macula poſt ablutionem illam vlla ſui veſtigia derelinquat.*

[e] Hilarius, concupiſcentiam non peccatum, ſed viam ad peccatum vocat. [f] Ambroſ. *Non mediocre eſt, mitigare iracundiam, non inferius, quam omnino non commoueri Hoc noſtrum eſt, natura illud. Ille denique commotiones in pueris, innoxiæ ſunt, quæ plus habent gratiæ, quam amaritudinis.*

Hierony. [g] *Quomodo iuſtificati ſumus, & ſanctificati, ſi peccatum aliquod in nobis relinquitur.*

Gregor. [h] *Si qui ſunt, qui dicunt, peccata in Baptiſmate ſuperficie tenus dimitti, quid eſt, hac prædicatione infidelius, in qua ipſum fidei Sacramentum feſtinant ſoluere? in quo principaliter ad cœleſtis munditiæ myſterium anima ligatur, vt abſoluta radicitùs à peccatis omnibus, ſoli illi inhæreat, de quo pſalmiſta ait. Mihi autem adhærere Deo, &c.*

[a] *hæreſi Origenis.*
[b] *libro conſtitutionum monaſticarum cap.* 2.
[c] *homil.* 13. *in epiſt. ad Rom. Cyrill.* 4 *in Ioan.* 51. *circa medium.*
[d] *ſiue author ſermonis de ablutione pedum.*
[e] *in Pſal.* 118. *explicans illud: viam iniquitatis amoue à me.*
[f] 1. *offic.* 21.
[g] *epiſtol. ad Oceanum Proſper.* 3. *de vita contemplatiua* 4. *Peccatum (inquit) perpetrare non poſſum, niſi malæ delectationi conſentiã.*
[h] 9. *epiſt.* 39.

Aug.in omnibus tomis. 1. libro [i] 2. de Geneſi contra Manichæos: *Aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat, atque compeſcit. Quod cum ſit, non labimur in peccatum, ſed cum aliquanta luctatione coronamur.* Tomo. 2. [k] *Quamuis inſint, dum ſimus in corpore mortis, huius deſideria peccati, ſi nulli eorum adhiberemus aſſenſum, non eſſet vnde diceremus, Patri noſtro, qui eſt in cælis: Dimitte nobis debita noſtra.*

Tomo. 3. [l] *Prima curatio eſt cauſam remouere languoris, quod per omnium ſit indulgentiam peccatorum, ſecunda ipſum ſanare languorem. quod ſit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis.*, &c.

Tomo. 4. [m] lib. de Continent. 7.

Tomo. 5. [n] *Illa concupiſcentialis inobedientia quanto magis abſque culpa eſt, in corpore nõ conſentientis: ſi abſque culpa eſt in corpore dormientis.*

Tomo. 6. [o] *Opus nuptiarum ab omni crimine defendit Apoſtolus.*

Tomo. 7. [p] *Dicimus Baptiſma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere*, &c. *Et infra. hæc* (concupiſcentia) *etiamſi vocatur peccatum, non vtique peccatum eſt: ſed quia peccato facta eſt, ſic vocatur.*

Tomo. 8. [q] *Opus hoc caſtum, in coniuge non habet culpam.*

Tomo. 9. [r] *Nunquid quia deleta eſt tota iniquitas, nulla remanſit infirmitas?*

Tomo. 10. [ſ] *Reſtat ergo cum carne conflictus, quia deleta eſt iniquitas ſed remanet infirmitas.*

Reſpondent primò, loqui Auguſtinum more vulgi, non ſcripturarum.

Contra. 1. non ſolum in concionibus, & Epiſtolis, ſed in libris etiam maximè ſeriis Pelagianos ex ſcripturis refellens, hoc idem docuit. 2. ergo per-

Bernard. ſermone de ſex tribulationibus Peccatum in foribus eſt (inquit) *niſi ipſe aperias, non intrabit, appetitus in corde prurit: ſed niſi ſponte ceſſeris, nihil nocebit: conſenſum cohibe, ne præualeant hæc, & immaculatus eris.*

[i] *cap. 14. Item 1. Retract. 15.*

[k] *epiſt. 200.*

[l] *14. Trini. 14.*

[m] *Languorem iſtum culpa meruit, natura non habuit: quam ſanè culpam per lauacrum regenerationis Dei gratia fidelibus iam remiſit, ſed ſub eiuſdem medici manibus adhuc natura cum ſuo lãguore cõfligit.*

[n] *lib. 1. Ciuit. 25.* [o] *lib. de bono coniugali cap. 11.*

[p] *1. contra duas epiſt. Pelagian. cap. 13.*

[q] *in Pſal. 50.* [r] *tract. 41. in Ioan.*

[ſ] *ſerm. 6. de verbis Apoſtoli.*

nicioſo decepiſſet errore populum.

Reſpondent.2. dupliciter accipi peccatum nimirum, pro, *peccato faciente reum*, &, *non faciente* : priori modo Aug. loqui: poſteriori, peccatum in renatis eſſe. Sed hanc diſtinctionem iam ex Auguſtino [t] euacuauimus.

[u] Reſpondent.3. Auguſtinum timuiſſe aliquādo inuidiam quam illi conflare Pelagiani ſtudebant: quaſi doceret, non remitti omnia per Baptiſmum peccata. Ideò ergo abſtinuiſſe à nomine , *peccati*, quando loquebatur de Concupiſcentia. verùm hæreſi Pelagiana proſtrata , & inuidia ſuperata, apertè vocaſſe concupiſcentiam peccatum lib. 5. in Iulianum & tract. 41. in Ioannem.

Contra. 1. non licet ob metum inuidiæ aliquid falſum docere, maximè in cauſa fidei vt idem Aug. [x] monet. At non ſolum concupiſcentiam non appellat peccatum, ſed aſſerit peccatum non eſſe. 2. lib. [y] 6 in Iulianum idem rurſus docet. *Tu autem qui putas* (inquit) *quod ſi malum eſſet concupiſcentia, careret ea qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret: non animi malo*. Item tract. illo [z] 41. in Ioan.

[t] *ſupr. cap. 7. in argumento 3. reſponſ. 2. ad primum.*

[u] *Caluin. 3. Inſtit. 3. §. 12. & 13.*

[x] *libro de mēdacio.*

[y] *cap. 5. item lib. 1. Retract. 15. qui poſterior eſt libris in Iulianum: & libro de Perfectione Iuſtitiæ, qui poſterior eſt libris Retract.*

[z] *ſupr. in citatione tom. 9.*

Refellitur rationibus.

CAP. IX.

PRIMA Baptiſmus non liberat hominem à Concupiſcentia. Igitur vel illa non erit originis peccatum : vel Baptiſmus non liberat hominem ab originis peccato.

Reſpondent, in Baptiſmo tolli concupiſcentiæ dominium ſed non concupiſcentiam.

Contra. 1. ſi concupiſcentia eſt originale peccatum, id non erit propter dominium: quia originale inuenitur in infantibus, carentibus tali dominio,

poſtea enim per conſenſum voluntarium accedit.

Ergo dominium iſtud, non ad originale, ſed ad actuale peccatum reuocandum eſſet. [2. concupiſcentia dominans, in multis fidelibus praué viuentibus præualet. Igitur, vel nuſquam fuit illis originale peccatum per Baptiſmum, ablatum: vel multiplicia in vno, & eodem homine poterunt eſſe originalia peccata. Et quidem ſine dependentia mutua. Prius enim cum amplius non exiſtat, quomodo poterit eſſe poſterioris cauſa? nec enim dices cauſam eſſe finalem.]

Secunda impoſſibile eſt aliquid ſimul eſſe peccatum, & effectum eiuſdem peccati, ſecundum vnum & idem. alioquin eſſet ſeipſo prius. [b] At concupiſcentia eſt effectus originalis peccati. Ergo non poterit eſſe originale peccatum.

Tertia, ſi homo non naſceretur ex Adamo, & tamen concupiſcentiam haberet: minimè poſſet illa vocari peccatum, [c] teſte Aug. Igitur illa ex ſe peccatum non erit.

Quarta, ſi ſumatur concupiſcentia pro inuoluntario actu, id eſt primis concupiſcentiæ motibus, quibus mens reſiſtit [d] nullum peccatum eſt. Igitur multo minus concupiſcentia vt pro pronitate ad actum, dici poterit peccatum.

Quinta, iuxta hunc tertium errorem nos Chriſtus non verè redemit, ſiue liberauit: ſed imputatiuè tantum, contra ipſum Chriſtum: [e] ſi vos filius liberauerit, verè liberi eritis inquit.

[b] *Auguſt. 5. in Iulianum 3. Concupiſcentia* (inquit) *pœna peccati eſt: quia reddita eſt meritis inobedientis.*

[c] *3. in Iulian. 12.*

[d] *1. quia in pueris, amentibus, & dormientibus, ideò peccatum non ſunt, quod ſint extra poteſtatẽ perſonarum illarum, vt docet Aug. 10. Confeſſ. 30. Proſper. 3. de vita contempl. 6. Ambroſ. 1. offi. 21. At ſunt etiã extra poteſtatem aliorũ hominum. 2. lex domini cum gratia, eſt facilis, item & ſuauis. At huiuſmodi motus, ſine maximo ſpeciali auxilio, vitari nequeunt. Ergo lege non prohibentur. Quod autem lege non prohibetur, peccatum nullum eſt.*

[e] *Ioan. 8. v. 36.*

Soluuntur argumenta ex Epiſtola ad Romanos.

CAP. X.

PRIMA, Paulus de concupiſcentia agit cum ait: [a] *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore.* ideſt, *quamuis ſit, non tamen dominetur*. At ibi peccatū accipitur proprie 1. quia concupiſcentiam vocat Paulus, *non bonam*. 2. *malam*. 3. quia deſcribit eam priuatiuè, per illud [b] *Perficere bonum non inuenio*. 4. poſitiuè per illud: *quod odio malum illud facio*. 5. quia dicit concupiſcentiam pugnare cum Præcepto: *Non concupiſces* 6. quia docet, illud malum eſſe crucifigendum, mortificādum, deſtruendum. 7. quia propter hoc exclamat: *miſer ego homo*, &c. Ergo concupiſcentia eſt verè peccatum.

Negatur minor. 1. quia conſtat ex ſcripturis, vocem, *Peccati* ambiguam eſſe, Nunc enim pro *culpa*: nunc pro *effectu, & cauſa* peccati: nunc pro [e] *Sacrificio* ſumitur. conſtat quoque ex Scripturis peccata propriè dicta, in iuſtificatione tolli: [f] non tamen concupiſcentiam. Ergo ex Scripturis conſtat hunc locum, eſſe de peccato improprie dicto, ideſt pœna, ſiue effectu peccati intelligendum. 2. Quia teſtatur Apoſtolus hoc peccatum eſſe in corpore.

[a] *Rom. 6. v. 12.* μὴ βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι.

[b] *cap. 7. v. 18.* κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν οὐκ εὑρίσκω.

[c] *v. 15.* ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ.

[d] *Deuter. 9. v. 21. Peccatū veſtrum, quod feceratis, id eſt, vitulum, arripiens igne combuſſi. Threnor. 4. completa eſt iniquitas tua, filia Sion, non addet vltra, vt tranſmigret te, &c. Vbi ponitur peccatum, pro pœna, quæ eſt effectus peccati. Rom. 7. verſ. 7. lex peccatum, Abſit? vbi peccatum accipitur pro cauſa peccati.*

[e] *Oſeæ 4. v. 8. Peccata populi mei comedent: id eſt oblationes, pro expiatione peccati.*

[f] *Rom. 7. v. 23. quo Apoſtolus reuera Iuſtificatus ait: Sentio (ſiue video) aliam legem in membris meis, &c.*

At peccatum propriè dictum in corpore nequit eſſe.

Ad 1. 2. 3. 4. & 6. probationem, hæc omnia rectè dici a Paulo: non quod concupiſcentia ſit propriè peccatum, ſed quia eſt corruptio quædam incitans ad malum. Ad 5. & 7. reſpondetur [g] infra.

Secunda, Rom. 7. [h] *Peccatum non cognoui, niſi per legem*: quo loco, propriè peccatum ſumitur: deinde quid ſit illud peccatum, & quæ lex, declarat, cum ait: [i] *Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: non concupiſces.*

Reſpondeo Per, *Concupiſcentiam*, intelligi, non fomitem, ſed, ipſum voluntarium concupiſcendi actum. prohibitum à lege: *Non concupiſces*. 1. Quia Apoſtolus ideo probat legem, non eſſe peccati, ſed cognitionis peccati cauſam, quod non cognoſcerent homines actus interiores (vt deſiderium vxoris, vel rei alienæ) eſſe peccata: niſi lex dixiſſet. *Non concupiſces.* Ergo ad actus voluntarios, nō ad Concupiſcentiam propriæ dictam refert ipſam legem. 2. Quia Chriſtus hanc explicans legem, ad eoſdem actus interiores cordis, reuocauit: [k] *Dictū eſt antiquis* (inquit) *non Mœchaberis, ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt in corde ſuo.*

Dices: ergo in eodem capite, Paulus maximam æquiuocationem ponit in voce, *Peccati.*

Reſpondeo, id verum, nec tamen vitium, ſed ornatum eſſe. quia hæc æquiuocatio obſcuritatem non parit. Cum enim dixiſſet: [l] *Quid ergo dicemus: lex peccatum eſt? Abſit.* neceſſario per, *peccatum*, manifeſtè debet intelligi cauſa peccati, quia, hac tātum ratione, poſſet lex dici peccatum. Deinde cum ſubiungit. *Sed peccatum non cognoui, niſi per legem.* debet intelligi peccatum, propriè dictum: hoc enim ſolum peccatum eſt, quod repugnat legi. Denique cum addit [m] *Peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.* debet neceſſariò intelligi fomes: quia ille eſt, qui opera-

[g] *in reſpond. ad 2. & 7.*

[h] *Rom. 7. v. 7.* ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου.

[i] *ibid.* τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, οὐκ ἐπιθυμήσεις.

[k] *Mathæi 5. v. 27.* ἠκούσατε ὅτι *Audiſtis, quia*, ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ μοιχεύσεις. *v. 28.* ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ: *ipſā, in corde ſuo.*

[l] *Rom. 7. v. 7.*

[m] *v. 8.*

tur concupiſcentiam [ſiue concupiſcendi actum.]

Tertia, [n] *ſcio enim quia lex ſpiritualis eſt. Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.* Id eſt, *quia carnalis ſum, hanc non adimpleo legem.* Sed illam adimplebat reſpectu actuum voluntariorum: [o] *mente* (inquit) *ſeruio legi Dei.* Ergo reſtat illam non adimpleuiſſe reſpectu concupiſcentiæ: ac proinde, huius reſpectu, peccaſſe.

Reſpond. 1. fortaſsè in Præcepto, *Non concupiſces*, duo contineri: media, ſcilicet & finem. media ſunt, non conſentire motibus concupiſcentiæ: finis, nullos habere huiuſmodi motus. media præcipiuntur: finis non item: ſed tantum [p] indicatur. Iuxta prius dixit Apoſtolus: *mente ſeruio legi Dei.* Iuxta poſterius: *Ego autem* [q] *carnalis ſum*, &c. id eſt, *gero naturam à peccato, tanquam à cauſa, corruptam*: non tamen quæ ſit ipſa peccatum. 2. probabile videri: Hoc præcepto, ſolùm contineri media: ac tantùm prohiberi conſenſum in concupiſcentiæ motus. Apoſtolus ergo noluit dicere: *ſe hanc non ſeruare legem*: ſed, *ſi quod peccatum contingit: non id vi legis, quæ ſpiritualis eſt, ſed propter corruptam accidere naturam.*

Quarta, [r] *ſi quod nolo, facio, conſentio legi, quia bona eſt.* Ergo conſentiendo mens Pauli legi Dei, idem nolebat lex, quod mens Pauli. Sed mens Pauli nolebat inuoluntarios actus. Ergo neque lex. Igitur illos prohibebat.

Reſpondeo 1. veram eſſe conſeq in quibuſdam, non omnibus. Nam idem nolebat lex, quod Pauli mens: in quantum vtrumque nolebat conſenſum in concupiſcentiæ motus: Senſus enim verborum Pauli eſt: *Si inuitùs concupiſco, non repugno legi, ſed conſentio.* Non autem idem nolebant, in quantum Paulus, nec quidem inuoluntarios motus volebat: lex autem nihil dumtaxat prohibebat. 2. etſi lex prohiberet illos: non tamen vt repugnantes medijs, ſed tantum fini. At quod repugnat fini, peccatum non erit.

[n] v.14. οἴδαμεν, *ſcimus*, γὰρ ὅτι ὁ νόμος, πνευματικός ἐστιν, ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

[o] v.25. νοΐ, δουλεύω νόμῳ, Θεοῦ.

[p] *nec præuaricatorem facit, qui non aſſequitur finem.*

[q] *Non enim ſignificat Paulum ſecundum opera carnis, id eſt flagitioſè vixiſſe.*

[r] v.16. εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ, ὅτι καλός.

Quinta, [s] *inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam malum mihi adiacet.* Id eſt, iuxta Caluinum, *dum volo, bene operando, legem ſeruare, non poſſum, propter concupiſcentiam contrariam legi.*

[s] *v.* 21. Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται.

Reſpondeo. 1. hunc locum obſcuriſſimum eſſe, ita vt multi interpretes arbitrentur aliquid deeſſe, & alius alio modo defectum reſarcire ſtudeat. [Ex loco autem obſcuriſſimo, niſi antea benè explicato argumentum eſt inutile.] 2. negatur illa interpretatio Caluini. Sed potius ſenſus eſt, [t] iuxta Auguſtinum, *volenti mihi bene operari, inuenio legem eſſe quoddam bonum : quia dum concupiſcentia trahit ad peccatum, lex à peccato abſtrahit.*

[t] 1. *contra duas literas Pelagianor.* 10.

Sexta, [v] *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* quod repugnat legi, quod captiuat in lege peccati vere peccatum eſt.

[v] *v.* 23. Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου.

Ad Maiorem, loqui Paulum, de repugnantia poſitiua: & lege captiuante, non abſolute, ſed incitatiue, in lege peccati.

[x] *ita Aug.* 1. *de nupt. & cõcup.* 30.

Ad Minorem, veram eſſe, de repugnantia priuatiua : item de captiuante abſolutè : falſam de repugnantia poſitiua, ſiue contraria tantum : & de captiuante incitatiue, id eſt, ſolum ſollicitando ad peccandum.

Septima, [y] *infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

[y] *verſ.* 24. ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου.

Reſpondeo, ſe infœlicem vocate, ratione miſeriatum, ſiue pœnarum corporis corruptibilis, ac mortalis.

Octaua, [z] *velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* At qui non perficit bonum, peccat.

[z] *verſ.* 18.

Ad Maiorem intelligi de perfectione finis, nimirum: *nullos habere concupiſcentiæ motus.*

Ad Minorem veram eſſe ſi quis debeat, & poſſit perficere. Nam ſi debeat, & non poſſit : miſer erit, non peccator. ſi poſſit, & non debeat : minus bonus erit, non tamen malus. At, *nullomodo concupiſcere,* non eſt in noſtra ſitum poteſtate.

Nona, [22] *Sapientia carnis inimica eſt Deo, legi enim ſubiecta non eſt.*

Reſpondeo, per, *ſapientia carnis*, intelligi reuera peccatum, ſed actuale, nimirum, nimium affectum ad carnalia. Nam, illam Sapientiam, in ſolis impiis dicit eſſe Paulus, cum tamen, caro, & concupiſcentia ſint etiam in iuſtis.

[22] *Rom. 8. v. 7.* τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἐχθρὰ εἰς θεὸν, *in Deum*, τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται.

Soluuntur ducta ex aliis ſcripturæ locis.

Cap. XI.

Prima, Geneſ. 6. & 8. *Cuncta cogitatio cordis humani intenta ad malum omni tempore.* Hebraïcè *ipſum figmētum cordis humani totum, & ſemper eſſe malum.*

Reſpondeo, vel intelligi de [a] pronitate ad malum: vel potius de actuali peccato.

Secunda, [b] *Delicta quis intelligit.* Item, [c] *Cor mundum crea in me Deus.*

Reſpondeo, ibi agi de actualibus peccatis occultis, vel de venialibus.

Tertia, [d] *Prauum eſt cor hominis.*

Reſpondeo 1. Prauum ibi non ſignificare malum, ſed difficile cognitu. Nam in Hebræo eſt, עָקֹב *gakof*, non רַע *Rag*, *malum*: & Septuaginta verterunt βαθεῖα καρδία, *cor profundum*: ac conſonat vocabulum ſequens *Et inſcrutabile.* 2. poſſe intelligi, de pronitate ad malum. 3. loqui Hieremiam de impiorum corde, quod immundum eſſe, non negamus.

Quarta, [e] *Qui orat vt fiat voluntas Dei, fatetur ſe non facere voluntatem eius. Qui petit ſanctificari nomen Dei, agnoſcit ſe illud polluere. Qui cupit regnum aduenire Dei, intelligit ſe ſub regno diaboli eſſe.* At hæc omnia petuntur in oratione Dominicâ.

Negatur Maior, alioquin Chriſtus in peccato fuiſſet,

[a] *quæ ex ſe peccatum non eſt.*
[b] *Pſal. 18. v. 13.*
[c] *Pſal. 50. v. 12.*
[d] *Hier. 17. v. 9.* עָקֹב הַלֵּב מִכֹּל וְאָנֻשׁ *gakof hallef miccol veanuſch, quod vertit Pagninus: ſupplantatiuum cor, præ omnibus, & anxium.* עָקֹב *autem eſt Toar à verbo* עָקַב *gakaf: quod ſupplantare ac ſeducere ſignificat.*
[e] *Luther. aſſ. ar. 2.*

fuiſſet, cùm oraret in horto. Petimus ergo *fieri voluntatem Dei*, propter peccatores, qui ab ea recedunt. *Sanctificari nomen*, eius, vt ſanctificati per Baptiſma, perſeueremus in gratia Dei. *Regnum aduenire*, vt fiamus participes reſurrectionis beatæ.

Quinta Math. 13. Parabola fermenti in ſata tria miſſi fermentata paulatim Luc. 10. Parabola hominis à prædonibus ſauciati, paulatim curati, docemur, non ilico à peccato hominem ſanari.

Reſpondeo, aliud eſſe à peccato, aliud à languore ſanari peccati.

Poſterius, illæ Parabolæ, non autem prius ſignificant.

Sexta, quos dixerat Dominus Ioan. 13. [f] mundos: eoſdē diſcipulos ait [g] cap. 15. eſſe purgandos. [f] *v.* 10. [g] *v.* 2.

Reſpondeo purgandos à venialibus.

Septima, iubet Apoſtolus: [h] *Renouari fideles ſpiritu mentis.* At nihil renouatur, niſi vetuſtatem habeat, hæc autem in homine quid eſt niſi peccatum ex Adamo contractum? [h] *Epheſ.* 4. *v.* 23.

Reſpondeo, duplicem vetuſtatem eſſe: vnam, originale peccatum: alteram, corruptiones ex peccato relictas. Ab hac, non ab illa iubet Apoſtolus renouari fideles.

Octaua, Coloſſ. 3. [i] *mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam.* Ecce, membra noſtra vocantur, nomine peccatorum maximè propriè. [i] *v.* 5. νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος.

Reſpondeo, per, *membra*, equidem intelligi concupiſcentiam: non quod ſit propriè hæc omnia peccata: ſed quia ſit eorum cauſa. Senſus enim Pauli eſt, *nos debere mortificare prauos concupiſcentiæ motus, ad hæc impellentes peccata.*

Nona, Heb. 12. [k] *Deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum.* [k] *v.* 1. ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν.

Reſpond. 1. per *peccatum* non poſſe intelligi concupiſcentiam, tum quòd cum euelli nequeat, fruſtra Paulus tolli hortaretur, tùm quia per, *circunſtās peccatum*, iuxta omnium ferè mentem interpretum,

intelligitur extrinſecum aliquid. At concupiſcentia eſt intrinſeca maximè. 2. per, *pondus*, curas intelligi inanes:per,*circunſtans peccatum*,occaſiones, & pericula peccati.Ita interpretes.

[l] v. 18. εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, creaturarum.

Decima, Iacobi. 1. [l] *vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.* Ergo imperfectè iuſtificamur.

Reſpondeo Græcum,ἀπαρχὴ,contrarium ſignificare:nempe *primitias*, ſiue, *quod eſt primarium*, *atque præcipuum*, vult enim dicere Iacobus ſanctos eſſe perfectiſſimam creaturarum partem.

[m] 1. Ioan. 1. v. 8. ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν.

Vndecima, [m] *Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipſos ſeducimus.*

Reſpondeo,ibi agi de venialibus peccatis.

Soluuntur ex PP.

Cap. XII. & XIII.

[a] Cap. 11. [b] 2. *In Iulian.* [c] *ita citatur à Kemnitio pag. 481. Exam.*

PRima, [a] Cyprianus apud [b] Auguſt. [c] *Malis motibus de origine venientibus, fortiter reſiſtens,* (inquit) *ne quiſquam ſibi de puro, atque immaculato pectore blandiatur, vt innocentia ſua fretus, medicinam non putet adhibendam eſſe vulneribus, cum ſcriptum ſit : Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccatis?*

[d] *ex ipſa ſerie verborum Auguſtini, facilè deprehenditur fraus argumenti, ſiue citationis Kemnitij.*

Reſpondeo , hæc, ita in Auguſtino haberi : [d] *Abſit vt ſanctum Cyprianum aut auarum exiſtimemus, quia cum auaritia : aut impudicum, quia cum impudicia : aut iræ ſubditum quia cum ira : aut ambitioſum, quia cum ambitione : aut carnalem, quia cum carnalibus vitiis: aut ſeculi huius amatorem, quia cum illecebris ſecularibus confligebat. Iam verò, ideò nihil eorum erat, quia his malis motibus, partim de origine, partim de conſuetudine venientibus fortiter reſiſtebat.* Hæc ille, quibus clarè oſtendit concupiſcentiam in Cypriano nõ fuiſſe peccatum.Deinde Auguſtinus oſtendere volens, nihilominus Cyprianum venialibus

non caruiſſe culpis: *Nec ideo* (inquit) *tamen in tam periculoſo, laborioſoque certamine, nullo telo feriebatur hoſtili, cum dicat in epiſtola ſua de eleemoſynis: Ne quiſquam ſibi de puro, atque immaculato pectore blandiatur*, &c. In quibus omnibus nihil eſt, niſi contra Kemnitium: ſcilicet, & concupiſcentiam ex ſe non eſſe peccatum: & exiſtere quædam venialia peccata.

Secunda, Hilarius vocat corpora noſtra, omniũ vitiorum materiam. mala quæ in nobis ſunt, malitiam per conditionem originis, pro qua polluti, & ſordidi, nihil in nobis mundum, nihil innocens obtinemus, nec hanc ait defuiſſe Apoſtolis malitiam.

Reſpondeo, hæc dici ratione corruptæ naturæ: quæ, etſi peccatum non ſit, tamen ſi ipſi relinquamur, nihil niſi ſordidum obtinemus: quia ad varia trahimur vitia. Nihilominus: *Cum per firmitatem animi* (inquit Hilarius) *horum omnium ſurrepentia incentiua reprimuntur, emundamur à peccato, per huius victoria gloriam.*

Tertia, [e] Ambroſius concupiſcentiam in renatis appellat *vitium, iniquitatem*, & *delectationem mandato Dei auerſam.* [e] *lib. de Iſaac, & anima cap.* 8.

Reſpondeo nomine, *vitij*, omnem ſignificari corruptionem: quamuis propriè peccatum non ſit. Vt Aug. docet 2. libro in Iulianum. *Concupiſcentia* iniquitas vocatur, quia eſt deordinatio quædam, & peruerſitas naturæ, contra ordinem in prima creatione poſitum: quamuis minimè ſit proprie peccatum: cum in voluntate non reſideat. Sicut nec propriæ peccatum erit, rebellio in hominem effræni equi: quamuis ſit deordinatio à prima animalium conditione.

Dicitur *Delectatio, auerſa Dei mandato*, ſed materialiter tantum: ſiue vt obiectum, non vt actus.

Quarta [f] Hierony. vocat motus primos προπάθειαν, qui quamuis habeant culpam, tamen ſine crimine ſint, ſecundos πάθος appellat cum acceſſerit cõſenſus. Ergo iuxta Hieronymum nulli ſint abſque culpa concupiſcentiæ motus. [f] *in 7. Math.*

Reſpondeo, loqui de actuali peccato, quod in veniale, & mortale diſtinguit. Veniale eſt, cum actus malus non eſt omnino inuoluntarius: Mortale, cum eſt planè voluntarius in re graui.

[g] Quinta, Aug. [h] Lex (inquit) *iſta peccati, & remiſſa eſt, in regeneratione ſpiritali, & manet in carne mortali.* At nihil remittitur quod peccatum non ſit. Ergo ante Baptiſmum concupiſcentia, quæ eſt lex peccati, proprie peccatum erat. Eadem autem quæ ante, nunc nobis remanet. Igitur *&c.*

Reſpondeo, Concupiſcentiam, in non renatis dici peccatum, non ratione ſui, ſed originalis peccati ſibi ſuo modo annexi, & hac in parte per Baptiſmum remitti.

Sexta [i] *ſicut* (inquit idem) *adulterium actu tranſit, remanet* reatu, *ita concupiſcentia tranſit reatu, remanet actu.* At reatus Adulterii includit peccatum propriè dictum. Igitur & actus Concupiſcentiæ.

Negatur concluſio. Non enim Auguſtinus cõpatat concupiſcentiæ actum, cum Adulterij reatu, maxime in ratione peccati. Sed tantummodo vult: ſicut Adulterij actus tranſit, & remanet reatus, per modum ſcilicet habitus: ita concupiſcentiæ [k] reatum tranſire, per Baptiſmum ſcilicet: quamuis ipſa verè actu ideſt reipſa maneat.

Septima, Aug. [l] diſcernit mala, quæ patientiã toleramus, à malis quæ per continentiam refrænamus. Sed nequeunt diſtingui, niſi quia, hæc ſunt proprie peccata, illa non ſed tantum pœnæ.

Negatur minor. diſtinguitur enim, quia [m] hæc nos ad malum inclinant, non autem illa.

Octaua, [n] vocat Concupiſcentiam, *vitium con-*

[g] Cap. 13.

[h] 2. *in Iulian.*

[i] 1. *de nupt. & concup.* 26.

[k] *reatus trifariam ſumi poteſt.* 1. *pro reatu qui inſit formaliter rei cuius dicitur reatus. Atque hoc modo ſe habet adulterij reatus.* 2. *pro reatu, non qui rei inſit cuius dicitur reatus, ſed à quo res ſit orta: quomodo originale peccatum accipitur ab Auguſtino hîc pro reatu Concupiſcentiæ.* 3. *pro reatu, qui nec etiam inſit rei, ſed qui à re procedat quomodo peccatum in quod nos concupiſcentia ducit, reatus concupiſcentiæ dicitur.*

[l] 5. *in Iulian. cap.* 4.

[m] *Non talia ſunt vitia* (inquit 2. *in Iulian.*) *quæ iam peccata dicenda ſint: paſſiones ſunt, vitia ſunt, frænanda, cohibenda, ſananda ſunt.*

[n] 5. *in Iulian.* 5.

tra quod ſit pugnandum.

Reſpondeo, id verum: At *vitium*, non ſignificat ibi peccatum, ſed corruptam naturam.

Nona, ait eſſe languorem obluctantem ſaluti noſtræ: & infirmitatem ſuccumbentem legi Dei.

Reſpondeo, eſſe languorem nuſquam negauimus, qua reuera ſuccumberemus legi, niſi adiuuaremur gratiá.

[o] Decima, vt errorem Pelagianum reijcit, *aſſerere homines per Baptiſmum perfectè renouari.*

[p] Negatur, ſolum enim eos damnat aſſerentes iuſtum in hac vita, nullo maculari veniali peccato.

Vndecima, idem [q] ait: *Concupiſcentiam vocari peccatum non tantum quia ex peccato facta eſt, & quia peccatum facit, ſi vincet: ſed quia peccandi delectatione mouetur, etſi ei vincente, delectatione iuſtitiæ non cõſentiatur*

Item: [r] *Concupiſcentia carnis* (inquit) *aduerſus quam bonus concupiſcit ſpiritus, & peccatum eſt: quia illi ineſt inobedientia contra dominatum mentis: & pœna peccati eſt: quia reddita eſt meritis inobedientis: & cauſa peccati eſt, defectione conſentientis, vel cõtagione naſcentis.*

Reſpondeo, Auguſt. accipere vtrobique peccatum non quidem propriè, ſed materialiter pro corruptione ac vitio naturæ: ita enim ipſemet monet cum ait: *Et ideò iam non ſit peccatum* (ſcilicet concupiſcentia) *ſed ſic vocetur iure, quod peccato facta ſit, ſiue quod peccandi delectatione moueatur*, &c.

Duodecima, [s] comparat concupiſcentiam cum cæcitate cordis quam proprie peccatum eſſe, non dubitat.

[o] *2. de bono Perſeuerantiæ cap. 5.*

[p] *6. in Iul. 5. Dixiße* (inquit) *me affirmas, quod gratia non perfectè hominem nouũ faciat. Non hoc dico, attende quod dico gratia perfectè hominem nouum facit: quandoquidem, & ad corporis immortalitatem, plenámque fœlicitatem ipſa perducit. Nunc etiam perfectè innouat hominem: quantum attinet ad liberationem ab omnibus peccatis non quantum ad liberationem ab omnibus malis.*

[q] *1. contra duas epiſt. Pelagianor. 13.*

[r] *5. in Iulianum. 3.*

[s] *in priori loco. Voluit autem Auguſtinus non ſolum dicere Concupiſcentiam eße pœnam, & cauſam peccati: ſed præterea addidit, etiam eſſe peccatum: vt oſtenderet contra Iulianum eam non eſſe bonam, ſed reuera vitium naturæ, vt ſunt habitus praui: qui tamen propterea non erunt formaliter peccata, niſi inſint voluntati ſubiectiuè cum deformitate ſiue deuiatione à lege morali.*

[t] *ibidem.*

Reſpondeo, in hoc ſolum comparare, quod, ſicut cæcitas cordis eſt ſimul peccatum, & pœna peccati: ita & concupiſcentia ſuo modo ſit peccatum id eſt improprie dictum, & peccati propriè dicti pœna.

[u] *tract.41. in Ioan.*

Decima tertia, [u] *liberati ſunt* (inquit idem) *à peccato, quia carent criminibus, & querela: ſed illa eſt inchoata, non perfecta libertas*, &c. Item: *Quandiu viuis, peccatum neceſſe eſt eſſe in membris tuis*, &c.

Reſpondeo, hæc dici ratione venialium peccatorum, in quæ facile ruimus, propter concupiſcentiam, & quibus non caremus: perfecta autem erit libertas, cum & à concupiſcentia reluctante, & venialibus peccatis erimus liberati in cœlo.

[x] *ibidem.*

Decima quarta, [x] tractans diſcrimen regnantis, & non regnantis, peccati: *Non ergo* (inquit) *Deus quædam peccata damnat, quædam iuſtificat, & laudat: nulla laudat, ſed odit omnia.*

Reſpondeo, hæc vera eſſe. Nam & ipſam concupiſcentiam, quæ improprie peccatum eſt, Deus etiam odit, vt vitium, & languorem. Nec tamen ſequitur [y] malè Concilium Tridentinum dixiſſe, Deum nihil in renatis odiſſe, loquitur enim Concilium de odio redundante in perſonam. At non odit renatos, propter [z] concupiſcentiam.

[y] *vt Kemnit. fingit.*

[z] *quia propriè non eſt peccatum.*

Soluuntur rationes.

CAP. XIIII.

PRIMA, motus concupiſcentiæ ſunt illiciti. Ergo diuina prohibiti lege.

Reſpondeo, eſſe illicitos ratione conſenſus, non autem ratione tolerantię: qua ipſos patimur.

Secunda, quòd pertrahit ad malum, eadem lege prohibetur, qua malum: vt patet de oſculis impudicis.

Reſpondeo, [1. prohiberi reuera conſenſum tam in rem malam, quam in rem trahentem ad malum quatenus ad malum intendit, quia hic conſenſus eſt intrinſecè malus: habet enim pro fine malum.] 2. prohiberi malum & trahens in malum, ſi ſit vtrumque in noſtra ſitum poteſtate, concupiſcentia autem, non eſt huiuſmodi. [3. negatur propoſitio. Nam ſciens ſe tentationi reſiſtere poſſe: poteſt ſe tentationi exponere. At non debet tamen ſe exponere peccato. Cuius diſcriminis ratio eſt, quod tentatio non ſit intrinſecè mala moraliter: ſit autem peccatum intrinſecè malum.]

Tertia, qui cogente cupiditate ad malũ trahitur, quia reſiſtere nequit, nihilominus peccat. Ergo & peccabit, qui motus concupiſcentiæ etiam inuoluntarios ſentit.

Reſpond. 1. negatur conſeq. quia qui cogente cupiditate ad malum trahitur, conſenſum præbet voluntatis. At qui motus inuoluntarios ſentit, conſenſum non præbet: Alioquin, quomodo eſſent inuoluntarij. [2. negatur antecedens ſi de coactione omnino neceſſaria ſermo ſit, quomodo enim peccatum erit, quod vitari nequit?]

Quarta, Deus odit concupiſcentiam [a] iuxta Auguſt. Sed nihil odit præter peccatum. Quia quęcumque fecit amat, fecit autem omnia præter peccatum. [a] *in Pſal. 35.*

Ad Maiorem, Deum odio habere concupiſcentiam, non ratione Entitatis poſitiuæ, ſed ratione languoris, defectus, rebellionis ſiue inordinationis eius ad peccatum trahentis.

Ad Minorem, negatur. Ad rationem negatur Deum omnia, præter peccatum, feciſſe. Non enim mortem, cæcitates, vel ſimiles priuationes, ortas ex defectu ſecundarum cauſarum, fecit.

Quinta, concupiſcentia non eſt à Deo. At omnis iuſta pœna eſt à Deo. Ergo cõcupiſcentia non erit ſolum pœna, ſed peccatum.

Reſpondeo, 1. ſi quid concluderet argumentum, inferret etiam mortem eſſe peccatum. 2. concupiſcentiam, quatenus mala eſt, atque rebellio [b] non eſſe à Deo: eſſe autem ab eo, quatenus illam ordinat in pœnam. Nec tamen ex ea parte qua mala eſt, erit propterea peccatum: ſed tantum vitiū naturæ.

Sexta, nulla pœna huius vitæ exiſtit: quæ ob finem bonum non valeat expeti. Concupiſcentiá, nulla ratione expeti poteſt. Ergo, &c.

Reſpondeo, 1. [c] negando Maiorem vt patet de tentationibus. [2. [d] admiſſa Maiore, reſpondetur ad Minorem, expeti poſſe concupiſcentiam, non quatenus mala eſt, ſed quatenus inſtrumentum exercendæ virtutis.]

Septima, Chriſtus factus eſt nobis in omnibus ſimilis, abſque peccato. At concupiſcentia caruit. Ergo illa peccatum eſt.

Negatur Maior abſolutè ſumpta. Nam Chriſtus [e] caruit etiam ignorantia, & morbis quæ non ſunt peccata. Quare nec abſurdum erit caruiſſe concupiſcentia, quæ peccatum non ſit.

Octaua, omne quod non eſt conforme legi diuinæ, peccatum eſt. At concupiſcentia non eſt conformis tripliciter. 1. quia non conuenit cum inſtitutione prima humanæ naturæ. 2. quia nequit conuenienter rationi viuere. 3. quia militat contra legem ſcriptam, *non concupiſces.*

Ad Maiorem veram eſſe de peccato largiſſimè ſumpto, non autem morali.

Ad Minorē concupiſcentiā non eſſe conformem legi diuinæ latiſſimæ ſumptæ: cui etiam hoc modo nec ſunt conformes naturales defectus, lex autem circa mores ad concupiſcentiam minimè ſpectat: ſed ad rationem. Ad primam probationem. non fuiſſe hanc inſtitutionem præceptum morale, ſed donum ſupernaturale. Ad 2. poſſe hominem adiutum auxilio, etiam inſtante concupiſcentia, rationabiliter viuere: nec enim rationabiliter viuere, ad concupiſcentiam ſpectat: ſed ad rationem,

[b] *non enim Deus fecit peccatum: vnde illa orta eſt. Sed ſolùm ſuſtulit iuſtitiam originalem, quæ carnem ſpiritui ſubiiciebat, & rebellionem impediebat.*

[c] *ita Aug.* 10. *Confeſſ.* 28.

[d] [*Si enim poſſunt expeti tyrannorū tormenta, non vt ab intentione mala: ſed tanquam martyrij inſtrumenta: quidni &/ tentationes ab eo qui probabiliſſimè ſciat ſe reſiſtere poſſe: appeti poterūt, vt inſtrumenta exercendæ virtutis?*]

[e] *vide Aug.* 2. *de peccator. mer. & remiſſ.* 29. &/ 5. *in Iulian.* 9.

Ad 3. hanc legem ſpectare ad actus voluntatis noſtræ.

Sententia [a] *Petri Lombardi.*

CAP. XV.

1. *C*ONCVPISCENTIA *eſt praua qualitas nobis ſuperaddita in carne, & per carnem in anima qua ſumus proni ad omnia mala. 2. hæc concupiſcentia eſt propriè originale peccatum.*

[a] 2.*diſt*. 31. §. 2. & 3. *Henrici. Quod lib.* 2.*q.* 11. *Arim.* 2.*diſt*.30. *q.* 1. *Driedonus* 1. *de gratia, & libero arbitrio.*

PROBATVR PRIMA PARS.

Primò ex Auguſtino [b] *Non* (inquit) *ſubſtantialiter manet* (ſcilicet concupiſcentia) *ſicut aliquod corpus, aut ſpiritus: ſed affectio eſt quædam malæ qualitatis, ſicut languor.* Item: [c] *Carnem nunc appellauit, vbi eſt morbidus quidam carnis affectus, non ipſam corporis conformationem.*

Secundò, [d] ait animam in corpore tanquam in vaſe vitiato corrumpi.

Tertiò, idem [e] docet, libidinem in homine, ex afflatu ſerpentis natam eſſe.

[b] 1. *de nupt. & concupiſc.* 25.
[c] *ſupr.cap.* 31.
[d] 5. *in Iulianum cap.*3.
[e] 4.*hypognoſtici.*

SENTENTIA NOSTRA.

Concupiſcentia, non eſt ſuperaddita qualitas aliqua: ſed ipſamet [f] *ſenſualitas, & animæ* [g] *rationalis inclinatio, prout deſtituta eſt originali iuſtitia, ac inordinatè fertur in obiecta.*

[f] *hæc enim pars maximè habet rationem Concupiſcẽtiæ: Quare Aug. in omnibus libris aduerſus Pelagianos, de Concupiſcentia loquens, ſemper ad vitium partis inferioris recurrit, vt* 1. *de pecc. mer. & remiſſ.*29. *& in Iul.* 4. *cap.* 4.

[g] *Nam ea quoque animæ pars prona eſt ad concupiſcendos honores, inanem gloriam, &c. Quare Apoſtolus Gal.*5.*v.*19.20.21. *inter opera carnis non ſolum numerat fornicationem, ebrietatem, &c. ſed etiam hæreſes, inimicitias.*

Probatur, & ſimul refellitur prima pars opinionis Lombardi.

Primò, ex Auguſt. [h] *Ideò in pecoribus malum non eſt concupiſcentia, quia non aduerſus ſpiritum concupiſcit.* Item. [i] *Quod in equo natura eſt, homini crimen eſt.* At in belluis, concupiſcentia non eſt aliqua ſuperaddita qualitas: ſed ipſamet ſenſualitas, Ergo ſimiliter erit in homine.

Secundò, [k] *Quid eſt guſtato cibo* (inquit idem Auguſt.) *prohibito nuditas indicata, niſi peccato nudatum, quod gratia contegebat.* At gratia non contegebat huiuſmodi qualitatem additam. Ergo, &c.

Tertiò ex eodem, [l] *Quando peccauit Adam, non obediens Deo, tunc eius corpus gratiam perdidit, qua eius anima omni ex parte obediebat, tunc ille extitit beſtialis motus*, &c. Ecce ad ſolius gratiæ abſentiam reuocat hunc beſtialem motum.

Quartò, vel Deus eſt cauſa huius qualitatis: vel diabolus: vel homo: vel ſerpens: vel pomum. Non primum: quia Deus eſſet peccati cauſa, cùm aduerſatij velint, hanc qualitatem eſſe originale peccatum. Non ſecundum: quia diabolus nequit producere aliquid in anima. At volunt ipſam qualitatem etiam in anima reſidere.

Neque tertium 1. quia vnico peccati actu, non potuit homo habitum, adeò grauem, ſtatim generare. 2. quomodo hæc poſitiua, & perſonalis in Adamo qualitas, vel transfuſa: vel generata fuit inuariabiliter, & æqualiter in poſteris? Peccatum namque originale in omnibus eſt æquale. Neque [m] pomum, [n] aut ſerpens. Non enim hac in re maioris efficaciæ eſſent, quam diabolus ipſe.

Quintò, ſuperflua eſt huiuſmodi qualitas. Nam vt caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, ſufficit, haberi ſentientem appetitum, qualem beſtiæ habẽt, nec adeſſe frænum originalis iuſtitiæ. Vt autem animus ſequatur corporis temperamentum, ſatis eſt, in eadem anima radicem habere ſentientem

[h] *2. de peccato Originis cap. 14. Item cap. 4. Comparatur homo pecoribus per vitium, nõ per naturam, non pecoris vitio, ſed natura. Tanta namque excellentia eſt in comparatione pecoris homo, vt vitium hominis, natura ſit pecoris.*

[i] *in Pſal. 103. conc. 4.*

[k] *4. in Iulian. cap. vlt.*

[l] *1. de peccator. mer. & remiſſ. 16.*

[m] *quod ex ſe bonum erat.*

[n] *qui tantum cum Eua collocutus eſt, & proinde non potuit inficere Phyſicè Adamum.*

appetitum, cum voluntate: ſenſum, cum ratione.

Sextò, qualitas illa poſitiua non tollitur per Baptiſmum. Ergo neque originale peccatum.

Reſpondent. Primò dici remitti, quia non imputatur. Sed hoc damnatum fuit à [o] Concilio Tridentino. o *decreto de peccato Originali, ſeſſ. 5.*

Reſpődent Secundò, remitti, quia concupiſcentia non dominatur.

Contra. per peccatum, poſt Baptiſmum, rurſus incipit concupiſcentia dominari. Ergo redit originale peccatum. Sed nullum eſt aliud originale, quam quod ex parentibus trahitur. Igitur per Baptiſmum non fuerat remiſſum.

Ad 1. his ſolum ſignificari, inclinationem naturalem ſenſualitatis eſſe vitiatam, ſed non inde ſequitur, id fieri per additam qualitatem.

Ad 2. ſolum velle Auguſtinum, *tunc inſici animam, cum infunditur corpori.*

Ad 3. Reſpondeo, 1. hunc librum Auguſtini non cenſeri. 2. loqui Metaphoricè. Intelligit enim, per *flatum ſerpentis*, diaboli ſuggeſtionem quæ homini, mediante muliere, attulit necem.

Secunda pars. Opinionis Lombardi, probata, & refutata eſt [p] ſupra. p *a cap. 5 ad 14. incluſiuè.*

---

[a] *Pighij &* [b] *& Catharini error.*

a *1. Controuerſia de peccato originis.*
b *opuſculo de lapſu hominis, & peccato originali cap. 6.*

CAP. XVI.

PECCATVM *originale eſt vnum tantum in omnibus nimirum illa prima Adami inobedientia, realiter in ipſo: imputatiue ſolum in poſteris eius.*

Primò, refellitur, [c] Paulus originale peccatum comparat iuſtitiæ, quam à Chriſto per regenerationem acquirimus. At illa iuſtitia non eſt illa numero qua Chriſtus formaliter eſt iuſtus: aut iuſtitia nobis imputatiuè tantum tri- c *Rom. 5.*

buitur: ſed vnicuique,eſt propria quædam, & realis iuſtitia. Ergo & peccatum originale ſingulis hominibus realiter proprie & realiter inerit: non autem ſolùm imputatiuè.

[d] *libro. 1.* Secundò, ſcripturæ [d] ſuperiùs productæ, manifeſte declarant, peccatum originale eſſe maculam nobis inhærentem: quæ per Baptiſmum ablui debeat.

[e] *ſupra.* Tertiò, [e] Concilium Tridentinum docet, *originale peccatum propagatione, non imitatione transfundi.* At quod eſt numero vnum, non propagatur, nec transfunditur propriè.

Reſpondent transfundi, ratione pœnarum.

Contra. 1. apertè Concilium diſtinguit peccatum, à pœnis. Vult enim nouos Pelagianos damnare. At illi minimè inficiantur transfundi pœnas: ſed negant propagari peccatum originale. 2. poſtquam de propagatione originalis peccati Concilium diſſeruiſſet, agit ad finem capitis, de fomite, (qui proculdubio pœna eſt) ac docet, niſi impropriè, vocari peccatum.

Quartò, idem Concilium definit, *peccatum orinale eſſe vnicuique proprium.* Ergo non eſt vnum numero omnibus commune. Alioquin vnum eſſet, multa: & commune proprium.

Quintò, docet idem, *per Baptiſmum in paruulis remitti, quidquid habet rationem peccati.* Erat ergo in eis aliquid quod veram peccati rationem haberet.

Sextò, docet, *peccatum originis remitti*, non eſſe, *non imputari*: ſed, *verè tolli.* At iuxta Pighium, *remitti*, nihil aliud eſt, quam, *amplius non imputari.*

Septimò, PP. ſupra citati maximè Auguſt. diſtingunt actuale peccatum Adami à noſtro originali.

Octauò, ſequeretur paruulos non proprie dici peccatores: nec egere ad remiſſionem peccati gratiâ Baptiſmi. Satis enim eſſet ſi Deus illis amplius peccatum Adæ non imputaret.

Vera ſententia de natura originalis peccati.

CAP. XVII. XVIII. XIX.

PECCATVM, [a] propriè dictum, bifariam ſumitur: primò pro, *ipſo actu*, quo tranſgreditur præceptum. 2. pro *eo quod ex actu formaliter manet in anima*. Quæ duo diſtinguntur inter ſe, vt [b] actio, & terminus eius: Quare ſunt reipſa vnum, & idem, in vno & eodem ſubiecto. prius dicitur eſſe, *in fieri*: poſterius, *in facto eſſe*. Et ſicut quandiu quis recedens à Sole, dicitur auerſus ab eo: atque in tenebris verſari, quandiu in illa manet auerſione. Sic peccator auerſus à Deo, dicitur in tenebris eſſe: quãdiu in peccato, poſteriori modo accepto, manet.

[a] CAP. 17.

[b] *ſicut calor, & calefactio.*

Peccatum originale, ſecundum vtrumque, fuit in Adamo realiter. Quia & actum peccati commiſit, & peccatum, aliquandiu in propria eius perſona remanſit.

In nobis, ſecundum prius, non niſi imputatiuè cõuenit. Nimirum, quia dum actu peccauit Adam, nos omnes, vt in lumbis eius exiſtentes ſimul cum eo, humanam repręſentante naturam, peccauimus. Secundum poſterius autem, nobis verè & realiter communicatum eſt.

Ergo peccatum originale, ſecundum primam acceptionem, eſt, *Prima Adami inobedientia, ab eo commiſſa, vt totius gerente perſonam humanæ naturæ, in quo peccauimus omnes.*

Secundum poſteriorem acceptionem: eſt, *carentia doni iuſtitiæ Originalis, cum habituali auerſione à Deo & obliquitate, voluntatis reſultante ſuo modo, ex inobedientia actuali primi parentis.*

Digitized by Google

[c] Probatur prima definitio, primò ex illo Rom. 5. *In quo omnes peccauerunt.* Ergo non ſolum peccatores naſcimur: ſed etiam aliquando peccauimus in Adamo. Ibi autem Paulus de peccato tractat originali. Ergo, &c.

Secundò, ibidem, [d] *Per vnius obedientiam, peccatores conſtituti ſunt multi,* Item: [e] *vnius delicto in omnes homines in condemnationem.* At non verè per Adami inobedientiam conſtitueremur peccatores niſi inobedientia eius, noſtra quoque eſſet, & ex illa, profluxiſſet in nobis inhærens auerſio à Deo. [f] Ergo, &c.

Tertiò ex PP. Auguſt. [g] *manifeſtum eſt, alia eſſe propria cuique peccata, in quibus hi tantum peccant, quorum peccata ſunt, aliud verò hoc vnum, in quo omnes peccarunt, quando omnes ille vnus homo fuerunt.* Item [h] *In Adam omnes tunc peccauerunt, quando in eius natura illa inſita, in qua eos gignere poterat, adhuc omnes ille vnus fuerunt.*

Baſil. [i] *Primum mandatum accepit Adam: De ligno ſcientiæ boni, & mali ne edatis.* Quandoquidem non ieiunauimus excidimus è Paradiſo.

Nazianz. [k] *Poſtquam diaboli inuidia, mulieriſque tranſgreſſione, proh meæ imbecillitatis (mea enim fuit primæui parentis) traditi mandato oblitus homo eſt, amaroque ſuccubuit guſtui: pariter & à vitæ ligno, & à Deo propter prauitatem, extorris agitur.*

Ambroſ. [l] *Fuit Adam, & in illo fuimus omnes: periit Adam, & in illo omnes perierunt.*

Bernard. [m] *Aliena eſt,* (ſcilicet originalis culpa) *quia in Adam omnes neſcientes peccauimus: noſtra, quia, etſi in alio, nos tamen peccauimus, & nobis iuſto Dei iudicio imputabatur, licet occulto.*

Quartò, niſi hæc ſentētia ſit vera, nihil erit in paruulis, quod habeat vere rationē peccati. 1. nō reatus erit quia cum ſit relatio ſequens actionem, debet actionē præſupponere, quomodo ergo reatū habebit, qui actioni non cōmunicabit? non auerſio habitualis: quia ab actuali depēdet, non carētia iuſti-

[c] Cap. 18.
[d] *Rom. 5. v. 19.*
[e] *ibid. v. 18.*
[f] *Hinc ſoluuntur argumenta Pighij, & Catharini, ex ſcriptura petita. Producūt enim hæc Pauli loca. Quæ tamen dū primam definitionem aſtruūt, ſecundam non deſtruunt.*
[g] *1. de peccat. merit. 10.*
[h] *ibid. lib. 3. cap. 7. Item epiſt. 23. Traxit ergo reatū, quia vnus erat cum illo, & in illo à quo traxit quādo quod traxit admiſſum eſt.*
[i] *orat. 1. de ieiunio.*
[k] *orat. de Natali Domini.*
[l] *in 15. Lucæ.*
[m] *ſerm. 1. de Dominica pri-*

tiæ originalis, quia ipſa ſola non eſt peccatũ, vt pa- *ma poſt octauã*
tet [n] ſi Deus Adamo abſtuliſſet ſine Adami culpa, *Epiphaniæ.*
originalem iuſtitiam 2. quia nihil erit, quod vo- [n] *vel ſi ali-*
luntarij rationem habeat. Nec enim illa habitualis *quis crearetur*
auerſio eſt voluntaria ſimpliciter & ſecundum ſe *in puris natu-*
conſiderata: ſed ſolum per reſpectu ad volunta- *ralibus.*
rium actum. Nam velis nolis, actione tranſacta habitualis auerſio manet.

[Quintò, originale peccatum vel habet reſpectum ad Adamum vel non: ſi non, nulla eſt ratio quare Deo non imputetur. cum ſolus animam creet: nihil enim reſtat cui præterea tribuatur, ſi habet: vel quia, omnes peccauimus cum Adamo: vel quia ſimpliciter ſumus ex illo: vel vtrumque ſimul: ſi primum, habetur intentum. ſi ſecundum, non eſt iuſtitia. Quare enim communicabit alterius peccato, qui cum eo minime peccauit, quantumuis ex ipſo ducatur? Si vtrumque: bene eſt. Quia primam, & ſecundam noſtram definitionem originalis peccati admittit.]

[o] Secunda definitio, probatur, Primò, Quia eſ- [o] CAP. 19.
ſentia originalis peccati, hoc poſteriori modo, nõ eſt *indignitas habendi iuſtitiam originalem*, vt nonnulli putant. Peccatum namque eſt *mors animæ*, *priuatio aliqua malitia, iniquitas*. At illa indignitas, nihil eſt horum: ſed relatio, hæc omnia conſequens. Neque eſt, *preuaricatio præcepti de dono iuſtitiæ conſeruando*. tum quia PP. ad inobedientiam Adami, circa vetitum lignum, hoc peccatum referunt. tum quia nullum tale conſtat præceptum fuiſſe. tum quia nõ elegit libera volũtate Adam hoc priuari dono. tum quia, quiſquis gratiã amitteret, ſimiliter duo committeret peccata: vnum ſpeciale, circa illicitum obiectum: aliud, quod non conſeruaſſet gratiam. Ne-
que eſt priuatio iuſtitiæ originalis, vt [p] ſimplici- [p] *ita vt tenere-*
ter effectus peccati primi parentis: quia hæc priua- *ra in ſe non ſit*
tio, ita ſumpta, non eſt proprie peccatum. Neque *verè, & pro-*
ſola priuatio rectitudinis voluntatis, ſine reſpectu *priè peccatum.*
ad iuſtitiam originalem, ac gratiã. Nam peccatum

eſt mors animæ, id eſt, priuatio vitæ animæ: vita autem animæ eſt gratia. Quare ſicut formale iuſtificationis eſt gratiæ infuſio: ſic peccati formale erit eiuſdem gratiæ priuatio. Reſtat ergo, vt originale peccatum, ſit id, quod noſtra definitione explicatur.

Secundò, poſt actum peccati ea ſolum in anima remanent. 1. priuatio [q] Innocentiæ. 2. reatus culpæ id eſt dignitas odij, indignitas gratiæ, & meritum pœnæ. 3. reatus pœnæ, id eſt, ordinatio, ſiue obligatio ad luendam pœnam. 4. offenſa ſiue inimicitia perſonæ læſæ. 5. diſpoſitio, vel habitus acquiſitus, ſiue vitium, 6. auerſio, ſeu obliquitas voluntatis manens per [r] modum habitus. 7. priuatio gratiæ. 8. macula quæ ex priuatione gratiæ oritur.

[q] *qua in eo ſita eſt vt aliquis numquam peccauerit.*

[r] *quomodo curuitas tibia in claudo.*

Primum non eſt peccatum ipſum: quia manet etiam poſt peccatum remiſſum, illa enim priuatio eſt irreparabilis. Neque ſecundum: quia ſequitur peccatum: Neque tertium: cum oriatur ex ſecundo & ſit potius aliquod iuſtitiæ donum. Neque quartum: cum ſit in perſona offenſa, non in offendente. Neque quintum quia eſt qualitas poſitiua, quæ ſæpe remanet, remiſſo peccato. Ergo erit vnum ex reliquis: at reliqua [s] ſunt vnum & idem, prout diuerſimode conſideratur. Ergo definitio, noſtra bona eſt.

[s] *vide D. Thom. 1. 2. q. 86. ar. 2.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. XX.

Obicitvr primò, [a] Peccatum: *Eſt dictum, vel factum: vel concupitum contra legem Dei.* At non poteſt fingi, quid ſit illud in originali, niſi primi parentis factum.

[a] *Auguſt. 22. contra Fauſtũ 27.*

Reſp. 1. veram eſſe Maiorem de actu tranſeunte peccati; non de macula remanente. [2. veram eſſe de dicto,

de dicto, facto, vel concupito actuali, vel habituali.

Ad Minorem, illam auerſionem in infantibus, actualem eſſe, per reſpectum ad primi actionem parentis.]

Secundo, [b] Auguſtinus pluribus in locis docet nihil niſi reatum, poſt actionem peccati remanere. Igitur, quod remanet non erit auerſio ipſa. [b] *1. de nupt. & Concup. 26. 1. Retract. 15. lib. 6. in Iulian. 8.*

Reſpondeo ſolum voluiſſe ex reatu, tanquam effectu notiſſimo peccati, inferre peccatum: non multum ſollicitus diſſerere, in quo ſita eſſet formalis ratio peccati. Quod tamen, præter reatum, *eſſe auerſionem à Deo*, non obſcurè agnoſcit: cum ait, [c] *Quid eſt, quod ſe dicit in iniquitate conceptum, niſi quia trahitur iniquitas ex Adamo? etiam ipſum vinculum mortis cum ipſa iniquitate concretum eſt.* Item: [d] *Quomodo conuerti ad Deum poteſt, à quo non eſt aduerſus?* loquitur autem contra Pelagianos, arbitrantes, non naſci paruulos à Deo auerſos, ac iniquos. [c] *in Pſal. 50.* [d] *lib. 2. de peccator. mer. 34.*

Tertiò, [e] Priuatio iuſtitiæ originalis eſt effectus, & pœna peccati, eaque à Deo. Ergo non eſt peccatum propriè. [e] *D. Thom. q. 5. de malo ar. 4. & 1. 2. q. 87. ar. 7.*

Reſpondeo, priuationem iuſtitiæ originalis duo importare: ſcilicet priuationem gratiæ in mente, qua ſpiritus Deo ſubiiciebatur: & priuationem illius doni, quo ſubiiciebatur animæ corpus. Prius, non eſt effectus peccati, (niſi effectus, accipiatur pro actionis termino in facto eſſe) neque eſt à Deo: ſed à nobis: habetque propriam rationem peccati: poſterius: fatemur eſſe effectum, & pœnam peccati, non autem peccatum.

Quartò, [f] teſte D. Thoma, priuatio iuſtitiæ originalis, eſt cauſa originalis peccati. Ergo non eſt ipſum originale peccatum. [f] *1. 2. q. 82. ar. 2.*

Negatur conſequens. [g] quia D. Thomas loquitur de cauſa formali. [g] *vide eund. ibidem. ar. 3.*

Quintò, iuſtitia originalis non reſtituitur in Baptiſmo. Ergo originale peccatum non eſt priuatio iuſtitiæ huius. Reſp. reſtitui quoad prioré partem, non autem poſteriorem, iuxta reſponſionem ad 3.

LIBER SEXTVS.

DE STATV PECCATI.

Qui eſt

DE MALIS CONSEQVENTIBVS ORIGInale peccatum.

ET PRIMO,

De malis eiuſdem poſt hanc vitam.

Variæ, de ſtatu defunctorum in originali peccato, ſententiæ.

CAP. PRIMVM.

PRIMA, [a] *regnum cælorum, ita morientibus, promittit.*

Secunda, [b] *illos quidem à regno cælorum excludit, eis tamen beatitudinem quandam naturalem attribuit.*

Tertia, [c] *eos in inferno* [d] *pœnâ damni, non tamen pœna ſenſus in æternum damnari vult: ita vt neque internum, neque externum percipiant dolorem.*

Quarta, [e] *liberat eos quidem ab ignis cruciatu, verùm non ab interno dolore beatitudinis amiſſæ.*

[f] Quinta, *& pœna damni, & pœna ſenſus ignis pronunciat damnatos.*

[a] *Vincentij cuiuſdam apud Aug. 1. de origine animæ 9. & lib 3. cap. 13. & Zuinglij declaratione de peccato originis ad Vrbanum Rhegium.*
[b] *Pelagianorũ apud Aug. lib. de hæreſib. cap. 88. & Catharini libro de ſtatu puerorum ſine Baptiſmo decedentium.*
[c] *D. Thomæ q. 5. de malo ar. 1. 2. 3.*
[d] *id eſt priuatione viſionis beatæ.*
[e] *Petri Lombardi 2. diſt. 33. litera, E.*
[f] *Arimin. 2. diſt 33 quæſt. 3. Driedonis 1. de gratia, & liber. arb. tract. 3. cap. 2.*

PRIMA PROPOSITIO.

Ita morientes abſolutè ſunt priuati regno cœlorum.

SECVNDA PROPOSITIO.

Carent in æternum beatitudine naturali.

CAP. II.

PRIMA propoſitio probatur, Primò, Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum cœlorum.* Vide quæ dicta ſunt dumtaxat libro de Baptiſ. cap. 4. & libro 1. de peccato originis. 14.

Secundò, Concil. Mileuit. [a] *Pueros* (inquit) *paruulos, ſi nullis innouentur Chriſtianæ gratiæ Sacramentis habituros vitam æternam nequam præſumptione contendunt.* Item Trident. ſeſſ. 5. decreto de peccato originali, cum ait eſſe neceſſe expiari originale peccatum, ad ſalutem æternam conſequendam.

Tertiò, ex PP. [b] Proſpero, 2. de vocat. Gent. 8. *Quid eſt quod alienatur à ſalute perpetua tanta infantium multitudo: totque in his ætatibus hominum millia extra vitam relinquuntur æternam?*

Secunda propoſitio, probatur primò, [c] *Qui credit in Filium, habet vitam æternam, qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.* At, qui verſantur in originali peccato: neque per ſe, neque per alios: nec actu nec habitu credunt in Filium Dei. Ergo ira Dei manet ſuper eos. Quomodo autem manet: ſi interim fruuntur naturali beatitudine?

Secundò, Apocalyp. 20. [d] *Beatus, & ſanctus*

[a] *epiſt. apud Aug. 92.*

[b] *& alijs pro ſequenti Propoſitione.*

[c] *Ioan. 3. v. 36.* ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ᾽ ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ᾽ αὐτόν.

[d] *v. 6.* μακάριος, καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ, ἐπὶ τούτων ὁ δεύτερος θάνατος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν.

qui habet partem in Reſurrectione primâ, in his ſecunda mors non habet poteſtatem. Item: [e] *Qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.* At paruuli non baptizati, nec habent partem in Reſurrectione prima, nec inueniuntur in libro vitæ. Ergo in eos mors ſecunda, (id eſt iuxta Catharinum carentia omnis fœlicitatis etiam naturalis) ius habet: & in ſtagnum mittuntur ignis.

[e] *v. 15.* καὶ εἴ τις, *& ſi quis,* οὐχ εὑρέθη, ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

Tertiò, Concilium Paleſtinum, [f] teſte Auguſt. Pelagium compulit fateri infantes non baptizatos carere vita æterna. *Hac autem negata* (inquit Auguſt.) *quid niſi mors æterna remanebit?*

[f] *epiſt.* 106.

Quartò, [g] Concil. Carthag. *Quicumque negat* (inquit) *paruulos à perditione liberari per Baptiſmum Chriſti, & ſalutem percipere ſempiternam, anathema ſit.* Ergo ſine Baptiſmo pereunt.

[g] *epiſt. apud Auguſt.* 90.

Quintò, Florentinum: [h] *Illorum animas, qui in actuali mortali peccato vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.*

[h] *ſeſſ. vlt.*

Sextò, ex Summis Pontificibus. [i] Leo iubet Pelagianos ad Eccleſiam redire volentes non recipi, niſi prius anathematizent errores, ac inter cæteros: *Quod pueri ſine Baptiſmo de ſæculo exeuntes, non poßint damnari.*

Gregor. [k] *Nonnulli prius à præſenti luce ſubtrahuntur quam ad proferenda bona, malaue merita actiuæ vitæ perueniant. Quos quia à culpa originis Sacramenta ſalutis non liberant, & hic ex proprio nihil egerunt, & illuc ad tormenta perueniunt,* &c.

[i] *epiſt.* 86.
[k] 9. *Mor.* 16.
[l] *& infra: Perpetua quippe tormenta percipiunt, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt. vide etiam* 30. *q.*10.*can. Ad limina. teſtimonium Ioannis Papæ.*

Septimò, ex PP. Auguſt. [m] *Non baptizatis paruulis nemo promittat inter damnationem, regnumque cælorum quietis, vel fælicitatis cuiuſlibet, atque vbilibet quaſi medium locum, hoc enim eis hæreſis Pelagiana promiſit.* Item: [n] *Nouellos hæreticos Pelagianos iuſtißimè Conciliorum Catholicorum & ſedis Apoſtolicæ damnauit authoritas, eo quod auſi fuerint non baptizatis paruulis dare quietis, & ſalutis locum, etiam præter regnum cælorum.*

[m] *lib.*1.*de origine animæ* 9.
[n] *ibid. lib.* 2. *cap.* 12.

Fulgent. [o] *Paruulos quibus nulla poſſunt vel bona, vel mala ineſſe propria merita voluntatis, inſolubili nexu æterna damnatio retinet.*

Beda: [p] *Reſpuendi ſunt à corde Chriſtiano, qui putant ideo dictum multas eſſe manſiones: quia extra regnum cælorum erit aliquid, vbi beatè maneant innocentes, qui ſine Baptiſmo ex hac vitâ migrarunt.*

Anſelm. [q] *Si originale peccatum eſt aliquod peccatum, neceſſe eſt omnem hominem in eo natum, illo non dimiſſo, damnari.*

Septimò, per Chriſtum eripimur [r] de poteſtate tenebrarum. Quare vſque dum baptizentur paruuli, ſub diaboli poteſtate captiui manent. At qui in tenebris & ſub diaboli poteſtate manet, certè non verſatur in naturali beatitudine. Ergo, *&c.*

Octauò, docent omnes ferè [s] Theologi ſcholaſtici locum infantium horum eſſe carcerem inferni. At hic locus non congruit cum fœlicitate naturali.

Nonò, vt [t] argumentatur Auguſt. *Qui non eſt mecum* (inquit Chriſtus) *contra me eſt.* At certè huiuſmodi infantes non ſunt ex parte Chriſti, & proinde contra. Quomodo ergo beati naturali beatitudine?

[v] Decimò in vltimo Iudicio omnes homines, vel erunt ad dextram, vel ad ſiniſtram, vt ex Euangelio conſtat. Infantes non erunt ad dexteram: quia his dicitur: *venite benedicti,* &c. Ergo ad ſiniſtram. At hi, proculdubio, erunt damnati.

Vndecimò, ad naturalem beatitudinem requiritur intelligentiæ, & moralium perfectio virtutum: hæc non ſunt nec erunt in infantibus illis. Nam neque infuſas aut ſpecies, aut virtutes habebunt à Deo: cum poſt hanc vitam, non ſit miſericordiæ tempus: nec proprijs mereantur operibus ha-

[o] *libro de fide ad Petrum.* 3.

[p] *in* 14. *Ioannis.*

[q] *libro de conceptu Virginali* 27.

[r] *Coloſſ.* 1. *v.* 13. *Aug.* 1. *de nupt. & concupiſc.* 20. *Non fides* (inquit) *dubitat Chriſtiana, quam noui hæretici oppugnare cœperunt: & eos qui lauacro regenerationis abluūtur redimi de poteſtate Diaboli: & eos qui nondum tali regeneratione redēpti ſunt etiā paruulos filios redēptorū, ſub eiuſdem eſſe poteſtate captiuos: niſi & ipſi eâdē Chriſti gratia redimantur.*

[s] 2. *diſt.* 33. *vel in* 4. *diſt.* 45. *Alenſ.* 2 *par. Summa quæſt.* 112. *membro* 10. §. 1. *Alber.* 2. *p. ſum.* q. 113.

[t] 1. *de peccat. mer.* 28.

[u] *Auguſt.* 14. *ſermon. de verbis Apoſtoli.*

bere. Neque etiam proprio acquirent labore: cum enim in loco ſint & futuri ſint tenebricoſo inferni: vnde rerum naturalium omnium ſpecies acquirere valerent?

Duodecimò, fœliciores alioquin eſſent, quam in puris naturalibus creati: & lucrum reportarent ex culpa. Nam non debetur naturaliter tanta beatitudo infantibus morientibus.

Decimo tertiò, non eſſent baptizandi ob periculum damnationis æternæ, ſed ſolum vt admitterētur ad regnum cœlorum. At hæc eſt Pelagian. hæreſis vt patet ex Auguſt. lib. 1. de origine animæ cap. 9. & libro de hæreſib. cap. 88.

Refelluntur obiectiones.

Cap. III.

PRIMA, Chriſtus venit, [a] vt peccatum originis tolleret. At infantes ſolo originali tenentur. Ergo tandem pro illis inimica deſtruetur mors, neque ſub diaboli poteſtate erunt.

Reſpondeo, 1. concludere etiam fore damnatos omnes aliquando ſaluandos. Nam non ſolum pro originali, ſed pro omnibus peccatis mortuus eſt Chriſtus. 2. concludere quoque, infantes fore beatos viſione beatæ. tum quia vt eam nobis acquireret venit etiam Chriſtus. tum quia ſi infantes amplius neque originali peccato, neque poteſtate diaboli detinebuntur. quid impedit quominus Deo fruantur, & gratiam ac gloriam, per Chriſti habeant merita? 3. veram eſſe Maiorem: ſed non tolli originale peccatum, niſi applicetur meritum Chriſti per [b] Baptiſma.

[c] Secunda, Daniel 12. [d] *Multi de his* (non dicit, *omnes*) *qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij*

[a] *Quia, ſicut per vnius delictum in omnes homines in cōdemnationem: ſic per vnius iuſtitiā in omnes homines in iuſtificationem vitæ.*

[b] *actu quidem in Paruulis, re autem vel voto in adultis.*

[c] *hanc obiectionem Catharinus irrefragabilem vocat.*

[d] *v. 2.*

in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper. Ergo reſtant aliqui, qui nec in vitam æternam, neque in opprobrium ibunt.

Reſpondeo, per vocem, *Multi* intelligi *Omnes.* Ioan. 5.[e] *Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt in Reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in Reſurrectionem Iudicij.*

[e] v. 28. πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, (*id eſt*, ὑιοῦ θεοῦ.) v. 29. καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς. οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.

Tertia, etſi Auguſtinus damnet aſſignantes medium pro his pueris locum : nihilominus Schola Theologorum illis hunc locum tribuit. At non eſt veriſimile hanc errare. Ergo potius Auguſtinus duntaxat, aliquid humani paſſus eſt.

Reſpondeo, nullos Theologos, pro pueris iſtis agnoſcere medium locum inter cœlum, & terram: damnationem, & æternam beatitudinẽ: Sed eis infernum aſſignant.

Quarta, non eſt cõueniens, aliquid, ſine ſuo crimine, fraudari ſuo naturali fine. At Infantes ſunt ſine proprio crimine . Ergo, &c. Negatur Minor, nam habent originale ſibi peccatum proprium.

Quinta, huiuſmodi infantes, nõ ſunt inſtar exulum propriè ſed Relegatorum. Ergo fruentur Angelicis reuelationibus , & omnibus aliis rebus excepta viſione beatâ.

Negatur Antecedens. Nam inter *Exulem*, & *Relegatum.* [f] hoc intereſt diſcrimẽ quod *Exul* priuetur iure Ciuitatis non autem *Relegatus.* Si ergo huiuſmodi infantes Relegati ſunt tantùm, ius ad Ciuitatem Sanctorum habebunt, eruntque verè membra Chriſti: quod tamen falſum eſt.

[f] *l. 2. ff. de Pœnis.*

Sexta, cælum & terra renouabuntur. Sed cælum non erit ſine habitatoribus. Ergo neque terra. In ea non erunt damnati neque beati. Ergo paruuli iſti.

Reſpondeo 1. per cælum intelligi aerem: & proinde falſa eſt Minor . qui enim habitabunt aerem? 2. Concludit etiam aliquos habitaturos in aquis: omnia namque renouabuntur elementa. 3. Nega-

tur concluſio, quod ſit terra futura aquis cooperienda. [4. Si per, *cælum*, intelligas ſydereum: dicimus, ſicut illud non habitabitur niſi in ſuprema parte. Nec enim in tot ſphærarum aliarum ſpatio erunt habitatores aliqui: ſic & terram habitandam eſſe in inferiori ſui parte, nimirum inferno. Ita ſiquidem ſeruabitur pulchra antitheſis inter locum damnatorum, atque beatorum.]

Septima, quamuis nunc paruuli detineantur in limbo propter originale peccatum. Tamen in reſurrectione, par erit, vt ſua perfectione fruantur.

Negatur illud, *par*, Si enim ſemper in eis originale remanet peccatum. Quare potius tunc quam nunc fœlicitate naturali gaudebunt?

[g] *3. de libero arbitrio 23.*

Vltima, [g] *Quis nouit* (inquit Aug.) *quid paruulis, quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut miſericordia probetur, quis (inquam) nouit quod ipſis paruulis, in ſecreto iudiciorum ſuorum bonæ compenſationis reſeruet Deus.*

[h] *epiſt. 28.*

Reſpondeo, hæc dici pro infantibus tantum Baptizatis, vt ipſemet Auguſtinus [h] ait.

TERTIA PROPOSITIO.

Huiuſmodi Infantes non patiuntur Pœnam ignis.

CAP. IIII.

[a] *verſ. 7.* ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν, καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμόν.
[b] *v. 24.*
[c] *v. 45.*

PRIMÒ, Apocal. 18. [a] *Quantum ſe glorificauit, & in deliciis fuit tantum date illi tormentum & luctus.* At paruuli nulla ſe ratione glorificauerunt, aut in deliciis fuerunt. Nullum igitur merentur tormentum, aut luctum.

Secundò, coniũgitur Iſaiæ vltimo, [b] & Marci [c] 9.

ignis cum verme, id eſt conſcientiæ remorſu, ex operibus malis. At Infantes carent huiuſmodi remorſu. Ergo & igne.

Tertiò, Innocent. 3. cap. [d] *Maiores*, docet peccati originalis pœnam, eſſe *carentiam viſionis beatæ*: actualis verò, *cruciatum perpetuũ gehennæ*. Ergo pœna originalis diſtinguitur à pœna ignis, ſiue cruciatus gehennæ.

Quartò ex PP. [e] Nazianz. tria hominum genera ſine Baptiſmo decedentium eſſe dicit. quorũ alij Baptiſmum contempſerint: & his grauiſſimas pœnas: Alij ex negligentia propria omiſerint: & his leuiores attribuit pœnas. Alij denique aliorum negligentia, illo caruerint: atque de his: *nec cæleſti* (inquit) *gloria, nec ſupplicijs à iuſto iudice afficiuntur, vt pote qui licet Baptiſmo conſignati non fuerint, improbitate tamen careant, atque hanc iacturam paßi potius fuerint, quam fecerint* [f] &c.

Auguſt. [g] *Dicunt: qualis in futuro iudicio deputabitur, cui nec inter iuſtos locus eſt, quoniam nihil rectè fecit neque inter malos quoniam nihil peccauit? Quibus reſpondetur*, &c. *Non metuendum eſt, ne vita potuerit eſſe* [h] *media quadam, inter rectè factum, atque peccatum & ſententia Iudicis media eſſe non poßit, inter præmium, atque ſupplicium.* Item: [i] *Qui dubitauerit paruulos non baptizatos, damnatione omnium leuißimâ futuros? quæ qualis, & quanta erit, quamuis definire non poßim, non tamen audeo dicere, quòd eis, vt nulli eſſent, quam vt ibi eſſent potius expediret.*

Quintò, propter habitualem virtutum carẽtiam, & habitualem ad vitia pronitatem, nemo ſolet pœna poſitiua, ac ſenſibili puniri: ſed ſolum propter actualem culpam, quamuis poſſit tanquam indignus ab aliqua reiici dignitate. At originale peccatum eſt tantum habitualis culpa. Ergo ob hanc quidem reiiciendi ſunt infantes à regno cœleſti: ſed non puniendi ſupplicio ignis.

Sextò, nulla imponitur ab Eccleſia, ſenſibilis ſatisfactio pro originali peccato, accedentibus adul-

[d] 3. *Decretal. tit. de Baptiſmo, & eius effectu.*

[e] *orat. in Sanctum Lauacrum.*

[f] *Neque enim quiſquis ſupplicio dignus non eſt, protinus honorem quoque meretur: Quẽadmodum nec quiſquis honore indignus eſt: ſtatim etiam pœnam promeretur.*

[g] 3. *de libero arbitrio cap. 23.*

[h] *Neque tamẽ attribuit propterea medium locum inter beatitudinem, & damnatos, pro paruulis: ſed ſolum mediam ſententiã inter præmium, & pœnam adultorum.*

[i] *Ibidem.*

tis ad Baptiſmum. Ergo veriſimile eſt nec Deum vllam imponere.

Soluuntur obiectiones.

CAP. V.

PRIMA huiuſmodi infantes non ſunt triticum congregandum in horreum. Ergo paleæ comburendæ igni inextinguibili Math. [a] 3.

Negatur conſeq. quia hac parabola non ſignificantur quotquot ſunt homines:ſed tantum ſignificantur fideles,ſiue baptizati:ſi quidem [b] area, nihil eſt aliud quam Eccleſia Catholica.

Secunda, [c] *Omnis arbor qui non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.*

Reſpondeo, [d] agi de adultis,qui cum potuiſſent facere,non fecerunt fructum.

Tertia,obiicit omnia illa teſtimonia quibus dicuntur alij in futuro iudicio euocandi in cœlum, alios in ignem æternum mittendi.

Reſpondeo.1.per,*ignem æternum*, intelligi generaliter,*infernum* : in quem admittimus mittendos huiuſmodi paruulos. 2.[e] Si placeat intelligi *ignem* reuera : in ipſum quidem mittendos infantes ſed ſine cruatu,non enim naturali virtute cruciat: ſed, vt inſtrumentum iuſtitiæ diuinæ.

Quarta, [f] Auguſtinus apertè ſcribit paruulos ſempiterno igne cruciandos, [g] Fulgentius verò ait id eſſe firmiſſimè credendum.

Reſpondeo, Aug. de qualitate pœnæ paruulorum nihil ſtatuere voluiſſe. Porro nos hac in materia Nazianzenum cum vniuerſa ſchola: non autem Fugentium ſequimur.

Quinta,puniuntur in hac paruuli vita,pœna ſenſus,vt patet ex ſiti,fame, &c. quam patiuntur. Ergo & in alia puniεntur ſimiliter.

[a] *v.* 12.
[b] *ita Aug. libro contra Donatiſtas poſt collationem ca.* 10.
[c] *Math.* 3. *v.* 10. πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.
[d] *Nam etiam arbores ante vnam vel alteram diem plantatæ, non mittuntur in ignē, etiamſi fructū non ferant.*
[e] *hoc etiam modo ſoluitur argumentū ex Apocaly.* 20. *ſup. cū* 21. *quo dicitur, mors ſecunda eſſe ſtagnum ignis.*
[f] *ſerm.* 14. *de verbis Apoſtoli.*
[g] *de fide ad Petrum* 27.

Negatur conſequentia: quia defectus, & afflictiones naturales in hac vita, non tam habent in paruulis rationem pœnæ, quam naturalis infirmitatis conſequutæ ex carentia iuſtitiæ originalis. At in alia vita, pœna ſenſus, ſolum habet rationẽ pœnæ.

Sexta, paruuli poſt iudicij diem non corpora glorioſa, ſed paſſibilia habebunt. Ergo patientur aliquid, *Quia in eis* (inquit [h] Auguſt.) *qui non ad vitam reſurgent, concupiſcentia non fœliciter, ſed pœnaliter erit.* [h] 6. in Iulian. 5.

Negatur conſeq. quia corpora tunc non patientur niſi ſupernaturaliter, iuxta diuinæ ordinationem iuſtitiæ. Nam cum poſt iudicium ceſſare debeat ortus, interituſque naturalium rerum: tolletur quoque à corporibus vis naturalis agendi in alia corpora. Ad probationem: non loqui Auguſt. de corporibus paruulorum, ſed in genere de corporibus damnatorum. Quare verba eius vera ſunt: quoniam vt plurimum ita ſe res habet.

Septima. Chriſtus paſſus eſt pro originali peccato grauiſſimam pœnam ſenſus. Ergo hæc originali peccato debetur.

Reſpondeo, 1. quamcumque actionem Chriſti, etiam non pœnalem, ſatisfeciſſe ſufficienter, pro quacumque noſtra & culpa, & pœna. Voluit tamen tot ſuſtinere dolores: tum vt ſuam Charitatem: tum vt diuinæ iuſtitiæ rigorem, & perfectionem: tum vt peccatorum noſtrorum grauitatem monſtraret. 2. Antecedens negatur: maximè ſi agatur de redemptione pœnæ, non autem culpæ originalis peccati.

TERTIA PROPOSITIO.

1. *Paruuli damnati patiuntur internum dolorem 2. quamuis mitiſſimum.*

CAP. VI.

PRIMA pars probatur primò ex Aug. [a] *Si hoc*(inquit) *eis non erit malum* (ſcilicet carere Dei regno) *non ergo amabunt regnum Dei, tot innocentes imagines Dei. Si autem amabunt, & tantum amabunt, quantum innocentes amare debent regnum eius, à quo ad ipſius imaginem creantur, nihil ne mali de hac ſeparatione patientur?*

[a] *6. in Iulian. 4. vltra medium.*

Secundò, ex [b] Cypriano qui de pœna originalis peccati, poſt mortem loquens: *ſupererat* (inquit) *poſt mortem carnis animæ labor, & afflictio ſpiritus.*

Tertiò, ex [c] Fulgentio, & [d] Gregor. qui agnoſcunt in paruulis ſupplicium gehennæ.

[b] *ſiue authore ſermonis de ratione circuncisionis.*
[c] *de fide ad Petrum 3.*
[d] *9. moral. 16.*

Quartò, intelligunt ſe fruſtratos debito fine. Nam etſi fidem non habuerint, tamen facile ex ſuo ſtatu intelligere poſſunt, ſe ſuo carere fine: [& ſiue nunc intelligant ſuum ſupernaturalem finem, ſiue non:] certè in vltimo iudicio intelligent. Nam coram omnibus fiet retributio præmiorum, & pœnarum. Ergo dolent, vel dolebunt, ſe ſuo fruſtratos fine.

Quintò, contrariæ doctores opinionis rationem reddere nequeunt quare non ſentiant hi dolorem paruuli. [e] D. Thom. ait: *quia non intelligent ſe ſuo fine fruſtratos.* Sed hoc diſſoluimus, [f] Bonauentura: *id fieri, quod temperata conſideratio amiſſionis regni cæleſtis, cum pœnarum euaſione ſenſus, omnē euacuabit dolorem.*

[e] *q. 5. de malo ar. 3.*
[f] *2. ſent. d. 33.*

Contra. 1. id potius eſſet alternis vicibus dolere. 2. [excedit amiſſio regni euaſionem pœnæ. Ergo

triſtitia ſemper gaudium excedet] D. Thom. iterum ait, *probè intellecturos ſe nullam habuiſſe naturalem proportionem ad hanc beatitudinem. Sapiens autem non contriſtatur ob carentiam rei, ſuæ non debitam naturæ.* Nec enim quis niſi ſtultus, triſtabitur, quod Angelus non ſit.

Contra.1. intelligent ſe in primo parente ad æternam creatos beatitudinem. [2. etiam ſaltem intelligent ſe priuatos naturali beatitudine.] Ergo intelligent ſe carere re aliquo modo ſua. g Richardus ergo ad ſolam Dei prouidentiam id reuocauit. Sed ſi prouidentia Dei non auertit in hac vita dolores, qui ex amiſſione originalis iuſtitiæ ſequuntur: quare auertet, quæ ſequuntur ex regni amiſſione cœleſtis? — g *2.diſt.33.*

Secunda pars probatur. Quia multa concurrunt ad huiuſmodi leniendum dolorem. 1. quod non niſi remotam habuerint ad beatitudinem diſpoſitionem 2. non propria negligentia, tantum amiſiſſe bonum. 3. nuſquam delicias vel cœli, vel terræ guſtaſſe: facilè namque his caremus bonis, quorũ non habuimus vſum [nec in ſpe, nec in re.] 4. quod videant multos multo infeliciores: ſeque à grauiſſimis ſuppliciis liberos.

Soluuntur obiectiones.

CAP. VII.

PRIMA, ex Apocalyp. 20. *Quantum ſe glorificauit,* &c. rectè colligitur carituros pœna ſenſus paruulos. Ergo etiam dolore animi. Nam nec delicias animi vſquam perceperunt.

Negatur conſeq. quia pœna ſenſus ſolum habet rationem a pœnæ. At dolor in huiuſmodi paruulis de amiſſione æternæ beatitudinis, — a *propriè namque infligitur.*

Digitized by Google

non tam pœnę rationem induit, quā motus cuiuſdam naturaliter fluētis ex amiſſione beatitudinis.

Secunda, paruulorum pœna poſt hanc vitam [b] mitiſſima erit [c] iuxta Aug. At dolor amiſſæ beatitudinis grauiſſimus eſt.

Ad Minorem, eſſe veram tantum, in damnatis adultis qui proprio actuali peccato amiſerunt beatitudinem, habentque coniunctam pœnam damni cum pœna ſenſus.

Tertia, concors doctorum opinio contrariam noſtræ propoſitioni ſententiam ſequitur.

Negatur, vt patet ex Antiquis PP. [d] ſupra, & ex [e] Petro Lombardo aliiſque apud [f] D. Thomam, Driedone, [g] Dominico, & [h] Petro à Soto.

Quarta, paruuli, poſt hanc intelligent vitam, ſe iuſtè priuari beatitudine. Ergo non dolebunt: alioquin in diuinam iuſtitiam actuali peccato peccarent.

Negatur conſeq. & eius ratio, quia ſine querela hunc ferēt patienter dolorem. Nec enim quiſquis dolet de pœnis inflictis à Deo, ideo continuo peccat, alioquin & peccarent animæ in Purgatorio, imò & peccaſſet Chriſtus in horto.

[b] *1. ob cauſas in fine ſuperioris capitis poſitas 2. quia longe mitior erit hæc pœna, pœnis damnatorū.*
[c] *93. Enchir.*
[d] *cap. 6.*
[e] *2. diſt. 33.*
[f] *2. diſt. 33.*
[g] *1. de natura, & gratia.*
[h] *libro de Inſtit. Sacerdotū lect. 6. de Baptiſmo.*

Mala in hac vita.

. 21. ἐμοὶ
εχὲν παρά-
υ.
Cor. 7. v.
i non ſe
inent, nu-
: melius eſt
re quam
v. 6. Ite-
reuerti-
in idipsū:
autem di-
ecundum
gentiam
ecundum
ium.
Cor. 9. v.

Cor. 12.
l. 9.
alat. 5. v.

l. v. 17.
ap. 1. v.

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

Digitized by Google

[b] *1. ob c.*
in fine ſu
ris capitis
tas 2. qui
ge mitior
hæc pœna
nis damna
[c] *93. En*
[d] *cap. 6.*
[e] *2. diſt.*
[f] *2. diſt. 3*
[g] *1. de na*
& gratia
[h] *libro d*
ſtit. Sacer
lect. 6. de
ptiſmo.

Oſtenditur contra Pelagianos concupiſcentiam eſſe malum & vitium naturæ.

CAP. XIIII.

PRIMÒ, Roman. 7. [a] *Malum adiacet mihi.* At per malum Paulus intelligit concupiſcentiam. Illud enim ibidem, vocat, *membrorum legem*. Ergo, &c.

Secundò, quod bonum eſt, non indiget remedio, & indulgentia. At coniugium: non ſolum ob prolem, ſed etiam in remedium, & indulgentiam concupiſcentiæ [b] datum eſt. Ergo, *&c.*

Tertiò, corpus ſuum [c] caſtigabat Paulus, & in ſeruitutem redigebat, ſupplex ad Dominum, vt [d] ſtimulum carnis auferret ab eo. At id immeritò, ſi concupiſcentia non ſit malum nobis.

Quartò, concupiſcentia ſpiritus bona eſt, vt eius opera teſtantur, [e] Charitas, Gaudium, Pax, *&c.* At [f] concupiſcentia carnis ei aduerſatur: & opera eius ſunt fornicatio, auaritia, *&c.* Ergo bona non eſt, & proinde mala.

Quintò, [g] teſte Ioan. non eſt concupiſcentia ex Patre. At quomodo bonū, quod à Deo non eſt?

Sextò, concupiſcentia, per ſe immoderata eſt, & fræno indiget. Ergo mala.

Septimò, malum eſt inferiora reluctare ſuperioribus. At propter Concupiſcentiam, animæ inferior pars ſuperiori reluctat.

Octauò, ex PP. apud Auguſtinum lib. in Iulianum ſecundo.

[a] *v.* 21. ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται.

[b] 1. Cor. 7. *v.* 8. *Si non ſe continent, nubant: melius eſt nubere quam vri. v.* 6. *Iterum reuertimini in idipsū: hoc autem dico, ſecundum indulgentiam non ſecundum imperium.*

[c] 1. *Cor.* 9. *v.* 27.

[d] 2. *Cor.* 12. *v.* 7. 8. 9.

[e] *Galat.* 5. *v.* 22.

[f] *ibid. v.* 17.

[g] 1. *cap.* 1. *v.* 16.

Non ſolum concupiſcentiam ſed omnes humanas miſerias naturæ pœnas eſſe peccati.

Cap. XV.

[a] v. 13. & 21.

IGNORANTIAM *in mente*: Pſal. 48. [a] *Homo cum in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* At quomodo non intellexit, niſi per peccatum? cum antea tanta præditus eſſet intelligentia?

[b] v. 30.

Malitiam in voluntate. Eccleſiaſtæ. 7. [b] *Hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. Concupiſcentiam in inferiori parte,* eſſe pœnam peccati, ſatis docet Paulus Rom. 7. Nec enim ante peccatum vlla erat rebellio membrorum.

[c] v. 1.

Laborem, & dolorem in corpore. Geneſ. 3. *in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Eccleſiaſtici. 40. [c] *Iugum graue ſuper filios Adæ à die exitus de ventre matris ipſorum, vſque ad diem ſepulturæ in matrem omnium.*

[d] v. 12.

Mortem Rom. 5. [d] *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors*, & cap.

[e] v. 17.

6. *ſtipendia peccati mors.*

[f] v. 18. ἀποκαλύπτεται ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν, καὶ ἀδικίαν.

Irã Dei: Pſal. 33. [e] *Vultus Domini ſuper facientes mala.* Romanor. 1. [f] *Reuelatur ira Dei de cælo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam.*

Captiuitatem ſub diabolo. 2. Petr. 2. [g] *A quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt.*

[g] v. 19. ᾧ γὰρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται.

Crudelitatem hominis in hominem: Iacob. 4. [h] *Vnde bella, & lites in vobis? nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris.* At concupiſcentia ex peccato ortum habet.

[h] v. 1. πόθεν

Beſtiarum rebellionem. Nam ante caſum, parebant omnes Adamo, omnes enim ad eum venerunt, vt eis imponeret nomen: & ſerpens colloquebatur cum

cum muliere:nec mulier eum refugiebat tanquam inimicum.

Iniuriam Elementorũ,ipſa ſatis experientia probat.

πόλεμοι, καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν.

Quid ſentiant Neoterici hæretici de effectu originalis peccati.

CAP. XVI.

HÆRETICI huiuſce temporis alios tres præter iſtos numerant effectus originalis peccati.1.*amiſsionem liberi arbitrij.2.tantam in natura corruptionem, vt etiam iuſtificatus non poſsit non peccare ſemper.3.odiſſe Deum: fugere iudicium eius:deſperare de peccatorum remiſsione, & ſempiterna ſalute.*

Sed quamuis fateamur propenſionem in hæc peccata, & carentiam habitum virtutum eſſe peccati originalis effectus:tamen ad 1. negamus liberum arbitrium eſſe amiſſum,vt probabitur infra.ad 2.hominem perpetuo peccare eadem facilitate refellitur,qua dicitur.ad 3. motus huiuſmodi voluntarios eſſe,& proinde non poſſe ad pœnam peccati originalis ſpectare.

Laus Deo virginique matri.

Finis ſecundæ Controuerſiæ generalis.

TERTIA
CONTROVERSIA
GENERALIS,

Quæ eſt

DE REPARATIONE
GRATIÆ.

Ac primò de Gratia & libero arbitrio.
Secundò, de Iuſtificatione.
Tertiò: de Bonis operibus.

Digitized by Google

INDEX LIBRORVM, ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

De gratia, & libero arbitrio.

Cap. I. 2. & 10. *Partitiones Gratiæ.*
3. & 4. *An ſit reuera aliquis habitualis gratia gratum faciens.*
v. *Soluuntur obiectiones.*
vi. *De diſtinctione gratiæ à charitate.*
vii. *Soluuntur obiectiones.*
viii. *Charitatem eſſe virtutem creatam diſtinctam à Spiritu ſancto.*
ix. *Soluuntur argumenta.*
x. *Vide ſupra.*
xi. *De auxilio ſufficienti, & efficaci.*
xii. *In quo ſita ſit efficacitas gratiæ.*
xiii. *Soluuntur obiectiones.*
xiv. *De gratia operante, & cooperante.*

LIBER SECVNDVS.

Cap. I. *De auxilio ſufficienti opiniones.*
II. *Prima, & ſecunda propoſitio.*
III. *Soluuntur obiectiones.*
IV. *Tertia propoſitio.*
V. *Quinta.*

VI. *Sexta.*
VII. *Septima.*
VIII. *Soluuntur obiectiones.*
IX. *Definitio Prædeſtinationis.*
X. *Propoſitio octaua, quæ probatur diuinis literis.*
XI. *Ex traditione Eccleſiæ, ſiue ex PP.*
XII. *Rationibus ex ſcripturis, & traditione ſumptis.*
XIII. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis ſumptæ.*
XIV. *Soluuntur ex PP. ſumptæ.*
XV. *Ex ratione oſtendíturque homines gratis eligi ad gloriam.*
XVI. *Nona propoſitio, quæ eſt de Reprobatione.*
XVII. *De Angelorum electione.*

LIBER TERTIVS.

Cap. I. *SVmma tractationis de libero-arbitrio, quique hac de re ſcripſerint.*
II. *De nomine liberi-arbitrij.*
III. *Definitio liberi-arbitrij.*
IV. & V. *Quænam libertas ſit neceſſaria ad liberum-arbitrium.*
VI. *Soluuntur obiectiones.*
VII. *An liberum-arbitrium ſit potentia.*
VIII. *Probatur vltima opinio.*
IX. *Soluuntur obiectiones.*
X. *Liberum-arbitrium, qualis ſit potentia.*
XI. *Soluuntur obiectiones.*
XII. *Per liberum-arbitrium non expeti mala, ſed bona.*
XIII. *An liberum-arbitrium ſit præſentium, & futurorum.*
XIV. *An ſit finis, & mediorum.*
XV. *Subiectum liberi-arbitrij ſolùm eſſe naturam intelligentem.*
XVI. *Deum eſſe liberi-arbitrij.*
XVII. *Soluuntur obiectiones.*
XVIII. *Quare Deus Angelos, & homines libero donauerit arbitrio.*

LIBER QVARTVS.

Cap. I. & II. *Poſſe cognoſci viribus naturæ Deum vnum eſſe.*

III. *Soluuntur obiectiones.*

IV. *Requiri & ſufficere ſufficiens Dei auxilium generale ad actiones naturales, & ciuiles.*

V. *An homo liberum-arbitrium habeat, in operibus naturalibus ciuilibus.*

VI. *Temerè mutaſſe aduerſarios nomen liberi-arbitrij in ſerui-arbitrij nomen.*

VII. *Fide certum eſt hominem poſt lapſum, eſſe liberi-arbitrij in ciuilibus actionibus.*

VIII. & IX. *Probatur ex PP. libertas in ciuilibus actionibus.*

X. *Lumine naturali euidens eſſe hominis liberum-arbitrium in actionibus ciuilibus.*

XI. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis petitæ.*

XII. *Soluuntur ex Auguſtino.*

XIII. *Soluuntur ex præſcientia diuina.*

XIV. *Soluitur petita ex determinatione conſilij voluntatis diuinæ.*

XV. *Explicatur vna ratio concordiæ diuinæ cooperationis cum libero-arbitrio.*

XVI. *Explicatur altera.*

LIBER QVINTVS.

Cap. I. *Poſsitne homo viribus naturæ, ſine auxilio gratiæ ſpecialis verum aliquod morale cognoſcere?*

II. *Secunda opinio probatur.*

III. *Soluuntur obiectiones.*

IV. *De viribus humanæ voluntatis circa bonum morale opiniones.*

V. *Prima propoſitio.*
VI. *Soluuntur obiectiones.*
VII. *Secunda propoſitio.*
VIII. *Soluuntur obiectiones.*
IX. *Tertia propoſitio.*
X. *Soluuntur obiectiones ex ſcriptura.*
XI. *Ex PP.*
XII. *Ex ratione.*
XIII. *Sitne homo in ſtatu naturæ lapſæ liberi arbitrij? & calumnia quædam Heshuſij*
XIV. *Primum argumentũ pro ſententia Catholicorum.*
XV. *Secundum.*
XVI. XVII. *Tertium & quartum.*
XVIII. *Quintum.*
XIX. *Sextum.*
XX. *Septimum.*
XXI. *Octauum.*
XXII. *Nonum, & decimum.*
XXIII. *Vndecimum*, 12. 13. 14. 15.
XXIV. *Probatur eadem ſententia ex PP. Græcis.*
XXV. *Ex PP. Latinis.*
XXVI. *Teſtimonia Auguſtini ante exortam Pelagianam hæreſim.*
XXVII. *Teſtimonia eiuſdem poſt eamdem exortam hæreſim.*
XXVIII. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis petitæ.*
XXIX. *Soluuntur ex Auguſtino.*

LIBER SEXTVS.

Cap. I. & II. *AN poſſint credi myſteria fidei ſine auxilio ſpeciali.*
III. *Soluuntur obiectiones.*
IV. *Non poſſe voluntatem humanam aliquid velle, ad pietatem pertinens, ſine auxilio gratiæ Dei.*
V. *Non poſſe hominem ſe, ſolis viribus naturæ ad gratiam præparare.*

VI. *Soluuntur argumenta.*
VII. *Partitio dilectionis: & non poſſe, ſine auxilio gratiæ diligi Deum.*
VIII. *Soluuntur argumenta.*
IX. *Sententia hæreticorum, de libero-arbitrio, in operibus ſpectantibus ad ſalutem.*
X. *Probatur ex ſcripturis liberum-arbitrium in actionibus pijs, & ſalutaribus.*
XI. *Probatur ex PP.*
XII. *Rationibus.*
XIII. *Diluuntur obiectiones ex ſcripturis.*
XIV. *Ex Auguſtino.*
XV. *Summa diſputationis, de cooperatione gratiæ, cum libero-arbitrio.*

DE IVSTIFICATIONE,

Liber primus.

Cap. I. *Varia iuſtitiæ, ac Iuſtificationis acceptio.*
II. *Cauſa Iuſtificationis.*
III. *Qui ſcripſerint de Iuſtificatione.*
IV. *Quid ſit fides Iuſtificans.*
V. & VI. *Refellitur hæreticorum error de fide Iuſtificante.*
VII. *Fidem iuſtificantem, non tam eſſe notitiam, quam aſſenſum.*
VIII. *Fidei iuſtificantis obiectum non eſſe ſpecialem miſericordiam, ſed omnia reuelata à Deo.*
IX. *Probatur ex traditione Eccleſiæ.*
X. *Rationibus.*
XI. *Soluuntur obiectiones.*
XII. XIII. XIV. *Solam Fidem non iuſtificare.*
XV. *Fidem veram à charitate, alijſque virtutibus ſeparabilem eſſe.*
XVI. XVII. XVIII. *Fidem ſolam non iuſtificare alijs argumentis probatur.*
XIX. vſque ad XXIV. incluſiuè. *Soluuntur argumen-*

ta ex ſcripturis.
XXV. Ex PP.

LIBER SECVNDVS.

Cap. I. & II. VAriæ de formali cauſa iuſtificationis ſententiæ.
III. Pars affirmatiua, ſiue vera ſententia probatur.
IIII. Fidem non eſſe integram formalem cauſam iuſtificationis
V. Formalem cauſam iuſtificationis non eſſe Dei iuſtitiam eſſentialem.
VI. Iuſtificationem noſtram non conſtare ſola remiſſione peccatorum.
VII. Neque in ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti.
VIII. Traditio veterum de iuſtitia inhærente.
IX. Soluuntur argumenta ex epiſtola ad Romanos.
X. Soluuntur ex epiſtolis ad Corinthios.
XI. Soluuntur ex epiſtolis ad Epheſios.
XII. Soluuntur alia duo.
XIII. Ex PP.
XIV. Ex ratione,
XV. Iuſtitiam qua formaliter iuſtificamur eſſe habitualem.
XVI. Soluuntur obiectiones.

LIBER TERTIVS.

Cap. I. & II. DE erroribus circa certitudinem iuſtificationis.
III. Vera ſententia.
IV. V. VI. Probatur ex ſcripturis.
VII. Ex PP.
VIII. Rationibus.
IX. Soluuntur argumenta ex ſcripturis.
X. Ex PP.
XI. Ex rationibus.

XII. *Refellitur error de certitudine prædeſtinationis.*
XIII. *Soluuntur obiectiones.*
XIV. *Fidem, ac iuſtitiam non eſſe propriè electorum: & ſemel habitam amitti poſſe.*
XV. *Soluuntur obiectiones.*
XVI. *Non omnes iuſtos pares eſſe.*

LIBER QVARTVS.

Cap. I. *HÆreticos huius temporis negare operum neceſſitatem.*
II. *Refellitur diſcrimen aduerſariorum inter legem, & Euangelium.*
III. *Primum diſcrimen inter legem, & Euangelium.*
IV. *Secundum.*
V. *Refellitur falſa libertas Chriſtiana.*
VI. *Aſſeritur vera.*
VII. *Probatur ex ſcripturis neceſſitas operũ ad ſalutem.*
VIII. IX. *Ex PP. & ratione.*
X. & XI. *An lex impleri valeat ita vt opera iuſtorum ſint meritoria.*
XII. *Probatur ex PP. poſſe impleri.*
XIII. *Rationibus.*
XIV. *Soluuntur obiectiones.*
XV. *Iuſtorum opera non eſſe peccata, ſed verè iuxta.*
XVI. *Probatur ex PP.*
XVII. *Rationibus.*
XVIII. XIX. *Huiuſmodi opera iuſtificare probatur ex ſcripturis.*
XX. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.*
XXI. *Ex PP.*

LIBER QVINTVS.

Cap. I. *OPiniones de meritis operum.*
II. *Probatur ex ſcripturis, iuſtorum opera rectè vocari merita.*

III. *Meritoria eſſe vitæ æternæ.*
IIII. *Ex PP. probatur.*
V. *Soluuntur obiectiones, ex ſcripturis.*
VI. *Ex PP.*
VII. *Quomodo fiducia in meritis collocari poſſit.*
VIII. *Licitum eſſe operari bona opera intuitu mercedis æternæ.*
IX. *Soluuntur obiectiones.*
X. *Ad meritum requiri liberum arbitrium.*
XI. *Soluuntur obiectiones.*
XII. *Ad meritum requiri ſtatum gratiæ.*
XIII. *Soluuntur obiectiones.*
XIIII. *Requiri promiſſionem vitæ æternæ gratuitam.*
XV. *Requiri Charitatem.*
XVI. XVII. *An opera ex Charitate facta ſint meritoria vitæ æternæ ex condigno.*
XVIII. *Soluuntur obiectiones.*
XIX. *Deum remunerare ſupra condignum.*
XX. *Primum gradum vitæ æternæ haberi ab adultis, iure hæreditatis & mercedis.*
XXI. *Gratiam iuſtificationis non cadere ſub meritum, ſed benè eius augmentum.*
XXII. *Reparationem poſt lapſum, & perſeuerantiam vſque in finem non cadere ſub meritum de condigno, ſed ſolum de congruo.*

DE BONIS OPERIBVS.

LIBER PRIMVS.

Qui eſt de Oratione.

Cap. I. *Definitio orationis.*
II. *Partitiones orationis.*
III. *De neceſſitate, & vtilitate orationis.*
IV. *De excellentia orationis Dominicæ.*
V. *De numero, & ordine petitionum orationis Dominicæ.*
VI. *Explicatur oratio Dominica.*

VII. *Solius creaturæ rationalis proprium eſſe orare.*
VIII. *Non ſolùm generatim, ſed etiam in ſpeciali pro certis hominibus orari poſſe.*
IX. *Conditiones orationis.*
X. *De nomine, & definitione officij diuini.*
XI. *De partibus officij diuini.*
XII. *Hæretici reprehendentes horas canonicas.*
XIII. *Antiquitas, & inſtitutio horarum canonicarum.*
XIIII. *Antiquitas ſingularum partium officij diuini.*
XV. *De antiphona, Salue Regina.*
XVI. *De cantu in officio diuino.*
XVII. *Soluuntur obiectiones.*
XVIII. *De requiſitis ad officium diuinum perſoluendum.*
XIX. *Qui teneantur, ſiue deputentur ad huiſmodi officium.*

LIBER SECVNDVS,
Qui eſt de Ieiunio.

Cap. I. *De nomine, & varia acceptione ieiunij.*
II. *Vnicam refectionem eamque cœnam in ieiunio eſſe debere.*
III. *Hæreſes circa ciborum delectum.*
IIII. *Calumnia hæreticorum neotericorum.*
V. *Ad rationem ieiunij abſtinentiam à certis cibis pertinere.*
VI. *Ieiunium in genere eſſe diuina lege præceptum.*
VII. *Lege Eccleſiaſtica obligari fideles in conſcientia ad ieiunia quædam, & ciborum delectum.*
VIII. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.*
IX. *Soluuntur ductæ ex antiquitate.*
X. *Quinam excipiantur à ieiunio.*
XI. *De fructibus ieiunij.*
XII. *Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.*
XIII. *Ex PP.*
XIIII. *De origine Quadrageſimæ.*
XV. *De Quadrageſimæ varietate.*
XVI. *De ratione Quadrageſimæ inſtituendæ.*

XVII. *De ieiunio feriæ quartæ, & ſextæ.*
XVIII. *De ieiunio Sabbathi.*
XIX. *De origine, varietate & cauſa ieiunij quatuor temporum.*
XX. XXI. *De ieiunio Aduentus, & rogationum.*
XXII. *De ieiunio vigiliarum, & ſtationibus,*
XXIII. *De diebus quibus ieiunare non licet.*
XXIIII. *De fraudibus Kemnitij in hiſtoria antiquitatis.*

LIBER TERTIVS.

Qui eſt de Eleemoſyna.

Cap. I. *Qvid ſit Eleemoſyna.*
II. *Partitio Eleemoſynæ per partitionem miſeriarum.*
III. & IIII. *De fructu Eleemoſynæ.*
V. *Vnde ſumatur Eleemoſynæ magnitudo.*
VI. *Eſſe præceptum aliquod eleemoſynæ, reuocarique ad quartum decalogi.*
VII. *Diuites obligari diuino præcepto ad eroganda pauperibus ſuperflua.*
VIII. *Quomodo ſit eleemoſyna eroganda.*
IX. *Quando ex malè partis eleemoſyna fieri debeat.*
X. *Diuitias non eſſe Chriſtianis illicitas.*
XI. *Soluuntur obiectiones.*
XII. *Quis Eleemoſynam facere, & cui fieri debeat.*
XIII. *Quomodo ſit eleemoſyna facienda.*

IVDICIVM DE LIBRO CONCORDIÆ

Lutheranorum nuper edito,

De Vanitate concordiæ
Primus error concordiæ.
2. 2. 3. 4. 5. & 6.
Mendacia.

LIBER

4. & cap. 11. v. 6.

Creata: nimirum res quæcumque à Deo

Digitized by Google

Digitized by Google

Obſeruandum.

PRimò, *gratiam* [a] *præuenientem,* [b] *& ſubſequentem,* referri, iuxta Bellarminum, tum ad *gratiam excitantem,* & *adiuuantem*: tum ad *operantem*, & *cooperantem.*

[*Secundò,* [c] nonnullis idem eſſe *auxilium excitans, ac præueniens*, & *operans*: nimirum ſanctam cogitationem: quæ etſi reuera ſit actus noſter vitalis, tamen noſtrum præuenit conſenſum. Idem quoque, *adiuuans, ac cooperans, & concomitans*: nimirum ipſammet eandem gratiam excitantem cum iam noſter interuenit conſenſus,]

[d] *Tertiò*, gratias gratis datas. 1. à ſe inuicem ſeiungi poſſe. [e] *Alij enim datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ: alij ſermo ſcientiæ*, &c. 2. ſeparari à Charitate poſſe. Nam [f] Cayphas impius, prophetauit.

Quartò, probabilius videri idem eſſe, *ſermonem ſapientiæ*. 1. Corinth. 12. ac [g] *ſpiritum ſapientiæ* Iſaiæ 11. v. 2. Item: *ſermonem ſcientiæ*, ac *ſpiritum ſcientiæ*. 1. quia Auguſtinus [h] 12. Trinit. docet, *ſapientiam*, in illo Pauli loco, eſſe contemplationem rerum æternarum: *ſcientiam* verò, cognitionem agendarum, vel fugiendarum. At hoc eodem modo [i] diſtinxit ſapientiam, & ſcientiam Iſaiæ 11. Ergo, &c. 2. quod vocauerat Paulus: *ſermonem ſapientiæ*, vocat. cap. [k] 13. notionem omnium myſteriorum. At huiuſmodi notio ſpectat ad Sapientiæ ſpiritum.

Quintò, dona Spirituſſancti à Charitate ſeparari poſſe, tum quia notionem omnium myſteriorum Paulus docet haberi poſſe, ſine Charitate, tum quia Auguſt. [l] ait timorem, de quo dicitur [m] *Initium ſapientiæ timor Domini*, eſſe vnum ex ſeptem donis ſpirituſſancti. At huiuſmodi timor [n] ſeruilis eſt, ac proinde ſine Charitate: tum quia videmus multos probæ vitæ adeo ſtolidos: vt ridiculum ſit, eis aſcribere donum ſapientiæ, ſiue ſcientiæ.

Sextò, poteſtatem conferendi Sacramenta, non eſſe gratiam gratis datam, ſtrictè ſumptam, ſiue vt

[a] *Pſal.* 58. *v.* 11. *Miſericordia eius præueniet me.*

[b] *Pſal.* 22. *v.* 6. *Et miſericordia tua ſubſequetur me.*

[c] *vt Gabriele Vaſquez in* 1. *D. Thom. diſput.* 88. *cap.* 9.

[d] CAP. 10.

[e] 1. *Cor.* 12.

[f] *Ioan.* 11. *v.* 49. 50. 51.

[g] *quem vnum ex ſeptem donis Spirituſſancti faciunt Theologi.*

[h] *cap.* 14. *ac* 15. *& lib.* 13. *cap.* 19. *ac* 20.

[i] *lib.* 1. *de ſermone Domini in monte.*

[k] *v.* 2.

[l] *ſupr. cap.* 9.

[m] *Pſal.* 110. *v.* 10.

[n] *ſolùm enim viam ad Charitatem parat.*

à Theologis ſumitur. 1. quia huiuſmodi gratia datur ad [o] manifeſtationem ſpiritus operantis in nobis. At poteſtas conferendi Sacramenta eſt occulta,& potius eget fide vt credatur ineſſe, quam ipſa,fidem aliis faciat rebus. 2. gratia gratis data, non diſtribuitur cuicumque accipere volenti : ſed ad ſolum beneplacitum Dei. At poteſtas conferendi Sacramenta datur cuicumque volenti ſuſcipere ordines. 3. gratia gratis data eſt immediatè à Deo poteſtas conferendi Sacramenta, non niſi mediante homine.

[o] 1. *Cor.* 12. *v.*7. *Qui enim (verbi gratia) miracula patrat, manifeſtat Spiritum-ſanctum operari tanquam authorem illius doni.*

Septimò,gratiam gratum facientem, nobiliorem eſſe gratia gratis data. 1. quia illa ex ſe nos vnit Deo:hæc verò minimè. 2. quia id aſſerit Paulus 1.Corinth.13.

An ſit reuera aliqua habitualis Gratia gratum faciens.

CAP. III. & IIII.

[a] NEGANT [b] Caluinus [c] Kemnitius [d] Tilmanus Heshuſius,& [e] Albertus Pighius a [f] nonnulliſque tribuitur hæc ſententia Petro Lombardo.

[g] At Gratiam dari habitualem,nimirum: *qualitatem diuinam animæ inhærentem veluti lucem, qua animæ maculas deleat pulchramque, & Deo ſupernaturaliter gratam, atque habilem ad omnia Chriſtianæ pietatis officia reddat. Probatur.*

Primò, [k] *Quemadmodum per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi. Ita per obedientiam vnius hominis iuſti conſtituentur multi.* At conſtituuntur multi peccatores per veram iniuſtitiam animæ inhærentem , ad modum habitus. Ergo & conſtituuntur iuſti per veram qualitatem animæ inhærentem.

[a] CAP. 3.
[b] *in Antidoto ſeſsionis 6. cap. 7. Cōcilij Tridentini.*
[c] 1 *par. Exam. pag.* 640. *editionis anni* 1566. *in parua forma.*
[d] *lib. de* 600. *erroribus Pontificiorum.*
[e] *lib.* 5. *de libero arbitrio.*
[f] *vt* D. *Tho.* 2.2.*q.*23.*ar.*2.
[g] *ita ſentiunt communiter* DD.1.*diſt.*17. & *lib.* 2. *diſt.* 26. & 27.
[l] CAP. 4.
[k] *Rom.* 5. *v.* 19.

Secundò, Ioan. [l] 4. & [m] 7. dicitur, *Spiritus ſanctus fieri in credentibus, fons aquæ* [o] *ſalientis in vitam æternam.* At 1. Spirituſſanctus non inhabitat iuſtificatos ratione iuſtificationis, niſi per gratiam gratum facientem, ſiue charitatem: idque tandiu permanenter, quandiu non aderit peccatum mortale. 2. Per huiuſmodi fontem, optime poteſt ipſa intelligi gratia, tum quia creaturæ proprium eſt fieri. tum quòd eiuſdem ſoleant eſſe naturæ fons, & aqua ſaliens inde. Non eſt autem dubium, quin aqua ſaliens ex illo ſpirituali fonte Ioan. 4. ſit reuera aliquid creatum, & non ipſa Spirituſſancti ſubſtantia. Quare & ipſe fons erit ipſamet gratia. At fons rem permanentem ſignificat. Ergo &c.

Tertiò, Rom. 5. [p] *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* At diffundi in cor noſtrum, nō eſt propriè fauoris externi: aut actionum noſtrarum, quæ potius dici deberent, *effundi ex corde.* Ergo ſignificabit, ipſam Charitatis qualitatem, in nobis habituali realitate manentem.

Quartò, comparatur gratia [q] *ſigillo, & pignori:* [r] *vnctioni:* [s] *Semini.* At hæc ſunt res creatæ, atque permanentes.

Quintò. ex PP. qui etſi nomen *qualitatis*, vel *habitus*, non exprimant: tamen ita rem deſcribunt vt paruo negotio intelligi poſſit noſtram ſententiam eſſe veterum teſtimoniis conformem, vt conciliū [t] Vienneſe loquitur

[u] Dionyſ. *Primus ad diuina motus, Dei dilectio eſt. Porrò ſacræ dilectionis ad diuina mandata facienda principalis omninò progreſſus eſt, ſecretiſſima illa, & ineffabilis operatio, qua diuinus in nobis ſtatus efficitur.* Quid eſt, *diuinus ſtatus*, niſi qualitas ſiue donum ſtatum, & permanens, nobis diuinitus collatum?

Irenæ. [x] *Cum Spiritus commixtus animæ vnitur plaſmati, propter effuſionem ſpiritus vitalis, & perfectus homo factus eſt. Et hic eſt qui ſecundum imaginem, & ſimilitudinem factus eſt Dei.* At commixtionis, & effuſio-

[l] *v.* 14.
[m] *v.* 38.
[o] *ſicut aquæ tantum aſcendunt, quantum locus eſt altus, vnde fluunt: fons videlicet ipſe: ſic aquæ fluentes in nobis ex Spiritu ſancto, aſcendunt, vſque ad ipſum Spiritum ſanctum, per meritum viſionis beatæ.*
[p] *v.* 5. ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.
[q] 2. *Cor.* 1. *v.* 21. & 22.
[r] 1. *Ioan.* 2. *v.* 27.
[s] 1. *Ioan.* 3. *v.* 9.
[t] *Clement.* 1. *de Summa Trinit. & fide Catholica.*
[u] *cap.* 2. *par.* 1. *Eccleſ. Hierarch.*
[x] 5. *cap.* 6.

nis vocabula, rem permanentem demonſtrant.

Cyprianus [y] *Poſtquam vnda genitalis auxilio, ſuperioris æui labe deterſa in expiatum pectus, ac purum deſuper ſe lumen infundit, poſtquam cœlitus ſpiritu hauſto, in nouum me hominem natiuitas ſecunda reparauit: ſcis ipſe profecto, quid detraxerit nobis, quidue contulerit mors iſta criminum, vita virtutum.*

Baſil. [z] *Sicut cernendi vis eſt in oculo ſano, ſic & operatio Spiritus in anima purgata: & quemad. ars eſt in eo* [a] &c.

Ambroſ. [b] *Pictus es ergo, ô homo, & pictus à Domino Deo tuo, bonum habes artificem, atque pictorem. Noli bonam delere picturam, non fuco, ſed veritate fulgentem, nec cerâ expreſſam, ſed gratia.* At pictura res permanens eſt.

Nazianz. [c] loquens de effectu gratiæ poſt Baptiſmum. *Nouos* (inquit) *ex veteribus, ac Dei ſimiles efficit: abſque igne, conſtans, & ſine confractione irradians.*

Hierony. [d] animam deſcribens peccatricem: *Nudata eſt* (inquit) *domus Dei omnibus ornamentis ſuis, cunctiſque, quæ diuinitus conſecuta fuerat, ſpoliata muneribus, remanſit deformis, ac turpis.*

Chryſoſto. [e] *Qui crimine, Regis beneficio abſolutus eſt, inquinatum animum ſeruat: quem abluit Baptiſma, non item, ſed ſolis radiis puriorem mentem habet.* Item: homil. ad Neophytos, docet conferri infantibus Sanctitatem, & iuſtitiam: quæ certè non niſi habitualis eſſe poteſt.

Auguſt. [f] *Ille in quo omnes viuificabuntur, præterquam quod ſe ad iuſtitiam, exemplum imitantibus præbet: dat etiam ſui Spiritus occultiſſimam gratiam, quam etiam latentes infundit in paruulis.*

Cyrillus Alexandr. [g] *Formatur in filium Dei, intelligibiliter informatus diuinarum legum ſcientiâ, ad ſpeciem effigiemque excellentem, quæ virtutum ornatu in animis hominum inhæret, ac inſidet: hæc autem pulchritudo intelligi poteſt ſpiritualis: formatur etiam veluti in Chriſto per S. Spiritus participationem, ad ipſius ſpeciem.*

[y] 2. li. epiſt. 2.

[z] *lib. de Spiritu ſancto cap. 26.*

[a] *qui nactus eſt illam: ita gratia Spiritus in eo, qui recepit ſemper quidem præſens, at non perpetuo operans.*

[b] *6. Hexamer. 8.*

[c] *orat. in Sanctum lauacrū.*

[d] *præfat. comment. in Threnos.*

[e] *homil. 40. in 1. Corinth.*

[f] *1. de peccator. mer. 9.*

[g] *4. libr. commentar. in Iſaiā orat. 2. explicans illud capitis 44. Memento horum Iacob, &c.*

Scribit

Scribit ſiquidem ad Galatas diuinus Paulus: Filioli quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Formatur autem in nobis Chriſtus, ſancto Spiritu nobis diuinam quandam formam, per ſanctificationem & iuſtitiam indente, ſic enim in animis noſtris elucet character ſubſtantiæ Dei ac Patris.

Sextò, quando [h] Deus diligit aliquem, antea quem non diligebat: vel mutatio fit in Deo, vel homine. non in Deo, vt patet. Ergo in homine. At quæ mutatio illa eſſe poteſt, niſi per donum aliquod [i] ſupernaturale, & creatum, quo efficiatur homo gratus in oculis Dei?

[h] *Nam diligit iuſtos & odio peccatores habet.*
[i] *v. 4.*

Septimò *diligere aliquem*, eſt illi velle bonum. Amor autem Dei efficax eſt. Ergo, *à Deo diligi iuſtos*, eſt *illis conferri*, *reuera aliquod donum.*

Octauò, Homo debet opera ſupernaturalia facere, vt perueniat ad æternam ſalutem. Sed huiuſmodi opera prærequirunt ſupernaturalem formã. Nam talia ſunt opera, qualis forma. Ergo huiuſmodi, formam habet homo, per quam operetur Vnde 2. Petri 1. dicimur *effici conſortes diuinæ naturæ.* At hæc forma, eſt illa gratia, de qua diſputamus. Igitur, &c.

Nonò, homo non eſt Iuſtus ſolùm cum operatur: ſed etiam cum dormit, & nihil agit. Ergo dicitur Iuſtus à permanente habitu.

Decimò, regeneramur Baptiſmo, At regenerari, non eſt operari: ſed aliquam nouam accipere formam.

Vndecimò, *Nos attendentes* (inquit Clemens 5.) *generalem efficaciam mortis Chriſti opinionem ſecundam* (*quæ dicit tam paruulis, quam adultis conferri in Baptiſmo informãntem gratiam, & virtutes*) *tanquam probabiliorem & dictis SS. ac DD. Modernorum Theologiæ magis conſonam, & concordem, ſacro approbante Concilio duximus eligendam.*

Duodecimò, ex Concil. Trident. tum [l] cap. 7. ſeſſ. 9. tum [m] can. 3.

[k] *Clement. 1.*
[l] *Charitas* (inquit) *diffunditur in cordibus eorũ qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret.*
[m] *quo diſtinguit gratiam Iuſtificationes ab actionibus charitatis.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. V.

[a] 3. *Hypognoſtici.*

PRIMA [a] Aug. comparat *liberum arbitrium* iumento, *gratiam Dei*, ſeſſori, à quo iumentū regitur. Et epiſtola 106. ait in operibus gratię voluntatem noſtram comitem eſſe, non ducem: pediſſequam, non præuiam.

Reſpondeo, ſenſum eſſe, *Deum habitare in nobis per gratiam: noſque variis mouere ac regere auxiliis*: ſicut ſeſſor, mediante ſella, & aliis ad frænandum equū inſtrumentis, nunc illo nunc iſto motu, equum agit & regit: At aliquando fieri poteſt, vt quietè maneat equus, cum inſidente ſeſſore. Ergo pariter, iuxta Auguſtinum, permanebit in nobis, habitualiter, auxilium Dei.

[b] *cap. 18.*

Secunda, libro 1. [b] de peccator. merit. videtur ad Pelagianam reuocare hæreſim, aſſerere, *neceſſariam eſſe gratiam habitualem, vt euehamur in adoptionem filiorum Dei.*

Reſpondeo, non negare habitualem gratiam: ſed ſolum contendere Pelagianę hæreſis eſſe, velle hanc gratiam nihil prodeſſe ad originalis remiſſionem peccati.

Tertia lib. 6. in Iulianum 4. docet, nullam eſſe cauſam excludendi paruulos à regno cœlorum: ſi originali careant peccato: quamuis non regenerentur in Chriſto, per Baptiſmum.

Reſpondeo, id non velle Auguſtinum: ſed, ſolum, *nullam eſſe rationem*, in huiuſmodi caſu, eos excludendi ab adoptione, id eſt à gratia: & per hoc, à regno. Adoptio namque ſine gratia non fit.

De diſtinctione gratiæ, à charitate.

CAP. VI.

PRIMA [a] opinio contendit *eas,* [b] *re & ratione diſtingui.*

Secunda, [c] eas diſtinguit *non re, ſed* [d] *formaliter tantum.*

Tertia, [e] diſtingui vult *tantum ratione* [quam vocant ratiocinata ita vt ſit vnus, & idem Entitatis gradus, per diuerſum tantum reſpectum diſtinctus.] Dicitur enim gratia, qua parte ſubiectum reſpicit, atque ipſum exornat hominem Deoque reddit amabilem. Dicitur charitas, qua parte reſpicit opus, & voluntatem efficit promptam, ad diligendum ſuper omnia Deum.

Quarta, [f] *vult ſolum diſtingui nomine* [ſiue ratione ratiocinantis.] Quæ videtur improbabilior. Nam aliud eſt, *eſſe alteri charum*, quod fit per gratiam, aliud alterum habere charum : quod fit per charitatem.

Propoſitio. *Gratia, ratione tantum diſtinguitur à charitate.*

Probatur primò, quia Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. [g] affirmat vnicam eſſe formalem noſtræ iuſtificationis cauſam eamque in fide,

[a] *Thom. 1. 2. q. 110. ar. 3. &* [b] *4. Capreoli in 2. Sent. Caiet. in 1. 2. Dominici à Soto lib. 2 de natura & Gratia 17. & 18.*

[b] *ita vt Gratia ſit per totã animæ ſubſtantiam diffuſa tãquam in ſubiecto, ex qua fluant diuerſi virtutum habitus : ſicut ex anima fluunt eius potentiæ. Charitas vero ſit in ſola volũtate.*

[c] *Alenſ. par. 3. Summa q. 69. membr. 2. ar 4. Alber. 2. ſent. diſt. 26. ar. 3.*

[d] [*ſiue ex natura rei : ita vt ſe habeant ſicut diuerſi gradus entitatis vnius & eiuſdem rei : quorum vnus non ingrediatur per ſe, alterius conceptum : ſicut rationalitas, & animalitas in homine.*]

[e] *eiuſdem Alenſ ſup. q. 12. de Pœnit. membr. 3. Richardi Scoti, Gabrielis, Maioris in 2. diſt. 26.*

[f] *Durandi in 2. diſt. 26. q. 1. numero 8.*

[g] *Vnica* (inquit) *formalis cauſa eſt* (*ſtilicet Iuſtificationis*) *iuſtitia Dei : non qua ipſe iuſtus eſt : ſed qua nos iuſtos facit, &c. dum Sanctiſsima paſsionis merito charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iuſtificantur, &c.*

ſpe, & maximè charitate conſiſtere.

Secundò, idem docet cap. 10. Iuſtitiæ incrementum ab Eccleſia poſtulari, cum ita orat: *Da nobis Domine, fidei, ſpei, & charitatis argumentum.*

Tertiò, quia PP. perpetuo iuſtitiam, qua iuſtificamur coram Deo, eique reddimur grati, conſtituunt in virtute, ac præſertim in charitate.

Auguſt. [h] *Charitas eſt veriſſima, pleniſſima, perfectiſſimaque iuſtitia.*

Quartò, quidquid doctores opinionis contrariæ tribunt gratiæ, tribuitur in ſcripturis, ipſi charitati.

Primum, *dare animæ eſſe quoddam ſupernaturale, quo dicatur homo filius Dei per participationem.*

At 1. *videte* [i] (inquit Ioannes) *qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.* 2. tunc accipit homo illud ſupernaturale, *eſſe*, cum regeneratur, per charitatem autem fit regeneratio tum ex 1. Ioan. 4. [k] *omnis qui diligit, ex Deo natus eſt.* tum quia, ſemen, quo regeneramur eſt [l] verbum Dei. 1. Petri 1. verbum, autem gignitur per fidem quæ per dilectionem operatur [m] Rom. 10. & [n] Galat. 5.

Secundum, dicitur gratia, *animæ vita.* De charitate: [o] *Nos ſcimus, quia tranſlati ſumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres.* qui *non diligit fratrem manet in morte.*

Tertium, *per gratiam, inhabitare Spiritum ſanctum in nobis.* De charitate Rom. 5. [p] *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus*, &c.

Quartum, *per gratiam iuſtificari à peccato.* De charitate Luc. 7. [q] *Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum.*

[h] *lib. de natura, & gratia cap. 42. vide alia teſtimonia cap. 2. lib. de ſtatu Innocentiæ: quibus probatur diſcrimē inter imaginē, & ſimilitudinem Dei.*

[i] 1. *Ioan.* 3 *v.* 1. ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατὴρ, ἵνα τέκνα θεοῦ κληθῶμεν.

[k] *v.* 7. πᾶς ὁ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται.

[l] 1. *Petr.* 1. *v.* 23. *Renati non ex ſemine corruptibili: ſed incorruptibili, per verbum Dei viui.*

[m] *v.* 17. *fides ex auditu, auditus eſt autem per verbum Dei.*

[n] *verſ.* 6. *In Chriſto Ieſu ne circuncisio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per Charitatem operatur.*

[o] 1. *Ioan.* 3. *v.* 14. ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν, ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφούς. ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν τῷ θανάτῳ.

[p] *v.* 5.

[q] *v.* 47.

Quintum, *eſſe fontem omnium virtutum.* De charitate Rom. [r] 13. *Plenitudo legis eſt dilectio.* 1. Corinth. 13. *Charitas patiens eſt, benigna eſt,* &c. *omnia credit, omnia ſperat,* &c.

Sextum, *ſeparare filios regni, à filijs gehennæ.* De charitate Iacobi [s] 1. Repromiſit Deus coronam diligentibus ſe. vnde Auguſtinus: [t] *Sola charitas* (inquit) *diuidit inter filios regni, & filios damnationis æternæ.*

Septimum, *eſſe, donorum omnium creatorum maximum.* De charitate Coloſſ. 3. [u] *ſuper omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.*

Octauum, *coniungere Deo.* neque enim gratia aliquid maius efficere poteſt. De charitate. 1. Ioan. 4. [x] *Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.*

Nonum, *facere amicos Dei.* De charitate: [y] *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis.* Qua virtute autem meritoriè operamur, niſi charitate?

Decimum, *facere gratioſos, ac formoſos in animâ.* At charitas eſt illa nuptialis veſtis, cuius defectu mittuntur homines in tenebras exteriores teſte [z] Gregorio.

Quintò, probatur propoſitio: ſi gratia diſtingueretur à charitate, fide, ac ſpe: ſicut anima à potentijs ſuis: vel, lumen rationis à virtutibus: ſublatâ gratiâ, nulla remaneret fides, aut ſpes: at nihilominus remanent. Igitur ſignum eſt, ipſam gratiam eſſe ipſaſmet virtutes infuſas, & charitatem præcipuè.

Sextò, gratia propriè opponitur culpæ. Sed culpa tam actualis, quam habitualis eſt in voluntate ſola. Igitur & ſimiliter gratia. At quæ ſit illa in voluntate qualitas ſupernaturalis, qua Deo ſimus grati, præter charitatem, aſſignari nequit. Ergo, &c.

Septimò, gratia reſpondet gloriæ. Sed gloria non erit habitus per totam diffuſus animam, ſed coniunctio cum Deo per viſionem, & amorem. Igitur & ſimiliter gratia.

[r] v. 10.
[s] v. 12.
[t] 15. *Trinit.* 18.
[u] v. 14. ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην (ἔχετε) ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος.
Hinc Aug. ſup. Nullũ eſt (inquit) *iſto Dei dono excellentius. Dantur & alia per Spiritum ſanctum: munera ſed ſine Charitate nihil proſunt.*
[x] v. 16. ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστί. καὶ ὁ μένον ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ θεῷ μένει.
[y] *Ioã.* 15. v. 14. ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν.
[z] *homil.* 38.

Octauò, per gratiam formaliter iuſtificamur. At iuſtitia, virtus animi eſt in voluntate ſita. Igitur & gratia.

Soluuntur obiectiones.

CAP. VII.

[a] *ſupra.*

[b] *ſupr. cap. 7.*

[c] *can. 11.*

PRIMA,[a] Concilium Viennẽſe definit, dari in paruulis, per Baptiſmum, informantem gratiam, & virtutes à quibus certe non excludes charitatem.[b] Tridentinum ait, iuſtificationem, *eſſe renouationem interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum.* Item, damnat aſſerentes,[c] *Iuſtificari impium, excluſa gratiâ, & charitate.* At vbique vides gratiam à charitate diſtingui.

Reſpondeo, per *gratiam, & virtutes ſiue dona,* intelligi charitatem, & cæteras virtutes: per gratiam, & charitatem, vnum & idem: nempe, *charitatem ipſam:* quomodo dicimus aliquem eſſe bonum, & iuſtum. Nam ſicut tribuit iuſtificationem gratiæ & charitati. Concilium Trident. can. 11. ſeſſ. 6. ſic cap. 7. vnde hic deductus eſt canon, ſoli[d] charitati tribuit.

[d] *ſupra in cotatione literæ G.*

[e] *cap 2. Eccleſ. Hierarch. par. 1.*

[f] *7. Phyſicor. tex. 17.*

Secunda,[e] Dionyſ. ait non poſſe hominem operari diuina, niſi prius fuerit ſtatum adeptus diuinum. At hic ſtatus requirit gratiam, vt à Charitate diſtinctam. 1. quia iuxta[f] Philoſophum, *habitus, eſt perfecti* (id eſt ſecundum naturam rectè præparati) *diſpoſitio ad optimum.* At natura humana non eſt ex ſe rectè præparata ad ſupernaturale opus. Ergo, vt valeat ſupernaturales recipere virtutes, ac opera exercere ſupernaturalia, debet eleuari ad gradum ſupernaturalem per ipſam gratiam à Charitate diſtinctam: cum Charitas inter habitus numeretur

ſupernaturales. 2. ſicut in naturalibus diſtinguntur hæc tria, *Eſſe* : *poſſe* : *operari*: ſic in ſupernaturalibus. Eſſe ergo ad *gratiam*, ſpectabit : *poſſe*, ad virtutes: *operari*, ad actus.

Negatur Minor. Ad 1. probationem : veram eſſe de habitibus acquiſitis, non de infuſis : qui ſolùm capacitatem ſubiecti [g] requirunt. Ad 2. vnum & eundem habitum, vt reſpicit obiectum, habere rationem *eſſe* : quatenus operari poteſt, habet rationem *poſſe*, ipſe vero actus ab habitu productus, operationis rationem habet.

Tertia, in ſcripturis gratia Spiritusſancti deſcribitur prior Charitate Rom. 5. *Charitas* Dei, &c. per Spiritum ſanctum qui datus eſt *nobis*. Galat. 5. [h] *fructus ſpiritus, eſt Charitas.*

Ad propoſitionem, ſi loquatur de gratia æterna, id eſt, amore quo Deus nos ab æterno, dilexit : admittitur, ſed nihil concludit, vt patet. Si de gratia creata, gratum faciente, negatur. ad probationem ſolum his ſignificari locis [i] effectus Spiritus ſancti in nobis.

Quarta, Deus non diligit nos niſi ſimus ei grati. Ergo prius ſumus ei grati, quam diligat nos. At prior dilexit nos. Ergo Charitas poſterior gratia.

Negatur antecedens cum ſua conſeq. Nam niſi priùs nos dilexiſſet [k] Deus, nuſquam ipſius gratiam habuiſſemus.

Quinta, effectus formales gratiæ, & Charitatis ſunt diuerſi nec vnus alium includit : cum vnum poſſit ſine alio eſſe: Nam gratia facit dilectũ: Charitas diligentem: At aliquis poteſt diligere, & non diligi: vel diligi, & non diligere.

Negatur propoſitio, nam eadem formaliter qualitas, & diligentem, & dilectum reddit.

Ad probationem negatur Minor: quando fundamentum dilectionis in vtroque termino, eſt alterius dilectio. [l]

Sexta, effectus gratiæ, ſemper eſt in actu, dum ipſa gratia perſeuerat in homine. At non ita Chari-

[g] *ipſi enim eleuant naturam, ad ordinem ſupernaturalem.*

[h] *v. 22. καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν ἡ ἀγάπη.*

[i] [*nimirum tum ipſa virtutes infuſæ : tum eorum actus.*]

[k] *ipſe namque & prior diligit, & ſua dilectione gratiam, ſiue charitatem cõfert : qua ei, & grati ſimus, & vicem dilectionis rependamus.*

[l] *tunc enim fieri nequit vt qui diligitur non diligat : cũ ideo diligatur, quia diligit : vel cõtra quin diligatur, ſi diligat : cum ideo diligat, quia diligitur.*

tatis effectus. Non enim ſemper diligimus.

Negatur Minor nam ſicut effectus formalis Charitatis eſt facere gratum: ita Charitatis effectus eſt facere ſemper actu, (quandiu perſeuerat) hominem promptum ad diligendum.

Septima, in rebus naturalibus præter virtutes acquiſitas eſt in animo lumen naturale: ex quo virtutes aliquo modo emanant. erit igitur & ſimiliter in ſupernaturalibus rebus.

Reſpondeo, fidem habere locum ſupernaturalis luminis: ex fide namque aliquo modo Charitas, & ſpes emanant: vt ex fide per Charitatem formata virtutes omnes morales, ad finem ordinantur ſupernaturalem.

Octaua, gratia eſt quoddam vniuerſale donum, quod totum hominem Deo gratum reddit, omnique repugnat peccato. At virtutes, ſunt particularia dona, quæ particulares perficiunt potentias, & certis opponuntur vitiis.

Reſpondeo, Charitatem etiam dici poſſe vniuerſale donum: quia eſt omnium regina virtutum: omnium meritorum mater, omnium peccatorum hoſtis.

Nona, imago Dei per peccatum obſcurata in nobis, reformatur per gratiam. At imago iſta non eſt in potentiis, ſolum: ſed etiam in ipſa animæ ſubſtātia. Igitur & gratia erit habitus, ipſi ſubſtantiæ animæ, immediatè inhærens.

Ad Maiorem: non fuiſſe ipſam imaginem obſcuratam ratione ſubſtantiæ ſuæ, ſed potentiarum tantum. Minor admittitur: concluſio negatur. Quia ſolum debuit hæc imago reparari ratione potentiarum ſuarum.

Charitatem eſſe virtutem creatam diſtinctam à Spiritu ſancto.

CAP. VIII.

PRIMÒ, [a] Rom. 5. [b] Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. At 1. ibi Paulus apertè diſtinguit Spiritum ſanctum à charitate. 2. Spiritus ſanctus non diffunditur propriè niſi ratione donorum iuxta illud: Dextera igitur Dei exaltatus effudit hoc donum, &c. Ergo aliud eſt Spiritus ſanctus, aliud charitatis habitus.

Secũdò, ex PP. Aug. [c] *Charitas Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non quâ nos ipſe diligit, ſed quâ nos facit dilectores ſuos.* Item, [d] *Dilectio quæ ex Deo eſt & Deus eſt, proprie Spiritus ſanctus eſt: per quem diffunditur in cordibus noſtris Dei charitas: per quam nos tota inhabitat Trinitas.* [e] Chryſoſt. [f] Cyrill. Bernard. [g] *Recte dicitur charitas, & Deus, & Dei donum: charitas enim dat charitatem, ſubſtantia accidentalem.*

Tertiò, vel Spiritus ſanctus efficit in nobis dilectionem, cooperante libera voluntate: vel non. Si prius. Ergo, ſi nulla ſit in nobis habitualis charitas actio diligendi noſtra, non erit facilis, prompta, ſuauis: proprium eſt enim habitus id præſtare. Si poſterius. Ergo non eſt meritoria, vt potenon voluntaria.

[a] *Petrus Lombardus aſſeruit principiũ proximum dilectionis noſtræ erga Deũ non eſſe aliquem habitum infuſum: ſed ipſummet Spiritum ſanctum: Cuius contrarium nos cum aliis DD. aſſerimus.*

[b] *ibi agi de Charitatis habitu, non de actu: hinc patet: Quod propriè actus non dicitur effundi à Deo in cor noſtrum: ſed potius à corde effundi in Deũ. Quamuis autẽ PP. communiter hunc intelligant locum tam de dilectione Dei: quam noſtra: propriè tamen de noſtra tantum intelligi deberet conſtat ex probationibus noſtris.*

[c] *libro de Spiritu, & litera cap. 32.*

[d] *15. Trinit. 18.*

[e] *homil. 32. in 1. Corinth. qua Charitatem, appellat virtutem.*

[f] *9. in Ioan. 24. quo diſtinguit Charitatem in nobis, ab ea quæ eſt in Deo.*

[g] *libro de diligendo Deo, vltra medium.*

Quartò, per charitatem efficimur filij Dei: & proinde adipiſcimur eſſe diuinum quoddam. vel illud ergo eſt ipſemet Spiritus ſanctus: vel donum creatum. Non prius quia neque id erit per vnionem hypoſtaticam: cum ſit propria myſterio incarnationis: neque per communicationem naturæ: nec enim deïtas communicatur nobis, niſi per dona creata. Ergo poſterius.

Quintò, Spiritus ſanctus non ſolum adultos, ſed etiam infantes baptizatos inhabitat: nō per actualem charitatem. Ergo per habitualem.

Soluuntur argumenta.

Cap. IX.

PRIMVM, Deus charitas eſt. 1. Ioan. 4.

Reſpondeo, eſſe charitatem, qua ſeipſum, & nos diligit: non qua diligimus eum.

Secundum, *Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Ergo charitas in qua manemus eſt ipſe Deus.

Reſpondeo, ſenſum eſſe: nos per charitatem creatam in increata manere: qui enim habet charitatem creatam, Deum etiam habet inhabitantem.

Tertium, nihil eſt melius charitate, teſte [a] Auguſtino. At id quo nihil melius, eſt ipſe Deus. Ergo Deus eſt charitas.

[a] *libro de moribus Eccleſiæ.*

Ad maiorem veram eſſe. 1. reſpectu aliarum virtutum. 2. loquẽdo de charitate generaliſſime ſumpta vt creatam, & increatam complectitur. Minor admittitur. Ad concluſionem, reuera Deum eſſe ipſam [b] charitatem, ſed increatam.

[b] 8. *Trinit.* 7.

Tertium, *Qui proximum* (inquit Aug.) *diligit cō-*

ſequens eſt, vt ipſam præcipuè dilectionem diligat, Deus autem dilectio eſt, conſequens eſt ergo vt præcipuè Deum diligat. Item. [c] *Nemo dicat non noui quid diligam. Diligat fratrem, & diliget eandem dilectionem. magis enim nouit dilectionem quâ diligit quam fratrem quem diligit: Ecce iam poteſt notiorem habere Deum, quam fratrem.* Item. [d] *Iſta contextio ſatis, aperteque declarat, eandem ipſam fraternam dilectionem non ſolum ex Deo, ſed & Deum eſſe.*

[c] *cap. 8.*
[d] *infra.*

Reſpon. 1. loqui Aug. de actuali dilectione. Nã de ipſa, non de habituali, verum eſt, *notiorem eſſe quam ſit proximus ipſe.* At nec quidem ipſe Lombardus vellet dilectionẽ actualem eſſe Deum ipſum.

2. Non poſſe Auguſtinum intelligi de Deo eſſentialiter, quia non eſt nobis proximo notior. 3. loqui de Deo, per repræſentationem, & participationem: quòd dilectio ſit imago quædam bonitatis diuinæ.

Cap. 10 vide ſupra poſt tabulam Gratiæ.

De auxilio ſufficienti, & efficaci.

CAP. XI.

PELAGIANI [a] quòd arbitrarẽtur ipſum liberum arbitrium eſſe ſufficiens auxilium perueniendi ad ſalutem: nec potentiorem agnoſcerent gratiam, repudiabant proculdubio hãc auxilij partitionem.

[a] *apud Aug. lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagianor. ca. vlt.*

Hæretici huiuſce temporis, idem negare coguntur: cum apud eos, qui à Deo mouentur, neceſſario agant benè: qui non mouentur, nequeant benè agere: ac proinde omnis Dei motio apud eos, ſit efficax: nulla ſufficiens.

Prima propoſitio, *datur auxilium ſufficiens, quod nõ eſt efficax.*

Digitized by Google

Primò ex Iſaiæ.5.[b] *Habitatores Hieruſalem, & viri Iuda, iudicate inter me, & vineam meam, quid eſt quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? An quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas.*

Hi ſufficiens habuerunt auxilium alioquin non verè diceret Dominus. *Quid vltra debui facere vineæ meæ & non feci*: Ac fruſtra expectaſſet vuas. Non habuerunt auxilium efficax. Nam ſi habuiſſent, vtique bonum fructum feciſſent. Ergo diſtinguntur inter ſe ſufficiens, & efficax.

Secũdò, Math. 23.[c] *Hieruſalem Hieruſalẽ* &c. *quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos, ſub alas*: Ecce ſufficiens auxiliũ: quomodo enim voluiſſet: ſi non ſufficiens auxiliũ dediſſet? Deinde ſubiungitur, *& noluiſti*: Ecce non habuerunt efficax: quia ſi habuiſſent, congregari voluiſſent.

Tertiò, Actor. 7.[d] *Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis.* Quia reſtiterunt non habuerunt efficax. Quia verò Spiritus ſanctus inſpirabat deſideria bona, vt conuerti poſſent: propterea ſufficiens auxilium habebant.

Quartò, Rom. 2.[e] *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.* Cur Deus ad pœnitentiam vocaret, niſi ſufficiens auxilium dediſſet? Et, ſi efficax dediſſet: cur eius bonitatem contemni Paulus diceret?

Quintò, ex Auguſt.[f] *Ad illam cœnam quam Dominus dicit in Euangelio præparatam, nec omnes qui vocati ſunt venire voluerunt: neque illi qui venerunt, venire poſſent, niſi vocarentur. Itaque nec illi debent ſibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt, nec illi qui noluerunt venire debent alteri tribuere, ſed tantum ſibi. quoniam, vt venirent vocati, erat in eorum libera voluntate.*

Item:[g] *Noluit Eſau, & non cucurrit: ſed & ſi voluiſſet, & cucurriſſet, Dei adiutorio perueniſſet: qui etiam velle, & currere vocando præſtaret, niſi vocatione contempta reprobus fieret. Aliter enim Deus præſtat vt veli-*

[b] *v. 4.*

[c] *verſ. 37.* ποσάκις quoties ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε.

[d] *v. 51.* ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε.

[e] *v. 4.* ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει.

[f] *lib. 83. qq. q. 68.*

[g] *li. 1. ad Simplicium q. 2.*

mus, aliter præſtat quod voluerimus. Vt velimus enim, & ſuum eſſe voluit, & noſtrum: ſuum vocando, noſtrum ſequendo: quod autem voluerimus, ſolus præſtat, id eſt poſſe bene agerè, & ſemper beatè viuere.

Sextò, cum iuſtus cadit, vel habet ſufficiens auxilium, quo poſſit ſtare, vel non habet. Si prius, eſt quod intendimus: cumque reuera cadat, id auxilium non erit efficax. ſi poſterius. Ergo non ſua cecidit culpa: nec prior deſeruit Deum, ſed à Deo fuit primo deſertus: quod [h] abſurdum eſt dicere.

Secunda propoſitio, *datur efficax auxilium præter ſufficiens*. Probatur.

Primò, Ioan. 6. [i] *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Eſt igitur quædam vox Patris intus in corde loquens, quæ infallibiliter perſuadet.

Secundò, Ioan. 10. [k] *Et non rapiet eas* (oues ſcilicet) *quiſquam de manu mea.* Quare, niſi quia dabit gratiam efficacem, quâ infallibiliter conuertantur, & in finem vſque perſeuerent?

Tertiò, Rom. 8 [l] *Quos vocauit, hos iuſtificauit:* loquitur autem de vocatis ſecundum propoſitum. Nam paulò ante dixerat: [m] *Omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* At iſta vocatio ſecundum propoſitum, quam nullus vocatus contemnit, gratia eſt efficax.

Quartò, Ezechielis 36. [n] *Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis.* Non dixit: *faciam, vt ambulare poſſitis.* Quia certum erat eos reuera ambulatores, auxilio Dei.

Quintò, ex Auguſt. [o] *Vt Paulus* (inquit) *de cælo vocaretur & tam magna, & efficaciſſima vocatione conuerteretur, gratia Dei erat ſola, quia eius merita, erant magna, ſed mala.* Item: [p] *Hæc gratia à nullo duro corde reſpuitur, ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur.* Et libro de corrept. & gratia cap. 12. docet, *non ſolùm dari electis vt perſeuerare poſſint, ſi velint: ſed etiam dari vt velint, & certiſſimè perſeuerent.*

[h] *Aug. 1. de natura & gratia cap. 26.*
Proſper, reſpõſ. 7. ad obiectione Vincentianas
Chryſoſt. hom. 80. in Ioan.
Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11.
[i] *v. 45.*
[k] *v. 29. καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου.*
[l] *v. 30. οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν.*
[m] *v. 28. πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν.*
[n] *v. 27.*
[o] *lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 5.*
[p] *de prædeſtinatio. Sanctorũ cap. 8.*

Sextò, niſi eſſet efficax gratia, præter ſufficientem, tolleretur diuinæ prædeſtinationis fundamẽtum: Nam *Prædeſtinatio* [q] teſte Auguſt. *eſt gratiæ præparatio, gratia verò ipſa donatio.* At Præparatio gratiæ ſufficientis eſt etiam reprobis communis.

[q] *ſup. cap.* 10.

[Septimò, qui conuertuntur habent gratiam efficacem: qui non conuertuntur, non habent ſed tantum ſufficientem, vt probatum eſt. Ergo præter ſufficientem eſt etiam efficax.]

In quo ſita ſit efficacia Gratiæ.

Cap. XII.

PRIMA opinio, *conſtituit efficaciam gratiæ in aſſenſu, & cooperatione humana:* ita vt, ab euentu, dicatur gratia efficax, nimirum, quia ſortitur effectum: & ſortitur effectũ: quia cooperatur humana voluntas, in cuius poteſtate ſit, gratiam facere efficacem: quæ alioquin ex ſe, non niſi ſufficiens eſſet.

Contra: primò, illi infallibiliter veniunt ad fidem Chriſti, qui patrem cœleſtem habent doctorem iuxta illud, Ioan. 6. *Omnis qui audiuit à Patre,* &c. ita vt infallibilitas effectus non habeat pro cauſa ſtudium diſcipuli, ſed excellentiam Magiſtri: tum quia Chriſtus allegat illud Iſaiæ: Et [a] erũt omnes docti Deo: tum quia: *Nemo poteſt venire ad me* (inquit Chriſtus) *niſi pater meus traxerit eum.* Ergo illa infallibilitas, ſiue efficacia gratiæ, non pendet, vt à cauſa à cooperatione voluntatis humanæ.

Secundò, 1. *Corinth.* 4. [c] *Quid enim te diſcernit? quid habes quod non accepiſti.* At ſi vera eſt opinio prima, planè liberum arbitrium diſcernit: vt pote quo reddatur gratia efficax.

Tertiò, Philipp. [d] 1. *poſſe credere,* dicitur, non ſolum eſſe donum Dei, ſed etiam, *ipſum credere,* & cap.

[a] *v.* 13. *Ioan.* 6. *v.* 45. ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ.
[b] *ibidem v.* 44. οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με, *qui miſit me,* ἑλκύσῃ αὐτόν.
[c] *v.* 7.
[d] *v.* 29.

[e] 2. Deum in nobis operari, non ſolum, *vt poßimus velle*: ſed etiam, *vt velimus*. Ergo id non pendet à noſtra voluntate ſicut à cauſa efficaciam determinante.

Quartò, Rom. 9. [f] *vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt*: *quia maior ſeruiet minori*, &c. At iuxta hanc opinionem primam, non ſecundum electionem: ſed ſecundum voluntatem noſtram, propoſitum Dei maneret.

Quintò, Aug. [g] ait gratiam efficacem, à nullo corde reſpui duro: ſed ipſum emollire cor. Ergo efficacia eſt ex parte gratiæ. Item: [h] quærens, quare Deus ita vni ſuadeat, vt etiam perſuadeat, alteri non item, minimè Auguſtinus reſpondet: *quia vnus conſentit, alter non*: Sed exclamat cum Paulo: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*, &c.

Sextò, inde pendet certitudo, & infallibilitas prædeſtinationis, quod electis Deus efficacem gratiam præparauerit: *quos enim prædeſtinauit, hos vocauit*, vocatione ſecundum propoſitum: quia & hos iuſtificauit. At ſi vera eſt hæc opinio prima, nulla erit huiuſmodi certitudo prædeſtinationis: ſed ſolum futurorum præſcientia.

Secunda opinio docet, *gratiam efficacem eſſe actionem Dei phyſicam, quæ voluntatem ad volendum, & eligendum bonum determinat, quod illi fuerat per gratiam excitantem inſpiratum. Et quia fieri nequit, vt Deus phyſicè determinet voluntatem, quin ipſa voluntas determinetur: & id velit ad quod determinatur: ideo fieri non poteſt, vt gratia iſta effectum infallibilem non habeat.*

Contra: primò, iſta determinatio: quam gratia efficere dicitur, eſt neceſſaria, vt moueatur voluntas. Si quidem ſine Dei concurſu nihil omnino fieri poteſt: At ex hac ſententia, Dei concurſus, nihil eſt, niſi determinatio, quam Deus in voluntate efficit. Ergo nulla ſupereſt gratia ſufficiens: ſed omnis efficax eſt.

Secundò, poſita determinatione gratiæ non eſt

---

[e] v. 13.

[f] v. 11. ἵνα ἡ κατ᾽ ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ. v. 12. οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ καλοῦντος, ἐρρέθη αὐτῇ, ὅτι μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.

[g] *de prædeſt. ſſ. cap. 8.*

[h] *lib. de Spiritu, & litera cap. 34. vide etiam ſupra cap. in argu. 5.*

in noſtri poteſtate arbitrij, ab actione ſuperſedere, etiamſi velit: Ergo hæc opinio cum libero pugnat arbitrio.

Tertiò, ex Auguſt. [i] *Si ergo (inquit) ita prepararet, atque operaretur Deus hominis voluntatem, vt tantummodò legem ſuam, atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec vocatione illa alta, atque ſecreta, ſic eius ageret ſenſum, vt eidem legi, atque doctrinæ accommodaret aſſenſum, proculdubio eam legere, vel intelligere legendo vel etiam exponere, ac prædicare ſufficeret, nec opus eſſet orare, vt Deus ad fidem ſuam infidelium corda cõuerteret.* At, ſi ex ſola determinatione phyſica noſtræ voluntatis, fit gratia efficax, quid opus eſt recurrere ad altam, atque ſecretam vocationem? Item: [k] *Quid volebat Saulus niſi vt inuaderet, & traheret, vinciret, & necaret Chriſtianos?* [l] &c. Item: [m] *Gratia meretur augeri, vt aucta, mereatur, & perfici: comitante, non ducente, pediſſequa non præuia voluntate.* Ergo, ſi gratia efficax præcedit ipſum velle, certe non erit actio determinans noſtram voluntatem, hæc enim nequit eſſe prior actu voluntatis humanæ niſi prioritate naturæ, per inſtans non in quo, ſed [n] à quo illa actio procedat. At iuxta Aug. gratia efficax præcedit. aliquando etiam tẽpore actũ voluntati noſtræ. Itẽ: [o] *vt velimus ſine nobis operatur, cum autẽ volumus, & ſic volumus vt faciamus, nobiſcum cooperatur.*

Vltima ſententia eaque vera ac D. Auguſtini docet, *gratiam efficacem eſſe* [p] *donum, ita congruum eius ingenio cui datur vt Deus certo ſciat eum non contemptu-*

rum: etſi

[i] *epiſt.* 107. *ante medium. vide etiam libro de Spiritu, ac litera cap.* 34.

[k] 1. *ad Simplicianum q.* 2. *ad finem.*

[l] *quam rabida voluntas? quã furioſa? quam cæca? qui tamẽ vna deſuper voce proſtratus, occurrente vtique tali viſo, quo mens illa, & voluntas, refracta ſæuitia, retorqueretur, & corrigeretur ad Fidem. Fuit ergo efficax in Paulo gratia Immiſſio talis viſi, quo ſubito perſuaderetur, non Phyſica inclinatione, ſed morali.*

[m] *epiſt.* 107.

[n] *Ipſa enim humana volitio: quatenus à Deo eſt, dicitur actio Dei. Nec intelligi poteſt, in aliquo inſtanti Deum efficere hanc volitionem, quin eodem intelligatur inſtanti illa fieri volitio & eſſe in nobis.*

[o] 1. *ad Simplicianum cap.* 17.

[p] *hoc donum quatenus præuenit conſenſum, dicitur excitans: quatenus vero infallibiliter recipitque cõſenſum, dicitur adiuuans, efficax tamen dicitur, non quia ſimpliciter adiuuat: ſed quia iam antequam adiuuet: ex ſe tale eſt à Deo preparatum, vt infallibiliter aſſenſum excitabit.*

rum: etſi illud abſolutè reſpuere poſſet. Igitur [q] (inquit Auguſt.) *non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, qui hoc modo vocauit, quomodo aptum erat eis, qui ſequuti ſunt vocationem.* Et infra: *Cuius miſeretur, ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere, vt vocantem non reſpuat.*

q *ſupr. q. 2. vide etiam lib. 2. de bono Perſeuerãtiæ cap. 14.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. XIII.

PRIMA, Illuſtrationes, & ſuaſiones internæ ad legem, & literã ſpectant. Quid enim differunt, ab externa prædicatione? Ergo non debent ad efficacem gratiam reuocati: quę ad nouum ſpectat Teſtamentũ.

Reſpondeo, differre multum: quia externa prædicatio, & ſimilia, effectum infallibilem non habent: niſi ſint inſtrumenta internæ vocationis: habent autem infallibilem effectum illuſtrationes & ſuaſiones efficacis gratiæ.

Secunda, ſi gratia efficax, eſt congrua vocatio, prout, omnibus conſideratis, ita apta videtur, vt vocatus certò non ſpernat. Igitur ſufficiens erit ſolùm gratia, quæ detur tunc, cum non eſt aptus homo, vt vocantem non ſpernat. Ergo Deus vocat aliquem quando eum videt non ſequuturum: & non vocat, quãdo ſequuturum præuidet. Quòd certè abſurdiſſimum eſt.

Reſpondeo, 1. toto argumento conceſſo, nulli debere abſurdum videri quod Deus ipſe [a] facit. Nam cum vocat quem ſequuturum intelligit, maximam ſuam miſericordiam oſtendit: cum vocat non ſequuturum: quod ſuum eſt Deus facit: & malitiam hominis condemnat. Non enim homo vocantem ſpernit, quia tunc vocatur: ſed quia vocatus, ita tũc diſpoſitus eſt, vt intelligat Deus, quãuis

a *Mathei 11. v. 21. ipſemet Dominus ait Tyrios & Sydonios pœnitẽtiam acturos fuiſſe, ſi vidiſſent ſigna: quæ tunc dominus coram Galilæis faciebat: qui tamen non con-*

uertebantur. Ergo Tyrios nō vocauit, quādo ſequuturi fuiſſent: & vocauit Galilæos, quando ſequuturi non eſſent.

b *hæc reſponſio eſt veluti prioris dilucidatio.*

c *Secunda cōſeq. admittitur: ſed negatur inde abſurditas: vt in reſponſione prima.*

d [*hanc ſententiam de auxilio æquali fuſè tractat, & defendit Vaſquez in 1. D. Thom. diſput. 98.*]

e *Ad gratiam enim non ſolùm ſpectat motio, ſiue excitatio interna: ſed etiam circumſtantia loci tēporis, perſonæ, &c.*

f 12. *Ciuit.* 6.

homo aſſentiri poſſet, minime tamen vocationi aſſenſurum. Quando vero, ſequuturum non vocat: ſuam iuſtitiam declarat: & nulli iniuriam facit: quia tunc vocare non tenetur.

[2. b Ad antecedens, gratiam congruam bifariam ſumi poſſe. 1. pro gratia ita vocato apta, vt ſi velit recipiat: non tamen ita coaptata, vt cum libertate arbitrij infallibiliter ſequatur effectus. 2. ita coaptata, vt ſequatur effectus infallibiliter. Quamuis enim libertas ſit ad vtrumlibet indifferens: tamen poteſt à Deo cum aptitudine tanta præueniri, vt eam Deus, certò ſequuturam ſciat. Priori modo gratiam ſufficientem eſſe congruam, & dari omnibus: poſteriori congruam eſſe efficacem tantum, quæ non niſi quibuſdam confertur. c Ad conſeq. prim. negatur. Quia cum gratia ſufficienter poteſt vocatus, non ſpernere vocantem.]

Tertia, non videtur tertia ſententia à primâ multum diſcrepare.

Reſpondeo, in eo ſimul conuenire: quòd vtraque gratiam ſufficientem ponat potius in auxilio excitante, quam adiuuante.

Diſcrepant, quod prima velit hanc gratiam pendere à voluntate humanâ: tertia, pendere à voluntate Dei. Ita vt, ſi duobus æquale detur auxilium efficax, cæteris paribus, prima ſententia velit, vnum de facto reſpuere poſſe: alterum poſſe recipere: tertia verò d affirmat vtrumque infallibiliter huiuſmodi auxilium recepturum: vel non recepturum. Quod ſi vnus recipiat: alter non: nec e etiam fuiſſe auxilium æquale.

Quarta, f Auguſtinus ait ex duobus hominibus pariter tentatis, & æquali auxilio munitis, vnum cadere poſſe: alterum verò reſiſtere poſſe: Atque huius cauſam diuerſitatis ſitam eſſe, in arbitrio libero.

Reſpondeo, cauſam quidem eſſe in liberum referendam arbitrium: ſed non primariam. Nam

primaria eſt Deus: quod dederit vni inſpirationem congruam, quam præuideat infallibiliter recipiẽdam: alteri, eandem dederit quidem quoad ſubſtantiam rei: ſed non adeò congruentem, vt præuiderit eam, infallibiliter conſequuturam effectum: imò quam præuidit non conſequuturam.

De gratia operante, & cooperante.

CAP. XIIII.

PRIMA opinio, eſt Scholaſticorum, *operantem, dici habitum gratiæ, quatenus nos formaliter iuſtos facit: cooperantem*, eũdem habitum, *prout eſt boni principium operis*: vtramque acceptionem Gratiæ dari, [a] non negamus. Sed non quadrat in diſtinctionem operantis & cooperantis gratiæ, iuxta mentem Pauli, atque Auguſtini..1. quia Apoſtolus, & Auguſt. non tribuunt gratiæ operanti facere hominem iuſtum: ſed facere, vt iuſtitiam velit. 2. efficientia, ſiue operatio propriè dici nequit, id quod gratia non efficienter, ſed formaliter facit.

Secunda, gratiam operantem cum excitante confundit: cooperantem cum adiuuante. Ita vt gratia operans excitet, ſiue inſpiret quoddam [c] initium bonæ voluntatis: cooperans verò, iuuet ad aſſenſum præſtandum.

Sed [d] Apoſtolus [e] & Auguſt. nõ tribuunt gratiæ [b]...

[a] *Aug. libro de gratia & libero arbitrio cap. 17. Ipſe vt velimus operatur, incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.*

[b] *Philip. 2. v. 15. Deus eſt, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona volũtate.*

[c] *indeliberatum deſiderium ſcilicet: ad quod nos libere concurrimus.*

[d] *ſupra.*

[e] *ſupra. vt velimus* (inquit) *ſine nobis operatur: cum autem volumus, & ſicut volumus, vt faciamus, nobiſcum cooperatur, id eſt, Deus ſuadet nobis: & ita ſine nobis, operatur in nobis: ſuadendo autem, perſuadet: & ita, vt velimus* (inquit *Auguſtinus* 1. ad Simplic. q. 2.) *& ſuum eſſe voluit, & noſtrũ: ſuum vocando, noſtrum ſequendo. vtrũque autem ad gratiam ſpectat operantem. Poſtquam autem perſuaſit: ad alias actiones requiſitas, vt finis aſſequatur perſuaſionis, mouet: idque ad gratiam cooperantem pertinet, ſignificatúrque per illud: cũ autem volumus, &c.*

tiæ operanti. illud *indeliberatum velle*, ſiue *initium, bonæ voluntatis*: ſed ipſummet, *deliberatum velle*, atque, *conſentire.*

Tertia, *operantem eſſe quæ tribuit actum internum: cooperantem quæ tribuit externum.*

Sed non videtur requiri aliqua ſpecialis gratia ad actum externum, cum enim aliquid efficaciter volumus: tunc membra corporis obediunt [regulariter] ad nutum.

Quarta, ergo ſententia, eaque vera eſt, *dici operantem, illammet gratiam efficacem prout efficit* [in ſuo genere cauſæ moralis] *primum actum voluntatis deliberatæ*, qualis eſt conuerſio peccatoris : *cooperantem, verò gratiam dici eam, quæ conſequentes efficit actus voluntatis*, vt velle orare, velle bona facere opera, &c.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

DE GRATIA, ET LIBERO ARBITRIO.

De auxilio ſufficienti opiniones.

CAP. PRIMVM.

PRIMA opinio eſt [a] Pelagianorum Caſſiani, Fauſti, & c. ſcilicet, *poſſe vnumquemque ex viribus liberi arbitrij, ſine alia praeueniente gratia ipſam expetere, inuocare, & recipere gratiam ſufficientem, quam paratus eſt Deus omni petenti dare.*

Secunda, [b] *multis deeſſe auxilium ſufficiens, nimirum quibus deeſt efficax.* Quòd hæc ſententia non diſtinguat efficax à ſufficienti.

[c] Tertia, neminem poſſe, ſine præueniente gratia, deſiderare, petere, accipere gratiam: nulli tamen ipſam deeſſe.

[a] *apud Aug. lib. I. ad Bonifacium contra duas epiſt. Pelagianor. c. vlt. & epiſt. 106. 107.*
[b] *Lutheri aſſert. ar. 36. Caluin. 3. Inſtit. 22. §. 10. & cap. 24. §. 15. & 16.*
[c] *Theologorũ Cathol. Alenſ. 3. par. Sum. q. 69. memb. 5 ar. 3. Alber. 2. diſt. 28. ar. 1. D. Th. 1. 2. q. 109. ar. 8. ad 1. Bonau. 2. diſt. 28. ar. 1. q. 3. Scoti 1. diſt. 46. &c.*

Prima & ſecunda propoſitio.

CAP. II.

PRIMA propoſitio: *Auxilium gratiæ Dei præuenit omnia deſideria, & inuocationem noſtram.*

Probatur primò, deſiderare, vel inuocare poſſe gratiam, eſt poſſe venire

ad Chriſtum. *At* (inquit Chriſtus) [a] *Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus traxerit eum.* Ergo nemo poteſt habere ſufficiens auxilium veniendi ad Chriſtum, niſi præueniatur à patre.

Secundò, ſi Deus daret ſufficientem gratiam, quia homo petit. 1. haberet homo ex ſe quo diſcerneretur ab alio, in hac materia: quodque non accepiſſet à Deo: contra illud Pauli: [b] *O homo quis eſt qui te diſcernit, quid habes, quod non accepiſti?* 2. iam gratia non eſſet gratia, quia daretur propter inuocationem. At Paulus de hac materia loquens. [c] *Quis prior* (inquit) *dedit illi* (ſcilicet Deo) *& retribuetur?*

Tertiò, ex [d] Concilio Arauſicano. 2. *Si quis per inuocationem humanam, gratiam dicit poſſe conferri, non autem ipſam gratiam facere vt inuocetur à nobis, contradicit Iſaiæ Prophetæ vel Apoſtolo idem dicenti, inuentus ſum, à non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant.*

Item: [e] *Si quis vt à peccato purgemur, voluntatem noſtram Deum expectare contendit: non autem vt etiam purgari velimus, per ſancti Spiritus infuſionem, & operationem fieri confitetur, reſiſtit ipſi Spiritui ſancto per Salomonem dicenti: Præparatur voluntas à Domino, & Apoſtolo ſalubriter prædicanti: Deus eſt qui operatur in nobis velle, & perficere, pro bona voluntate.*

[Item, can. 6. *Si quis ſine gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, petentibus, quærentibus, pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri: non autem diuinitus, vt credamus, velimus vel hæc omnia ſicut oportet agere valeamus per infuſionem, & inſpirationem ſancti Spiritus nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obedientiæ humanæ ſubiungit gratiæ adiutorium, nec vt obediens, & humillimus, ipſius gratiæ donum eſſe conſenſit, reſiſtit Apoſtolo dicenti: quid habes quod non accepiſti? & : gratia Dei ſum id quod ſum.*] vide plura [f] infra.

Secunda propoſitio: *Auxilium gratiæ non omnibus æqualiter adeſt.*

---

[a] *Ioan.6.v.44.*

[b] *1.Corint.4.v.7.*

[c] *Rom.11.v.ult.* τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ. [*Ad id etiam poteſt facere illud Rom. 9.v.16. Nō eſt volentis, neque currentis, &c. Quamuis enim pro efficaci gratia ſoleat produci: tamen cōmode poteſt etiam ad ſufficientem reuocari. Alioquin minimè verum eſſet ſimpliciter, non eſſe volentis. Cum initij gratiæ, cauſam in noſtra haberemus voluntate.*]

[d] *can.3.*

[e] *can. 4.*

[f] *lib.6.cap.2.4.& 5.*

Probatur de auxilio vt comprehendit tam ſufficiens, quam efficax.

Primò, Sapientiæ 4. [g] *Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius.* At non omnibus datur tantum auxilium: quia multi labuntur poſt gratiam in peccatum, & tunc rapiuntur. Ergo auxilium illud efficax maius fuit auxilio ſufficienti, quo quis habebat vt in gratia ſtaret, atque moreretur: nec tamen ſtetit, aut in gratia mortuus eſt.

Secundò, Math. 13. [h] *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem non eſt datum.*

Tertiò, Rom. 9. [i] *Cuius vult miſeretur Deus, & quem vult indurat.* Ergo non eſt æquale ſufficiens, & efficax auxilium in his.

Quartò, 2. Theſſal. 3. [k] *Non omnium eſt fides:* & Philipp. 2. *Vobis donatum eſt vt in illum credatis.* At omnes tamen credere poſſunt. Quia omnibus datur ſufficiens auxilium ad credendum. Ergo, *&c.*

Quintò, Paulus, & multi alij conuertuntur maximis quibuſdam portentis, quæ ſi exhiberentur alijs conuerterentur etiam. Paruuli optimorum parentum moriuntur nonnumquam ſine Baptiſmo: impiorum verò parentum: & aliquando ex inceſtuoſo concubitu: potiuntur Baptiſmo, ac regno cœlorum. Ergo non eſt vtrinque auxilium æquale.

Sextò, probauimus gratiam efficacem pendere ex ſolo Deo non ſolum quod det affluentem: ſed adeo congruentem ingenio ſubiecti, vt ſequatur infallibiter effectus, gratiam vero ſufficientem non habere congruentiam tantam. At ille modus congruentiæ ſpectat etiam ad auxilium maius. Ergo etiam ex duobus auxiliis quoad ſubſtantiam çqualibus maius efficax erit.

[De gratia ſufficiente, probatur propoſitio. Primò: quia non tanta eſt data Tyrijs & Sydonijs, quanta Galilæis: & in neutris efficax fuit: vtriſque autem ſufficiens.

Secundò, experientia docet plurimis dari mul-

g v. 11. ἡρπάγη μὴ ἡ κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ, ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ: *aut dolus deciperet animam illius.*

h v. 11. ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐκείνοις, *illis*, δὲ οὐ δέδοται.

i v. 18. ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει.

k v. 3. οὐ πάντων ἡ πίστις. *Itẽ Philipp. 1. v. 29. vobis donatum eſt non ſolum in eum credere (ſcilicet Chriſtum) ſed, & pro illo pati.*

ta ad ſalutem mouentia tum media interna, tum externa: alijs largiti minus. At videmus ſæpiſſime neutros conuerti. De gratia efficaci, eadem ratio eſt. Nam multi conuertuntur equidem, ſed cum auxilijs plurimis: & alijs cum minoribus.]

Soluuntur obiectiones.

CAP. III.

PRIMA, Sap. 6. [a] *Æqualiter eſt illi cura de omnibus.*

Reſpondeo 1. ſenſum eſſe, *non quidem omnibus æqualem tribui perfectionem*: hoc enim experientiæ repugnat. Sed *communiter* (vt habetur in Græco) id eſt, *communem de omnibus haberi prouidentiam*: ita vt nulla res ab eâ excipiatur prouidentia. 2. non agi de beneficio gratiæ ſed de præmiorum, ac pœnarum retributione: præcedit enim *Horrendè, & citò apparebit vobis iudicium.* ac magis ad literam ſenſum eſſe: *in extremo iudicio Deum non accepturum perſonas Regum, & Principum: ſed ex æqualitate iuſtitiæ ſententiam laturum.*

Secunda, [b] *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Reſpondeo, reuera Deum illuminare omnes per ſufficiens auxilium, non tamen omnibus æquale. Quia enim Sol eſt naturale agens ex neceſſitate, omnes æqualiter quoad ſe illuminat. At Sol iuſtitiæ Deus, cum per voluntatem agat: ſecundum menſuram diſpoſitionis ſuæ, ſua dona confert.

Tertia, [c] *Quotquot receperunt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.*

Reſpondeo, per *recipere*, intelligi credere, quo aptamur in filios Dei: neminem autem credere, [d] niſi Deus det. Quod ergo recipiamus Deum, à Deo etiam ipſo eſt.

[a] *v. 8.* [ὁμοίως τε προνοεῖ περὶ πάντων.] *ita legi in Græco: videtur tamen Bellarminus aliam ſequutus lectionem: pro* ὁμοίως *enim habet* κοινῆ.

[b] *Ioan. 1. v. 9.* ἦν τὸ φῶς, τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

[c] *ibid. v. 12.* ὅσοι ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι.

[d] *Epheſior. 2. v. 8. Gratia eſtis ſaluati per Fidem: Et hoc non ex vobis. Dei enim donum eſt.*

Quarta, [e] *Petite & dabitur vobis* [f] *omnis enim qui petit accipit* [g] *Spiritum bonum petentibus &c.*

Reſpondeo, non poſſe peti ſpiritum bonum, niſi prius ſpiritus bonus fidem infundat, & per eam nos ad petendum excitet.

Quinta, [h] *Venite ad me omnes qui laboratis.*

Reſpondeo, non poſſe venire, niſi trahantur à patre. Monentur ergo, vt conſentiant vocanti, & ſic veniant ad Chriſtum.

Sexta, Deus non eſt perſonarum acceptor.

Reſpondeo, acceptionem perſonarum militare quidem contra iuſtitiam. At non contra gratuitam donationem, iuxta illud: [i] *Amice non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum eſt, & vade; volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi*, &c.

Septima, *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* 1. Corinth. 15. v. 22.

Reſpondeo 1. ibi agi de Reſurrectione corporali iuſtorum. Quare hic locus ad propoſitum non facit. Senſus enim eſt: *ſicut omnes, qui ex Adamo naſcuntur: moriuntur*: ita omnes renati ex Chriſto, viuificabuntur: ſi tamen perſeuerent in gratia. Impij namque reſurgent quidem, ſed ad mortem. 2. omnes quidem viuificari gratia Chriſti, modo cõſentiant vocanti.

Octaua, [k] *vult Deus omnes ſaluos fieri.* Et, [l] *Neminem vult perire.*

Reſpondeo, id verum eſſe. omnibus [m] namque ſufficientia prębet auxilia, atque remedia. quia tamen non omnes conſentient, nec omnibus vult dare Deus auxilia congruentia infallibiliter: propterea neque omnes de facto fieri ſaluos.

Nona, *Quid eſt Deus in medio eius* (inquit [n] Auguſt.) *hoc ſignificat quod æquus eſt omnibus Deus, & perſonas non accipit, quomodo enim illud quod in medio eſt, paria habet ſpacia ad omnes fines, ita Deus medius eſſe*

[e] *Luc.* 11. v. 9. αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν.

[f] v. 10. πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει.

[g] v. 13. ὁ πατὴρ ὁ ἐξ τοῦ οὐρανοῦ δώσει. *Pater de cælo dabit*, πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν.

[h] *Math.* 11. v. 28. δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες.

[i] *Math.* 20. v. 13. ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε. v. 14. ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε. θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί.

[k] 1. *Timoth.* 2. v. 4. πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι.

[l] 2. *Petri* 3. v. 9. μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι.

[m] *Hinc eſt illa Theologorum breuis, & ſubſtantialis reſponſio: Deũ velle omnes ſaluos fieri, voluntate Antecedente non conſequente.*

[n] *in Pſal.* 45. *tractans illud: Deus in medio eius, &c.*

dicitur æqualiter omnibus conſulens.

Reſpondeo, loqui Auguſt. de auxilijs aliquo modo debitis, ac ſpectantibus ad iuſtitiam, in quibus locum habere poſſet perſonarũ acceptio. In his enim omnibus, Deus eſt æquus, id eſt omnes hortatur ad bonum, neminem impellit ad malum: nulli ſubtrahit auxilia communia, *&c.* alia verò eſt donorum gratiæ ratio, quæ nulli debita ſunt.

Tertia, & quarta propoſitio.

Cap. III I.

Tertia propoſitio: *Nulla eſſet in Deo iniuſtitia ſi omnibus denegaret ſufficiens auxilium.*

[a] *v.* 12.

Probatur Primò, Sap. 11. [a] *Quis ſtabit contra iudicium tuum, aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes, quas tu feciſti?*

Secundò, omnes naſcimur cum peccato originali, & filij Iræ, inimici Dei. Ergo ex nulla iuſtitia nobis debetur gratia, ſed potius pœna.

[b] *lib. de bono Perſeuerantiæ cap.*8.

Tertiò, ex Auguſt. *Non ſimus* (inquit) *ingrati, quod tam multos liberat miſericors Deus, de tam debita perditione, vt ſi inde neminem liberaret, non eſſet iniuſtus.*

Quarta propoſitio: *ſiue detur omnibus ſufficiens auxilium ſiue aliquibus tantùm, de nullius tamen ſalute deſperandum eſt.*

Probatur Primò, quia de nullo certi ſumus an careat illo auxilio, necne.

[c] *ad Titum* 3. *v.*2.

[d] 2. *ad Tim.* 2.*v.*25.

Secundò, quia Paulus iubet, [c] nos eſſe manſuetos ad omnes: atque [d] cum modeſtia corripiendos eſſe veritati reſiſtentes: ſi quando Deus det illis reſipiſcentiam.

[e] *de corrept. & gratia cap.*15.

Tertio ex PP. Aug. [e] *Neſcientes quis pertineat ad prædeſtinatorum numerum, quis non pertineat, ſic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus ſaluos fieri.*

Leo,[f] *Dum* (inquit) *hoc in corpore viuitur nullius deſperanda reparatio, ſed omnium eſt optanda correctio, auxiliante Domino qui erigit eliſos, ſoluit compeditos, & illuminat cæcos.*

Quinta propoſitio.

Cap. V.

QVINTA Propoſitio: [a] *Auxilium ſufficiens ad ſalutem, pro loco & tempore, mediatè, vel immediatè omnibus datur.*

Probatur primò, Pſalm. 24. [b] *Vniuerſæ viæ Domini Miſericordia, & veritas.* At quomodo id verum: ſi quibuſdam negat generaliter ſufficiens auxilium?

Secundò, Prouerbior. 1. [d] *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba ſua: dicens, vſquequo paruuli diligitis infantiam,* &c. [d] *Quia vocaui & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret:* [e] *ego quoque in interitu veſtro ridebo.*

Tertiò, Sapient. 11. [f] *Miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam* &c.

Quartò Sapient. 12. [g] *Si inimicos ſeruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciaſti attentione, dans tempus & locum, per quæ poſſent mutari à malitia, cum quãta diligentiâ iudicaſti ſeruos tuos?* At fruſtra Deus daret tempus, & locum peccatoribus per quæ poſſent à malitia mutari, niſi auxilium etiam præberet, ſine quo mutari non poſſunt.

Quintò, Ezech. 33. [h] *Viuo ego dicit Dominus: nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à viâ ſuâ, & viuat: conuertimini, conuertimini, & quare moriemini?* At hoc eſſet irriſoriè loqui, niſi daret Deus ſufficiens auxilium conuertendi.

Sexto, Math. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis,* [i] &c.

[f] *ſerm.* 4. *de Epiphania.*

[a] *Senſus propoſitionis eſt: Nullum eſſe, cui non ſaltem aliquando conferatur auxiliũ reſurgendi à peccato, & iuſtificationem conſequendi. Idque vel immediatè, cum Deus ipſe bona inſpirat: vel, mediatè, nimirum, cum per alios hoc Deus auxilium miniſtrat: vt circa Infantes contingit.*

[b] *v.* 10.

[c] *v.* 20. 21. 22.

[d] *v.* 24.

[e] *v.* 26.

[f] *v.* 26.

[g] *v.* 20.

[h] *v.* 11.

[i] 1. *Timoth.* 2. *vult omnes ſaluos fieri, item* 2. *Petri* 3. *Non vult aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam conuerti.*

Septimò. 1. Timoth. 4.[k] *Qui eſt ſaluator omnium hominum, maximè fidelium.*

Octauò, ex PP. Dionyſio:[l] *Nempe* (inquit) *& aliis gentibus ex quibus & nos, ad immenſum, & infinitũ diuini luminis pelagus, quod ſemper paratum eſt, & patet omnibus ad participãdum, ex præteriti erroris cæcitate reſpirauimus: ad quod ſanè obſequentes ducebant Angeli præpoſiti ſingulis gentibus.*

Irenæo:[m] *Conſilium quidem bonum dat omnibus, poſuit autem in homine poteſtatem electionis. Abijcientes igitur bonum, & quaſi reſpuentes, meritò omnes iuſtum iudicium incident Dei.* At ſi huiuſmodi conſilium nõ eſſet ad conuerſionem ſufficiens, non eſſet cur reſpuentes damnarentur. Clemente Alexandr.[n] *Audite qui eſtis longè, audite qui prope, nullu celatum eſt verbum, lux eſt communis, omnibus illuceſcit hominibus, nullus eſt in verbo Cimmerius.*

[o] Hilario, *Eſſe filios Dei, non neceſſitatem eſſe, ſed poteſtatem: quia propoſito vniuerſis Dei munere, non natura gignentium aſſeratur, ſed voluntas præmium conſequatur.*

Ambroſ.[p] *Sol iuſtitiæ omnibus ortus eſt, omnibus venit, omnibus paſſus eſt, & omnibus reſurrexit: ſi quis autem non credit in Chriſtum, generali beneficio ipſe ſe fraudat: vt ſi quis clauſis feneſtris radios ſolis excludat.*

Chryſoſto.[q] *Si illuminat omnem hominem venientem: quonam pacto tot homines ſine lumine permanent? neque enim omnes Chriſtum cognoſcunt, quomodo ergo illuminat omnem hominem?*[r] &c.

Auguſt.[s] *Non tibi deputatur ad culpam, quod inui-*

[k] v.10. ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν. Et cap. 2. v. 6. Qui dedit ſemetipsũ redemptionem pro omnibus. Item 1. Ioan. 2. v. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris tantum: ſed etiã pro totius mũdi. At quomodo id verũ: ſi non datur aliquid omnibus, vnde valeant fieri (ſi velint) participes mortis Chriſti?

[l] cap. 9. cæleſtis Hierarch.

[m] 4 cap. 71.

[n] orat exhortatoria ad gentes vltra mediũ

Origenes, item 3. περὶ ἀρχῶν multis argumentis, & ſimilitudinibus id probat.

[o] 1. Trinit. ante medium.

[p] ſerm. 8. in Pſal. 118. explicans illud Miſericordia Domini plena eſt terra.

[q] homil. 7. in Ioannem.

[r] Illuminat profectò, quantum in ipſo eſt. Si qui autem ſponte ſua, mentis oculis conniuentibus, ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint. non x luminis natura in tenebris perſtiterunt: ſed ex malitia ſua ſponte, tanto ſe dono indignos reddiderunt. Cyrill. idem docet 1. In Ioan. 11. vide etiam Paulinum epiſt. 1.

[s] 3. de li. arbitrio 19. & li. de natura, & gratia c. 67.

tus ignoras, ſed quod negligis quærere, quod ignoras: neque illud quod vulnerata membra non colligis: ſed quod volentem ſanare contemnis.

Proſpero,[t] *Adhibita eſt ſemper vniuerſis hominibus quædam ſupernæ menſura doctrinæ, quæ etſi parcioris, occultoriſque gratiæ fuit, ſufficit tamen ſicut Dominus indicauit, quibuſdam ad remedium: omnibus ad teſtimonium.*

[t] 2. *de vocatione Gentium cap.* 14.

Item: [u] *Quæ opitulatio, per innumeros modos ſiue occultos, ſiue manifeſtos omnibus adhibetur: & quod à multis refutatur, ipſorum eſt nequitiæ: quod autem à multis recipitur: & gratiæ eſt diuinæ, & voluntatis humanæ.*

Et de Paruulis: [x] *Non irreligioſè* (inquit) *arbitror credi, quòd iſti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ ſemper vniuerſis eſt impenſa nationibus: qua vtique ſi benè vterentur eorum parentes, etiam ipſi per eoſdem iuuarentur: omnia namque exordia paruulorum totaque illa principia, ne dum rationalis infantiæ, ſub arbitrio iacent voluntatis alienæ*, &c.

[Fulgent. [y] *Sicut Medico nulla eſt incurabilis plaga, ita neque aliquo tempore cœleſtis poteſt deficere medicina.*

Item: [z] *Mea ſemper hæc eſt fidelis, atque indubitata ſententia Deum, adiutorium ſuum non ſolum in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, cui ſpecialia ob credẽtium fidem gratiæ ſuæ dona largitur, verum etiam vniuerſis in hoc mundo gentibus propter longanimem ſui, æternamque Clementiam ſubminiſtrare.*]

[v] *cap.* 26. *Item cap.* 28. *Fit manifeſtum, quod diuerſis, atque innumeris modis, omnes homines vult Deus ſaluos fieri: ſed qui veniunt: Dei auxilio dirigũtur: qui nõ veniunt ſua pertinacia reluctantur.*

[x] *cap.* 23.

[y] [*epiſt.* 7.

[z] *Apologia pro arbitrij libertate. Poteris hac de re videre Vaſquez ſup. diſp.* 98.]

Sexta propoſitio.

CAP. VI.

SEXTA propoſitio: [a] *Auxilium Dei ſufficiens & neceſſarium ad reſurgendum à peccato, non adeſt omnibus momentis: ſed pro loco, & tempore.*

Primò, probatum eſt non deeſſe ſufficiens auxilium. At hoc nonobſtante ſcriptu-

[a] *eſt Abulenſis in* 4. *Exodi q.* 12. *Adriani* 6. *in q.* 3. *de Pœnitent. Caiet.* 1. *q.ientacu-*

ra dicit: [b] *Conſidera opera Dei, quod nemo poteſt corrigere quem ille deſpexit.* quibus verbis, ſaltem ſignificatur non adeſſe ſemper illud auxilium ſufficiẽs.

Secundò, [c] *Ne quando Deus det illis* (inquit Paulus) *pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem: & reſipiſcant à diaboli laqueis.* Ergo non dat ſemper Deus, ſed aliquando.

Tertiò, ex PP. Aug. [d] *Qui iam vtuntur libero voluntatis arbitrio: niſi eo volente, ac ſubueniente à quo præparatur voluntas, velle non poſſunt. Vbi ſi dixeris mihi: cur ergo non conuertit omnium nolentium voluntates? Reſpondebo, cur non omnes morituros adoptat lauacro regenerationis infantes?* Quibus aperte docet Auguſt. ſine gratia præueniente non poſſe vllum velle conuerti; & hanc gratiam non ſemper conferri.

Gregor. [e] *Cain* (inquit) *diuina voce admoneri potuit, & mutari non potuit: quia exigente culpa malitiæ, iam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad teſtimonium verba faciebat.* Nec tamen abſolutè, pro omni tempore, aut loco Deus reliquerat Cain.

Quartò, experientia docet, non ſemper adeſſe gratiam præuenientem: cum enim ſit etiam noſter vitalis actus non poſſet non percipi à nobis. At non ſentimus nos aſſiduè illuminari: aut bona deſideria immitti. Deus ergo ſe habet, vt qui pulſat ad oſtium alicuius: deinde quieſcit: & iterum pulſat: ſi forte aliquando aperiatur oſtium.

Obiicitur primò, [f] ſcripturam nos hortari ad conuerſionem celerem eoſque arguere qui contra faciunt.

Secundò, [g] Concilium Lateranenſe docet, poſſe lapſum hominem ſemper reparari per veram pœnitentiam.

Tertiò, [h] D. Thomas erroneum putat, *arbitrari aliquem in hac vita emendari non poſſe.*

Ad primum, ſolùm ſcripturam velle homines reddere paratos, ad vocationem: cum aderit ipſa vocatio.

Ad 2. agere Concilium de Sacramento Pœni-

li 8. Roffenſis refutatione ar. 36. Lutheri, Driedonis libro de captiuit. & Redempt. generis humani tract. 5. &c.

[b] *Eccleſiaſtæ 7. v. 14.*

[c] *2. Timoth. 2. v. 25.* μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας.

[d] *4. in Iulian. 8.*

[e] *11. Moral. 5.*

[f] *Ezechielis 33. v. 11. Eccleſiaſt. 5. v. 8.*

[g] *cap. Firmiter: de Summa Trinit.*

[h] *3. par. q. 86. ar. 1.*

Digitized by Google

tentiæ, ac ſolùm docere, poſſe per illum reparari ſemper, qui ritè ſuſcipiunt illud. Sed non ſequitur inde, ſemper omnibus adeſſe gratiam præuenientem: qua moueantur ad Sacramentum Pœnitentiæ dignè requirendum.

Ad 3. D. Thomam ſeipſum explicare: ſolùm enim negat aliquos dari adeo in hac vita obfirmatos in malo, vt nequeant gratia Dei inflecti.

Septima propoſitio.

CAP. VII.

SEPTIMA propoſitio: *Auxilium ſufficiens, ac neceſſarium ad vitanda peccata: omnibus hominibus, & omni tempore vel immediate, vel* [a] *mediate à Deo præſtatur.* Probatur Primò, Eccleſiaſtici 15. cap. [b] *Ne dixeris per Deum abeſt.* Id eſt, non reijcias tuam in Deum culpam. At quomodo id verum, ſi deeſſet auxilium ad euitandum peccatum?

Secundò, ex PP. Chryſ. [c] *Non potes dicere: non poſſum: neque accuſare conditorem. Si enim impotentes nos fecit, & deinde imperat, culpa eius eſt: quomodo ergo inquis multi non poſſunt?* &c.

Hierony. epiſt. ad Cyprianum. *Innocent.* 1. [e] *Quotidiana præſtat ille præſidia, quibus niſi freti confiſique nitamur, nequaquam humanos vincere poterimus errores.*

Auguſt. [f] *Si conſiderans infirmitatem tuam, deficis ſub præcepto, confortare in exemplo, ſed etiam exemplum, & multum eſt ad te: adeſt ille qui præbuit exemplum vt præbeat & auxilium.* Leo, [g] *Iuſte* (inquit) *inſtat præcepto, qui præcurrit auxilio.*

Tertiò, nulli ſunt adeò excæcati, [h] qui tranſgrediendo deliberatè mandatum, non peccent. At id nequit fieri, niſi, non tranſgredi poſſint. quod enim euitari nequit, non tranſit in culpam. Non poſſunt autem à tranſgreſſione præſeruari, niſi adſit auxilium Dei. Ergo illud non deeſt.

[a] *quia ſi non habent auxiliũ quo valeãt immediatè tentationi reſiſtere, & euitare peccatum: habent tamen ſemper auxilium, quo valeant maiores implorare vires.*

[b] *v.* 11.

[c] *homil.* 16. *in epiſt. ad Hebræos.*

[d] *quomodo ergo multi nolũt? ſi enim voluerint, omnes poterunt: habemus quippe cooperatorem, & adiutorẽ Deũ: tantũ velimus, tantũ opere accedamus ad rẽ ipſam.*

[e] *epiſt. ad Cõcilium Carth.*

[f] *in Pſal.* 56.

[g] *ſerm.* 16. *de Paßione Domini.*

[h] 1. *ex Ioan.* 15. *v.* 22. *ſi non*

veniſſem & loquutus fuiſſem eis peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. At certè Phariſæi (de quibus hîc agit Chriſtus) maximè excæcati erant. 2. Paulus Rom. 1. quos dixerat datos in reprobum ſenſum: poſtea acriter eos reprehendit, ob multa vitia 3. obdurati, ſibi theſaurizant iram, Roman. 2. v. 5. At quomodo id verum: ſi non peccant? 4. ſequeretur alioquin excæcatos recipere lucrum ex ſua obcæcatione 5. iniuſtè puniri viderentur. 6. perueniſſe ad terminum ante mortem.

Reſpondetur primò, etſi nequeant excæcati non niſi tranſgredi mandatum: tamen ideo peccare quia exiſtimant ſe poſſe non tranſgredi, tranſgreſſionemq; volunt. 1. *Si eſſetis cæci* (inquit [i] Chriſtus) *non haberetis peccatum: nunc autem dicitis, quia videmus, peccatum ergo veſtrum manet. id eſt: ſi reuera ex ignorantia peccaretis, nullum vobis ineſſet peccatum: nunc verò quia vos non ignorare putatis, propterea peccatum habetis.* 2. ex Hug. Victorino: [k] *Quando* (inquit) *homo non poteſt: ſi vult, propter voluntatem, impoſſibilitas non imputatur: ſi autem non vult, propter impoſſibilitatem voluntas non excuſatur.*

Contra. etſi, neque ignorantia, neque [m] impotentia executiua concomitans, à peccato excuſet: [n] tamen impotentia voluntatis excuſat: omnino namque liberũ tollit arbitrium. Quod enim aliquis putet, ſe poſſe contrarium velle, non efficit libertatem maiorem, ſed miſeriam auget.

Ad primam probationem ſenſum eſſe, *ſi eſſetis cæci apud vos non haberetis peccatum: quoniam agnoſcentes morbum, curreretis ad medicum, & curaremini Nunc autem quia vos videntes eſſe cenſetis, non quæritis medi-*

[i] *v. 41. εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν. νῦν δὲ λέγετε, ὅτι βλέπομεν. ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει.*

[k] *lib. 2. de Sacram. par. 14. cap. 6.*

[l] *quâ vel, quis ignorat: quia ignorare vult: vel ignorat quod facit, ſed malum intendit, vt qui intendit occidere hominem, & occidit feram.*

[m] *vt qui vult malum, quamuis exequi non valeat: vel non vult præſtare bonum: quamuis nec etiam illud præſtare queat. vt qui liberare Innocentem non poteſt: neque etiam vult, etiamſi poſſet.*

[n] *huius diſcriminis ratio eſt, quod ignorantia vel impotentia Antecedens (cuiuſmodi eſſet voluntatis) efficiat inuoluntarium: cùm ſit cauſa vt homo velit, quod alioquin nõ vellet. At concomitans relinquat liberum voluntatis actum: quia tantum per accidens concurrit cum eo.*

cum, &

cum, & ideo veſtrum non ſanatur peccatum, [o] *ſed manet.*

Ad 2. loqui Hugonem de impotentia executionis concomitante.

Reſpondent ſecundò, ideo excæcatum, ſiue obduratum neceſſario peccare: quòd impotentia volendi, nata ſit ex originali peccato: cuius intuitu fuit deſtitutus auxilio ſufficienti.

Contra. 1. Actio nec libera in ſe, ſed tantùm in ſua cauſa: nec ante præuiſa, ſiue in ſe intenta, [p] non habet à ſua cauſa malitiam diſtinctam. At cum peccauit Adam: non voluit ſiue intendit ſe aut poſteros inficere impotentia reſiſtendi peccato, atque actibus inde ſequentibus: & multo minus id nos intendimus, cùm peccamus. Ergo quæcumque malitia his actibus tribuenda, erit [r] ſolius originalis peccati, proinde & pœna. Sed pœna originalis peccati eſt omnium mitiſſima. Igitur & obdurationis. quod tamen falſum eſt: cum adeò grauiter reprehendantur obdurati, in ſcripturis. 2. *Siue iniquitas* (inquit [q] Auguſt.) *ſiue iniuſtitia, niſi eſſet in voluntate, non eſſet in poteſtate. Porrò ſi in poteſtate non eſſet, nulla pœna iuſta eſſet: quod non ſapit niſi qui deſipit.* [At ſi nulla pœna iuſta eſſet: neque proprie peccatum dicendum foret. Omni namque peccato proprie dicto, omnis iuſta pœna reſpondet.]

[o] *Non enim impotentia volendi, ſed voluntaria impotentia intelligendi excæcauerant ſeipſos.*

[p] *Vnde Aug. 22. contra Fauſtum 44. ait inceſtum Loth cum filiabus, nõ fuiſſe puniendũ pœna inceſtus, ſed ebrietatis. Quia videlicet non fuit peccatum diſtinctũ à cauſa ſua, nimirum ebrietate. Item qui incidit per intemperantiam in morbum, nõ cenſetur reus, quod ieiunare orare, &c. nequeat: ſed ſolum ob intemperantiæ peccatum.*

[q] *ſup. cap.* 78.

[r] *Quod enim aduerſarij dicunt actus malos obduratorum eſſe etiam in ſe peccata: & ideo grauiter puniri: nihil eſt. Cum ſit idem per idem dicere. Quærimus enim vnde ſunt peccata: Et reſpondetur: Quia ſunt peccata. At negamus eſſe peccata niſi ſint volita.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. VIII.

PRIMA ſumitur, [a] ex locis, quibus Deus indurare, & excæcare homines dicitur. Hoc [b] enim nihil aliud eſt quam eos deſeri vt à Sathana ſuperentur.

Reſpondeo, nuſquam ita deſeri, quin adſit, [c] pro loco, & tempore, auxilium ſufficiens: [non tamen efficax.]

Secunda, Actor 14. [d] & 17. dicitur Deus in præteritis generationibus omnes dimiſiſſe gentes, vias ingredi ſuas, ac [e] illa deſpexiſſe tempora.

Reſpondeo, his tantùm ſignificari locis, *gratiam Dei*, non ita largiter antiquis ac nouis temporibus fluxiſſe. Non tamèn propterea ſemetipſum Deus gentibus ſine teſtimonio reliquit, vt [f] ibidem Apoſtolus ait.

Tertia, [g] *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? quomodo credent ſine prædicante? quomodo prædicabunt niſi mittantur.* At multi ſunt quibus nulla vſquam facta eſt Euangelij mentio. Ergo illis defuit, vel deeſt ſufficiens auxilium ad credendum.

Reſpondeo, non adeſſe quidem omnibus auxilium ſufficiens, quo valeant, immediatè ad fidem conuerti: adeſſe tamen, quo poſſint, ſaltem mediatè

[a] *Vt Exodi 7. v. 3. Iſaiæ 6. v. 10. Math. 13. v. 14. 15. Ioan. 12. v. 40. Rom. 1. v. 24.*

[b] *vt exponit Chryſoſt. in 1. Rom. & Aug. 5. in Iulian. 5.*

[c] *[Quia enim vocantem ſæpè deſpexerunt, Deus non adeo frequentes immittit inſpirationes: imo tam aliquando raras, vt videatur deeſſe omnino: nihilominus ſemper ſufficientes immittit pro tempore & loco. Quas cum etiam huiuſmodi homines deſpiciant, corruunt in peius, Hincque dicuntur deſpecti, & deſeri à Deo, ac incorrigibiles.]*

[d] *v. 16.* [e] *cap. 17. verſ. 30.*

[f] *cap. 14. v. 17.* [g] *Rom. 10 v. 14.* πῶς ἐπικαλέσονται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν, πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν, *quomodo autem credent, quem non audierunt?* πῶς δὲ ἀκούσουσι χωρὶς κηρύσσοντος, *Quomodo audient ſine prædicante? v. 15.* πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι.

te, nimirum quo inquirant Deum, qui inquirentibus cætera præſtabit.

Quarta, [h] Tyrij, atque Sydonij potuiſſent conuerti, ſi Deus apud illos miracula feciſſet. Quidni ergo fecit?

[h] *Mat.11.v.21.*

Reſpondeo, Tyrios, & Sydonios habuiſſe ſufficiens, ſed non auxilium efficax.

Quinta, Paulus [i] prohibitus fuit Euangelium in Aſia prædicare.

[i] *Actor.16.v.6.*

Reſpondeo, non fuiſſe prohibitum abſolutè, ſed pro tempore. Volebat namque Deus, prius in Macedonia Euangelium prædicari. Alioquin enim longo tempore Paulus prædicauit in Aſia multoſque conuertit.

Sexta, [k] *Nemo poteſt venire ad filium, niſi pater traxerit illum.* At non omnes trahit, quia: [l] *Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad filium.* Conſtat autem non omnes venire. Ergo non omnes poſſunt venire.

[k] *Ioan.6.v.44.*

[l] 45. πᾶς ὁ ἀκούων παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ μαθὼν, ἔρχεται πρός με.

Reſpondeo, 1. ſi hoc de gratia efficaci intelligi placeat, *non poſſe venire quem pater non trahit*; non [m] quod minimè ei deficiat ſufficiens auxilium quo venire poſſit: ſed quòd infallibiliter de facto non veniet. 2. ſi, de ſufficienti auxilio intelligas: negatur Minor. Omnes enim pater trahit, quia vocat omnes. Ad probationem, non eſſe ad rem: agit enim de auxilio efficaci. Nam non dixit Chriſtus: *omnes qui audiunt, ſiue qui trahuntur venire*: ſed, *qui audiunt, & diſcunt*: id eſt, *quibus ita ſuadetur, vt perſuadeatur.*

[m] *ſiue quia deeſt ei auxilium efficax, de quo dicitur: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum: non quomodocumque: ſed efficaciter.*

Septima, ſi daretur omnibus ſufficiens auxilium: diſcretio impij à pio tota à libero penderet arbitrio. Contra Apoſtolum: *Quis te diſcernit? quid habes quod non accepiſti?* &c. Nam ille pius eſſet, qui auxilio ſufficienti cooperari vellet: impius, qui nollet.

Reſpondeo, diſcretionem inter pium, & impium non eſſe ratione auxilij ſufficientis, ſed efficacis. Quod autem aliquis velit cooperari, item

& cooperetur à gratia habere. Deus eſt enim qui dat velle, atque perficere: quamuis noſtrum requirat conſenſum: qui tamen non eſſet, niſi nos Deus gratia congruenti ſiue efficaci nos moueret.

n 1. Retract. 15.

Octaua, [n] *Qui cogenti cupiditati* (inquit Auguſtinus) *bona voluntate reſiſtere non poteſt: iam hoc ita peccatum eſt, vt ſit etiam pœna peccati.*

o [*Vaſquez in* 1. *D. Tho. diſp.* 97. *cap.* 2. *&* 6.]

[Reſpondeo, 1. non [o] deeſſe qui putent Auguſtinum ſentire, ſufficiens non dari auxilium obduratis, quod mihi videtur durum. Nam ſequeretur eos ex obduratione reportare lucrum: ac ſimul legem præuaricando peccare: & non peccare.] 2. per, *non poſſe*, intelligi, *admodum difficile eſſe*. 3. non poſſe quidem quandiu cupiditas huiuſmodi erit iuxta illud: *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem quæritis?* [p] Nihilominus obduratos, habere ſufficiens auxilium, quo huiuſmodi cupiditas exuatur, & proinde abſolute poſſe.

p *qui odit aliquem, quandiu odit, non poteſt amare: quia tamē poteſt deponere odium, & poſtea amare: ideo non dicitur abſolutè, non poſſe amare.*

Nona, [q] *Peccatum eſt* (inquit idem) *cum vel non eſt charitas quæ eſſe debet, vel eſt minor quam debet: ſiue hoc voluntate vitari poßit, ſiue non poßit, quia ſi poteſt, præſens voluntas hoc facit: ſi non poteſt: præterita voluntas hoc facit.* Reſponſio eadem.

q *lib. de perfectione Iuſtitiæ reſponſ.* 15.

r *lib. de corrept. & grat.* 11.

Decima, [r] *Dederat* (inquit Auguſt.) *adiutorium primo homini, ſine quo non poſſet permanere ſi vellet.* Et infra: *Si autem hoc adiutorium ei defuiſſet, non vtique ſua culpa cecidiſſet: nunc autem quibus deeſt tale adiutorium, iam pœna peccati eſt. Quibus autem datur, ſecundum gratiam datur, non ſecundum debitum.*

Reſpondeo. 1. loqui Auguſtinum de gratia habituali, ſine qua nequit homo perſeuerare in bono: ac omnia mortalia vitare peccata: quamuis ſine ea, poſſit vitare ſingula. quam ſi non habuiſſet primus homo, ſine ſua culpa cecidiſſet, quia ſine ſua culpa caruiſſet dono ſine quo perſeuerare nequiret. Sed quam, ſi nunc non habeant homines, non tamen ſine ſua culpa cadunt, tum quia ſingula vitare poſſunt. tum quia eo carent dono in pœnam ſui peccati, [tum quia & hāc gratiam accipere poſſunt,

ſi velint: Nam Deum eſt eam dare paratus.2. vt in reſponſione.1.ad octauam.]

Vndecima, [s] *Scimus* (inquit idem) *gratiam Dei non omnibus dari.* [s] *epiſt.* 107.

Reſpondeo, loqui de efficaci gratia.

Duodecima, [t] idem docet, *gratiam Dei neceſſariam eſſe, non ſolum vt poßimus velle, & facere: ſed etiam vt velimus, & faciamus.* Sed non omnes volunt & faciunt. Ergo non omnes neceſſariam gratiam habent. [t] *libro de gratia Chriſti cap.* 46. & 47.

Reſpondeo, reuera non omnes habere gratiam neceſſariam, vt de facto velint. Quia illa efficax eſt: habere tamen qua velle poſſint.

Decima tertia, ſi fides Dei donum non eſſet, id eſt, ſi in cuiuſque poteſtate foret, ſuperuacaneæ eſſent orationes Eccleſiæ pro infidelibus [u] iuxta Auguſtinum. Ergo ſi omnibus ſufficiens adeſt auxilium, erunt ſimiliter ſuperfluæ preces pro conuerſione peccatorum. [u] *epiſt.* 107.

Reſpondeo, loqui Auguſtinum de fide efficaci, quæ in noſtra poteſtate non eſt, & pro qua recte Eccleſia orat.

Decima quarta, Idem [x] Auguſtinus, falſum eſſe docet, *Deum velle omnes fieri ſaluos, ſi & ipſi velint.* Quia benignior eſſet ſceleratiſſimis adultis, quos omnes vellet fieri ſaluos: quamuis multi ex ipſis nolint: quam innocentibus paruulis: quos non omnes vellet fieri ſaluos, quamuis nulli ſint ex ipſis, qui nolint. [x] 4. *in Iulian.* 8.

Reſpondeo, Auguſtinum loqui de voluntate abſoluta, ſiue conſequente: qua reuera, Deus non vult omnes fieri ſaluos: etiam ſub conditione, *ſi velint*, vt Iulianus volebat, contra quem Auguſtinus diſputat. Alioquin reuera benignior eſſet Deus ſceleratiſſimis adultis, quam innocentibus paruulis, quos ſine peccato eſſe contendebat Iulianus: & tamen nolebat ad eos illud ſpectare: *Deus vult omnes ſaluos facere.*

Definitio prædeſtinationis.

CAP. IX.

PRAEDESTINATIO, *eſt prouidentia Dei qua homines, certi, ex maſſa perditionis miſericorditer* [a] *ſelecti, per* [b] *infallibilia media,* [c] *ad vitam diriguntur æternam.*

Dicitur, *prouidentia*: quia prædeſtinatio eſt ſpecies prouidētiæ. Dicitur, Dei, quia prædeſtinare ad vitam æternam, ſolius Dei eſſe actio poteſt: qui ſolus hanc vitam communicare valet.

Dicitur: *homines*, Quoniam prouidentia ad res omnes: Prædeſtinatio, de qua nunc agimus ad ſolos [d] homines ſpectat. *Certi*: quoniam non omnes prædeſtinantur ad vitam, ſed diſtinctè tales, & tales.

Ex maſſa perditionis, quoniam ex ſcripturis, atque Auguſtino prædeſtinatio non præceſſit, [e] de facto, ſed ſequuta eſt præuiſionē originalis peccati.

Miſericorditer ſelecti, quia in his, quos elegit, non inuenit Deus niſi meritum mortis.

Infallibilia media. Quoniam prædeſtinatio certiſſima eſt.

In vitam æternam, quoniam proprie prędeſtinatio, in eo conſiſtit, *vt ſit directio, & quaſi tranſmiſſiò rei prædeſtinatæ ad ſuum finem per certa media*: finis autem prædeſtinationis hominum eſt vita æterna.

Prædeſtinatio, autem, partim ad intellectum: partim ad voluntatem pertinet. Nam [f] *Præſcire, diſponere, dirigere*, opera ſunt intelligentiæ: [g] *ſeligere verò,* [h] *velle, & miſereri*, ſunt voluntatis.

[a] *Math. 20. v. 16. Multi ſunt vocati pauci verò electi. & cap. 24. v. 31. &c.*

[b] *Math. 24. v. 22. Ioan. 6. v. 39. & cap. 10. v. 28.*

[c] *Math. 25. v. 34. Luc. 12. v. 32.*

[d] *Nam alia eſt ratio prædeſtinationis Angelorum: alia hominum.*

[e] *id eſt prædeſtinatio vt nūc exiſtit, ſequitur præuiſionē originalis peccati. Si autem Adā non peccaſſet: alia ratio prædeſtinationis fuiſſet.*

[f] *Rom. 11. verſ. 2. Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit.*

[g] *Rom. 9. v. 11. vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret.*

[h] *Luc. 12. verſ. 32. Complacuit patri veſtro, dare vobis regnum.*

Tamen *prædeſtinatio*, eſt potius intelligẽtiæ, quam voluntatis. 1. quia eadem eſt ſententia Auguſtini. [1] *In ſua* (inquit) *quæ falli mutarique non poteſt præſcientia, opera ſua futura diſponere: id omnino, neque aliud quidquam eſt, niſi prædeſtinare.* 2. quia id ſignificat Græcum, προορίζειν, & Latinum, *Prædeſtinare.*

[1] *libro de bono Perſeuerantia.* 17.

Itaque ſecundum modum noſtrum intelligendi iſte videtur fuiſſe ordo prædeſtinationis in mente diuina. 1. prẹuidit Deus, ſi conderet hominem, eum cum ſua poſteritate, lapſurum, ſimulque vidit variis poſſe mediis omnes, vel aliquos liberare. 2. voluit hominem condere ac permittere labi: & quoſdam ex maſſa liberare, aliis in maſſa perditionis iuſtè derelictis. 3. excogitauit remedia, idonea ſaluandis electis, inter quæ primum obtinuit locum, Incarnatio: & Paſſio Saluatoris. 4. approbauit ea remedia, elegitque Chriſtum, & nos in ipſo, ante mundi conſtitutionem. 5. diſpoſuit, ordinauit & quodammodo imperauit, vt ita fieret.

PROPOSITIO OCTAVA.

Quæ probatur diuinis literis.

CAP. X.

QVAMVIS [a] *gratia ſufficiens omnibus detur, tamen prædeſtinationis diuinæ nulla ratio ex parte noſtri aſsignari poteſt.*

[a] [*hæc habentur apud Bellarminum in principio capitis noni*]

Dicitur, *nulla ratio*, vt excludantur, non ſolùm, *merita propriè dicta*: ſed etiã, *bonus arbitrij aut gratiæ vſus*, vel, *vtriuſque ſimul à Deo præuiſus*: quamuis dicatur meritum, tantum de Congruo: vel conditio, ſine qua, non prædeſtinaretur aliquis.

Ex parte noſtri. Quoniam ex parte Dei aſſignari poteſt cauſa, *in genere*: nimirum vt oſtendatur miſericordia Dei, atque iuſtitia. *In particulari verò*, etſi

Digitized by Google

quoque ſit certa quædam cauſa [b] teſte Auguſtino, nobis tamen ea eſt ignota. Nunc propoſitio, ex ſcripturis probatur.

Primò, collabora (inquit Paulus) Euangelio, ſecundum virtutem Dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta: non ſecundum opera noſtra: ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto ante tempora ſæcularia.

Secundò. Lucæ 12. [d] *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum* quare complacuit: niſi quia ſola benignitate voluit?

Tertiò, Ioan. 15. [e] *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis, & fructum afferatis & fructus veſter maneat.*

Quartò, Romanor 11. [f] *Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genu ante Baal: ſic ergo, in hoc tempore, reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt.* Non ait *relicti ſunt*, aut, *remanſerunt*, ſed, *ego reliqui mihi*: ideò reliquias dixit Apoſtolus ſaluari ſecundum electionem gratiæ: ideſt non debitam, ſed gratuitam: *Si autem gratia iam non ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia.*

Quintò: Epheſiorum. 1. [g] *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati.*

Sextò Romanor. 9. [h] *Cum nondum nati eſſent, aut aliquid boni vel mali egiſſent, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret: non ex operibus, ſed ex vocante*

[b] 1. *ad Simplicianum q. 2. Eorũ* (inquit) *non miſeretur, quibus gratiã non eſſe præbẽdam, æquitate occultiſsima, & ab humanis ſenſibus remotiſsima iudicat.*

[c] 2. *Tim.* 1. *v.* 8. συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν θεοῦ. *v.* 9. τοῦ σώσαντος ἡμᾶς καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν, καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν χριστῷ ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων.

[d] *v.* 32. εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν.

[e] *v.* 16. οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς: καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε, καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ.

[f] *v.* 4. κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. *v.* 5. οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν. *v.* 6. εἰ δὲ χάριτι οὐκ ἔτι ἐκ ἔργων. ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις.

[g] *v.* 4. ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου. *Item v.* 5. *Qui prædeſtinauit nos.* προορίσας ἡμᾶς *in filiorum adoptionem ſecundum diuitias gratiæ ſuæ. v.* 11. ἐκληρώθημεν. *ſorte vocati ſumus, & prædeſtinati, ſecundum propoſitum eius.*

h v. 11. μήπω γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ᾽ ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ. v. 12. οὐκ ἐκ ἔργων, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ καλοῦντος ἐῤῥέθη αὐτῇ ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. v. 13. καθὼς γέγραπται τὸν ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν ἠσαῦ ἐμίσησα.

dictum eſt ei quia maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi: Eſau autem odio habui.

Propoſitum erat Apoſtolo demõſtrare, *adoptionem filiorum Dei*, non pendere ex carnali generatione Abrahæ (vt Iudæi putabant) neque ex operibus noſtris, aut parentum noſtrorum, ſed *ex mero beneplacito Dei*. Cuius rei demonſtrandæ gratia producit figuram Iacob, & Eſau, quorum priorem Deus dilexit, poſteriorem odio habuit, cum omnino eſſent inter ſe pares: ſcilicet ex iiſdem parentibus, concubitu eodem, & partu: nec boni, aut mali quidquid egiſſent: Et proinde ex mero Dei beneplacito vnum electum alterum fuiſſe reiectũ. Quoniam autem alicui id iniuſtum videri poſſet obijcit ſibi ipſi Paulus: [i] *Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moſi enim dicit, miſerebor, cui miſereor: & miſericordiam præſtabo cui miſerebor.* Item. [k] *O homo tu quis es qui reſpondeas Deo? an non habet poteſtatem figulus luti facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam.* At ſi ex operibus præuiſis Deus vnum diligeret: alterum odio haberet: promptum fuiſſet B. Paulo reſpõdere, & vno verbo omnem quæſtionem ſoluere.

Reſpondent, non loqui Apoſtolum de ſingularibus illis perſonis Iacob, & Eſau. Sed eorum nomine intelligere duos populos, Iſraeliticum ſcilicet, & Idumæum. Nec agi de electione & reprobatione æternâ, ſed de bonis maliſque temporalibus huius vitæ. 1. quia Geneſ. 25. reſponſum eſt Rebeccæ: [l] *Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi, ex ventre tuo diuidentur: populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruet minori.* 2. Cũ dixiſſet Deus apud Malachiam. [m] *Iacob dilexi, Eſau odio habui* explicabat quomodo oderit: *Poſui* (inquit) *montes eius in*

i v. 14. τί οὖν ἐροῦμεν, μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ, μὴ γένοιτο. v. 15. τῷ γὰρ μωσῇ λέγει, ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω.

k v. 20. ὦ ἄνθρωπε σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ. v. 21. ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.

l v. 23.

m *cap. 1. v. 2. & 3.*

ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti. 3. Etſi videatur Paulus hæc transferre ad myſteria Chriſtiana: non tamen ad electiõnem, & reprobationem ſingularum perſonarum: ſed tantum ad electionem gentilium, & reprobationem Iudæorum. Alioquin ſequeretur omnes, ad quos Apoſtolus ſcribebat, fuiſſe prædeſtinatos. Nam in genere loquitur de prædeſtinatione, & electione.

Negatur propoſitio 1. Ex illa ſimilitudine maſſæ figuli, & vaſorum in honorem, ac contumeliam. Nec enim vaſa in honorem vel contumeliam dici poſſunt ſoli gentiles, vel ſoli Iudæi. 2. Ex Pharaonis exemplo quod ibidem adducit Paulus, Pharao enim erat particularis & certus quidam homo 3. omnes electi certo ſaluantur. At non ſaluantur omnes gentiles ad Eccleſiam vocati, & per Baptiſmum in eam admiſſi.

Ad 1. & ſecundam probationem, nos non diſputare de teſtimonio Geneſ. & Malach. ſed Pauli: quòd transferat teſtimonium Malachiæ ad reprobationem, & electionem de qua nunc agimus: ſitque myſticus Malachiæ ſenſus, literalis in Paulo.

Ideo tamen ſæpè concionatur Paulus de vocatione Gẽtium, & induratione Iudæorum, vt ſimul oſtenderet filios Abrahæ, eos non debere putari qui [n] naſcuntur ex carne Abrahæ: ſed qui fidem Abrahæ ſectantur.

[n] *ſicut arbitrabantur Iudæi, & ideò, ſe ſolos ad Deum pertinere dicebant.*

Ad tertiam probationem, id feciſſe Paulum, non quod affirmare vellet omnes illos proprie electos: ſed quod de omnibus benè ſperaret.

Idem probatur traditione Eccleſiæ ſiue ex PP.

CAP. XI.

HVc referenda ſunt omnia teſtimonia quibus probatur, efficaciam gratię, nullo modo eſſe à nobis. Hinc enim manifeſtè ſequitur Prædeſtinationis nullam eſſe cauſam in nobis. Quam doctrinam non dubitarunt grauiſſimi PP. reuocare ad fidem.

Auguſtinus. [a] *Hoc ſcio* (inquit) *neminem contra iſtam prædeſtinationem, quam ſecundum Scripturam ſanctam defendimus, niſi errando diſputare potuiſſe.*

Proſper. [b] *Prædeſtinationem Dei nullus Catholicus negat.*

Petrus Diaconus [c] *Anathematizamus Pelagium & Caleſtinum ſimulque Iulianum Edanenſem, & qui illis ſimilia ſapiunt, præcipue libros Fauſti, Galliarum Epiſcopi, qui de Monaſterio Lyrinenſi prouectus eſt, quos contra prædeſtinationis ſententiam ſcriptos eſſe non dubium eſt.*

Fulgentius: [d] *Cuius Prædeſtinationis veritatem, qua nos ante mundi conſtitutionem prædeſtinatos in Chriſto teſtatur Apoſtolus, ſi quis detrectat cordis credulitate recipere, vel oris confeſſione proferre: Si ante vltimum diem vitæ præſentis, impietatis ſuæ contumaciam quâ Deo viuo, & vero rebellis obſiſtit, non abiecerit: manifeſtum eſt eũ non pertinere ad eorum numerum, quos Deus in Chriſto ante mundi conſtitutionem gratis elegit, & prædeſtinauit ad regnum.* Cæleſtinus [e] contrarię damnans ſententiæ propugnatores: *Vnde reſiſtatur talibus* (inquit) *quos malè creſcere videmus: nefas eſt hac pati religioſas animas quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque conuenit macerari* atque ibidem docet nuſ-

[a] *libro de bono Perſeuerantia.*
[b] *Reſponſione I. ad obiectiones Gallorum.*
[c] *libro de Incarnatione & Gratia Chriſti.*
[d] *lib. de Incarnatione & Gratia Chriſti cap. vltimo, in ipſo epilogo.*
[e] *epiſt. ad Gallos.*

quam Auguſtinum ſiniſtræ ſuſpitionis, vel ſaltem aſperſum.

Cum tamen nondum conquieſcerent Galli. S. Leo miſit ad Concilium Arauſicanum capitula quædam de gratia, & libero arbitrio, ex Auguſtini decerpta libris: quæ voluit ab Epiſcopis Concilij recipi, & ſubſcribi, vt etiam factum eſt. In illis autem capitulis continentur omnia fundamenta ſententiæ de prædeſtinatione gratuita.

Gelaſius deinde, in Concilio Septuaginta Epiſcoporum, non ſolum probauit omnia Auguſtini, & Proſperi ſcripta: ſed etiam libellos damnauit Caſſiani, & Fauſti Regienſis: cum tamen ignoraret minimè pręcipuam inter Proſperum, & Caſſianum quæſtionem: Fulgentium, & Fauſtum eſſe, circa doctrinam Auguſtini de prædeſtinatione SS. & bono perſeuerantiæ.

Idem rationibus probatur ex ſcriptura, & traditione deſumptis.

Cap. XII.

[a] *Marci vlt. v. 16.*
[b] *v. 19.*
[c] *Reſpondent equidem dari fidem omnibus: vel quos præuidit Deus bene diſpoſitos ad fidem, per bonum liberi arbitrij vſum: vel bene vſuros gratia ſufficienti. Sed nos cōtra: vtrūque ſupra refutauimus.*
[d] *v. 22.*
[e] *Ioan. 13. v.*

Prima, [a] ſine fide nemo ſaluari poteſt. At fides efficax non omnibus datur: ſed quibus eam Deus voluerit dare. [b] Philipp. 1. Igitur illi ſoli ſaluantur, quos Deus gratis ſaluare decreuit. Præſciuit autem ab æterno quibus ſalutem daturus eſſet, decreuit, præordinauit. [c] Igitur vera Auguſtini ſententia de gratuita præſcientia, & prædeſtinatione diuina.

Secunda, ſine perſeuerentia nemo ſaluari poteſt Mathæi [d] 10. At perſeuerantia donum Dei eſt, ex mera gratia. 1. [e] *Si hæc ſcitis* (inquit Chriſtus) *beati eritis ſi feceritis ea. non de omnibus vobis dico: ego ſcio quos*

elegerim. 2. [f] *Non volentis neque currentis*: id eſt iam benè operantis:*ſed miſerentis Dei*.3. [g] *Cum metu, & tremore ſalutem veſtram operamini.* [h] *Deus enim eſt, qui operatur in vobis velle, & perficere, pro bona voluntate.* Id eſt: *quamuis bene operemur: non tamen nobis certo perſeuerantiam promittamus: ſed cum metu, & tremore, Deo ſubiecti ſimus: à cuius manu pendet perſeuerantia noſtra* 4. [h] *Ex nobis prodierunt: ſed non erant ex nobis, Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum.* Id eſt, ſecundum creationem, & regenerationem erant ex nobis. *veruntamen* (inquit Auguſt.) *ſecundum aliam quandam diſcretionem, non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis manſiſſent vtique nobiſcum, quæ eſt iſta diſcretio? non erant ex eis: quia non erant in Christo electi ante mundi conſtitutionem.* 5. iubemur aſſiduè pro perſeuerantia orare. At vt (inquit [k] Auguſt.) *fruſtra quotidie à Domino petitur, ſi non eam Dominus per gratiam ſuam in illo, cuius orationes exaudit, operatur.* 6. [l] In manu Dei eſt, iuſtum rapere antequam labatur: ac peccatorem expectare, donec ad ſanitatem redeat & contra relinquere iuſtum labi, deinde rapere. *Videte, ergo* (vt [m] inquit Auguſtinus) *à veritate quam ſit alienum negare, donum Dei eſſe, perſeuerantiam, vſque in finem huius vitæ: cum vitæ huic, quando voluerit ipſe det finem: quem ſi dat ante imminentem lapſum facit hominem perſeuerare vſque in finem.*

Tertia ratio, quidam paruulorum rapiuntur ſtatim à Baptiſmo, alij paulò ante Baptiſmum: nec ibi

17. εἰ ταῦτα οἴδατε μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε αὐτά. *v.* 18. οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω. ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην. *Ioan.15.v.16. Ego poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.*

[f] *Rom.9.v.* 16.

[g] *Philip.* 2.*v.* 12.

[h] *v.*13.

[h] 1. *Ioan.*2.*v.* 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν.

[i] *lib. de bono Perſeuer. cap.* 8. *Nec refert eundem Auguſtinum, illa Ioannis verba intellexiſſe tract.* 3. *in epiſt. Ioan. de ſimulatione fidei: vt ſenſus ſit: videbantur exterioribus ſignis Chriſtiani: ſed iam præciſi erant corde. a nobis. Nam qui Prædeſtinati non ſunt, & per id diſcreti à Prædeſtinatis: ſæpe prius corde præſciduntur ab Eccleſia: quam corpore: & verum eſt iam illos, non eſſe ex nobis: quamuis videantur.*

[k] *ſup. cap.* 17. [l] *Iob.*14.*verſ.*15.*conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* 1. *Reg.* 2.*verſ.*6. *Dominus mortificat, & viuificat.*
[m] *ſupra.*

aſſignari poſſunt vlla præuiſa merita.

Reſpondent id naſci ex diſpoſitione cauſarum ſecundarum.

Contra. Etſi Deus non mutet naturæ curſum: tamen ante mundi conſtitutionem, ſine dubio vidit, quid ab initio vſque ad finem accideret, ſi hoc, aut illo modo totius naturæ curſum diſponeret. Et cum in manu eius, omnia eſſent: neque aliquid niſi eo iubente aut permittente fieri poſſet: proculdubio res ita diſpoſuit, vt, *omnia cooperarentur in bonum his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* Quod igitur paruulorum aliqui baptizentur: alij non: & tamen rapiantur: proxima equidem cauſa referri poterit in naturales cauſas: primaria tamen, erit ſola Dei voluntas.

Quarta, Chriſtus prædeſtinatus eſt, omnino gratis. Non enim aliqua opera facere potuit homo Chriſtus, vt filius Dei fieret: cum ex illo cœperit homo eſſe filius Dei ex quo cœpit eſſe homo. At [n] Chriſti prædeſtinatio eſt forma, & exemplar noſtræ prædeſtinationis. Igitur & nos ſimiliter prædeſtinamur.

Quinta, diſcretio electorum à reprobis refertur in ſcripturis inter inſcrutabilia Dei Sacramenta. Rom. 11. [o] *O altitudo diuitiarum ſapientiæ*, &c. At ſi Deus prædeſtinaret ex præuiſione boni vſus arbitrij, aut gratiæ: ratio huius diſcretionis facilè aſſignari poſſet.

Sexta, ſi vera eſſet contraria ſententia, Deus certè mitteret prędicatores ad eos omnes quos pręuideret bene vſuros libero arbitrio, vel gratia, quam ſimul offerret. Sed contrarium ex ſcriptura [p] conſtat. Ergo, &c.

[n] *Rom.* 8. *v.* 29. *Quos præſciuit, hos prædeſtinauit fieri conformes imaginis Filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.*

[o] *v.* 33.

[p] *Ezech.* 3. *v.* 5. *Non enim ad populos profundi ſermonis, & ignotæ linguæ, tu mitteris. v.* 7. *Etſi ad illos mittereris, ipſi audirent te. Math.* 11. *v.* 21. *Si in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in te: olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.*

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis ſumptæ.

CAP. XIII.

PRIMA, Rom. 8. [a] *Quos præſciuit, hos prædeſtinauit.* Quid præſciuit in eis, niſi bonum liberi arbitrij, aut gratiæ vſum?

Reſpondeo ſenſum eſſe: *quos conſilio voluntatis ſuæ elegit: ſiue ad electionem approbauit: hos, per media, ordinauit ad gloriam: ſiue ordinauit conformes fieri laboribus paſſionum filij ſui.* Nec enim nouum eſt in ſcriptura, *ſcire*, & *præſcire*, accipi [b] pro *ſcientia approbationis.*

Secunda, [c] *In magna domo ſunt vaſa aurea, & fictilia: alia in honorem, alia in contumeliam. Si quis emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem vtile Domino.*

Reſpondeo 1. illud, *emundare ſe*, [c] non ſignificare, *ſanctificare ſe*, ſed, *recedere ab iniquitate, & malorum communicatione*: vnde appareat, tanquam ſigno vas, in honorem eſſe. 2. Etſi, *ſanctificare ſe* ſignificaret: non tamen importare, cauſam iuſtificationis à nobis eſſe: ſed requiri noſtram cooperationem vocationi: [non enim cogimur ſed trahimur.]

Tertia, Apocalyp. 3. [d] *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* At, ſi corona malis poteſt operibus amitti: Ergo non prædeſtinauit Deus vllum ad gloriam: ſine operum præuiſione. alioquin incerta foret prædeſtinatio: cum prædeſtinatus poſſet per mala opera amittere coronam ſibi deſtinatam.

Reſpondeo, hæc Apocalyp. verba, non ſignificare, prædeſtinatum poſſe de facto amittere coronam: ſed potius, amittere non poſſe. Sunt enim huiuſmodi comminatoria verba, prædeſtinatio-

[a] v. 29. οὓς προέγνω, καὶ προώρισε.

[b] vt Rom. 11. v. 2. *Non repulit Deus plebẽ quem præſciuit.* 2. Timoth. 2. v. 19. *Cognouit Dominus qui ſint eius.* Mat. 25. v. 12. *Neſcio vos.* Pſal. 1. v. 6.

[c] 2. Timoth. 2. v. 20. ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα, καὶ ὀστράκινα. καὶ ἃ μὲν εἰς τιμήν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. v. 21. ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον, *ſanctificatum*: καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ.

[d] v. 11.

nis effectus: quibus, tanquam terroribus, præſeruatur prædeſtinatus à malis actibus & ad coronam gloriæ ducitur.

Quarta, Math. 25. Paterfamilias diſtribuit ſeruis talenta, vnicuique ſecundum propriam virtutem. Alij verò operati ſunt in eis, & lucrum fecerunt. alius non. [At per, *diſtributionem illam*, intelligitur *diſtributio gratiæ Dei*, *ſecundum proportionem naturalis diſpoſitionis*: id eſt, bonum liberi-arbitrij vſum: per *operationem ſeruorum* intelligitur, *bonus gratiæ vſus*.] Quod autem Deus facit, id antea, ſe facturum prædeſtinauit. Ergo prædeſtinauit ab æterno conferre gratiam ſuam ſecundum præuiſionem boni vſus liberi arbitrij, & gratiæ.

Reſpondeo primò, per *talenta*, intelligi poſſe, ſolùm gratias gratis datas, per *propriam virtutem*, gratiam vnicuique datam, vt huiuſmodi talento bene vtatur.

Secundò, poſſe intelligi per *talentum*, gratiam vocantem: ſed, *per propriam virtutem intelligi naturæ diſpoſitionem ex auxilio gratiæ Dei procedentem.* Non enim Deus ſolum dat gratiam, ſed etiam diſponit naturam in prædeſtinatis, ſecundum varias circunſtantias:[e] quatenus recipiant gratiam.

[Tertiò, in parabola, non eſſe attendenda omnia, quæ in ea dicuntur, ſed ſcopum. Huius autem parabolæ ſcopus, ſolùm eſt, doceri, beneficiorum tum naturæ, tum gratiæ ſumpturum Deum rationem à nobis iuxta menſuram donorum.

Quartò, per Talenta, non poſſe intelligi efficacem gratiam quæ ſola ad prædeſtinationem ſpectat. Nam non eſt efficax talentum in ſeruo torpente. Sed intelligi gratiam in genere. Per, *propriam virtutem* intelligi poſſe, *ipſam naturalem diſpoſitionem*: [f] non propter quam, tanquam cauſam, aut conditionem ſine qua non detur ipſa gratia: ſed vt omnia ſuauius quadrent. Per, *operationem* nequit ſignificari, fieri gratiam ex noſtra induſtria efficacem: tum quia, neque id explicauit Chriſtus neque

[e] *ſiue ſit efficax, ſiue ſufficiens.*

[f] *Sicut nec Paterfamilias dedit talenta ſeruis, ob illorũ propriam virtutem: aut præuiſionem boni operi: Alioquin non dediſſet ſeruo torpenti. Sed ob ſuam liberalitatem.*

neque efficaciæ modus facile intelligi à populo poſſet cui loquebatur Dominus. Solum ergo ſignificatur aliquos gratiæ Dei cooperari, & fructũ afferre: quamuis efficacia gratiæ à Deo pendeat: alios non cooperari quamuis gratiam ſufficientem habeant.]

Quinta obiectio, Mathæi 20. [g] *Voca operarios, & redde illis mercedem.* & 25. [h] *Percipite regnum, eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare.* Ergo Deus conſtituit ab æterno, regnum illis cœlorum conferre quos vidit bona opera facturos.

[g] v. 8. κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοὺς τὸν μισθόν. [h] v. 34. κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. v. 35. ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν.

Reſpondeo, 1. nos ſine operibus deſtinari ad regnum cœlorum: & non ſine operibus peruenire ad regnum cœlorum. Quia ita Deus nos ad regnum cœlorum elegit: vt non niſi per bona opera ad id perueniri voluerit: Atque in hoc ſenſu dici regnum conferri cœlorum propter opera bona. [2. dari regnum cœlorum propter opera præuiſa: ſed ab ipſomet Deo liberaliter tanquam effectus prædeſtinationis ordinata.]

Soluuntur obiectiones ex PP.

CAP. XIV.

PRIMA, *Quotquot ſcit* (inquit [a] Irenæus) *non credituros Deus, cum ſit omnium præcognitor, tradidit eos infidelitati eorum, & auertit faciem ab huiuſmodi, relinquens eos in tenebris, quas ipſi ſibi elegerunt.*

[a] 4. cap. 48.

Reſpondeo, agere Irenæum de reprobatione: nos de prædeſtinatione. Sicut autem negamus cauſam prædeſtinationis in homine non eſſe: ſic fatemur cauſam reprobationis eſſe.

Secunda, [b] *Multi* (inquit Chryſoſt.) *Mathæo meliores eſſe videbantur, ab apparenti operum argumento: verum qui arcana nouit, quique cogitationis aptitudinem probare poteſt: is & in cœno margaritam iacentem nouit,*

[b] hom. 31. in Math.

omiſsiſque alijs, admiratus (ſcilicet Chriſtus) *huius pulchritudinem, illum elegit, voluntatiſque nobilitati ſuam cum adiunxiſſet gratiam, probatum illum eſſe pronunciauit.*

Reſpondeo, pulchritudinem illam in Mathæo, beneficium prædeſtinationis ab æterno factæ fuiſſe, quam miratus Chriſtus, illum in tempore vocauit de facto, [c] quando vidit eum non reluctantem.

[c] *iuxta ordinationem diuinæ prædeſtinationis.*

Tertia, *Illi ſecundum propoſitum* (inquit Ambroſius in cap. 8. ad Rom.) *vocantur quos credentes præſciuit Deus, vt antequam crederent, ſcirentur.*

Quarta ibidem, *Quos enim præſciuit ſibi deuotos futuros, ipſos elegit ad æterna præmia.*

Quinta ibidem quoque: *Eius miſerebor quem præſciui, poſt errorem recto corde reuerſurum ad me.*

Reſpõdeo, 1. hos commentarios Ambroſij non eſſe vt multi viri docti, non ſine cauſa, iudicant. 2. Ad tertiam, loqui authorem horum commentar. de vocatione in tempore facta: quos enim Deus præſciuit credentes (quòd diſpoſuerit ab æterno, ex ſuo mero beneplacito, eis gratiam dare efficacem) eos ſecundũ propoſitum, vocat in tempore. Ad quartam 1. vt ad tertiam. 2. ſi placeat intelligere de electione æternâ: dupliciter hanc conſiderari. vno modo, [e] vt eſt intentio gloriam dandi: altero, [f] vt diſpoſitio executionis: & quaſi executio in mente diuinâ. priori modo, electio mere gratuita eſt: nec præuiſionem operum requirit: poſteriori omnino requirit hanc [g] præuiſionem. [3. alij reſpondent, electionem ad gratiam prædeſtinationis eſſe merè gratuitam: ac ſine vlla præuiſione meritorum dari: ipſa enim merita facit non præſupponit. Electionem tamen ſiue deſtinationem efficacem ad gloriam [h] non eſſe gratuitam omnino. Quia non fit ſine præordinatione, ac præuiſione meritorum: quibus tãquam præmium gloria datur. Ita vt primo voluerit Deus, voluntate antecedente, dare omnibus gloriam. Deinde

[e] [*ſiue vt electio finis ſimpliciter: vel vt electio præmij*]

[f] [*id eſt vt electio, ac diſpoſitio mediorum efficaciũ, quibus, tanquã ad præmium deſtinatur aliquis ad gloriã, vel breuius.*

[g] *Quia circa opera proximè verſatur.*]

[h] *hoc impugnat Bellarm. infra cap. ſequenti: defendit autem vaſquez diſp. 89. & 90.*

elegerit quoſdã ad gratiam prædeſtinationis omnibuſque medijs ſiue bonis operibus præuiſis eos efficaciter tunc ad gloriam deſtinaſſe.]

Ad quintam, ſenſum eſſe, [h] *Deum miſereri, id eſt, iuſtificationem præſtare, cui deſtinauit gratiam efficacem dare*: & proinde quem præſciuit reuerſurum ex toto corde ad Deum.

Sexta, *vaſa miſericordiæ* (inquit [i] Hieron.) *non ſolum populus gentium eſt: ſed etiam qui ex Iudæis credere voluerunt.* Item: [k] *Ex Dei præſcientia euenit, vt quem ſcit iuſtum futurum, prius diligat quam oriatur ex vtero.*

Reſpondeo, hæc vera eſſe: ſed nullos credituros niſi quibus fidem, ac iuſtitiam, Deum ſe donaturum præ nouit.

Septima, Auguſtin. libro de Prædeſtinatione, & gratia videtur diſcretionem iuſtorum, ab iniuſtis referre, in eorum liberam voluntatem tanquam in vltimam cauſam.

Reſpondeo. 1. multis non videri hunc librum Auguſtini eſſe: cum nulla eius fiat mentio in retractationibus neque in indiculo Poſſidonij. 2. authorem huius libri, mox adiungere vltimam reſolutionem fieri in Dei voluntatem, qui vnum miſericorditer adiuuit, alterum iuſtè deſeruit.

Octaua, Idem: [l] *Cui vult miſeretur, & quem vult indurat* (inquit) *ſed hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt: venit enim de occultiſſimis meritis: quia & ipſi peccatores ſunt: cum propter generale peccatum vnam maſſam fecerint: tamen non ideo nulla inter eos diuerſitas eſt. præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quamuis nondum iuſtificati ſint, digni efficiantur iuſtificatione: & item præcedit in aliis peccatoribus, quo digni ſint obtuſione.*

Reſpondeo, loqui de iuſtificatione, quam præcedunt [m] diſpoſitiones: ſed non niſi ex gratia Dei procedentes. Ipſæ ergo ſunt illud aliquid in homine: quo dignus efficiatur iuſtificatione: ſicut præcedunt peccata in homine quibus dignus fit obduratione.

[h] *iuxta illud Rom. 9. v. 15. ex Exodi 33. v. 19. Miſerebor, cuius miſertus ſum: & miſericordiam præſtabo cui miſerebor.*

[i] *epiſt. ad Hedibiam q. 10.*

[k] *lib. 1. in epi. ad Galatas, dum tractat illa: Cum placuit ei, qui me, &c.*

[l] *lib. 83. qq. q. 68.*

[m] *quas merita vocat.*

Soluuntur argumenta, ex ratione: ſimulque oſtenditur ad gloriam efficacem homines eligi gratis.

CAP. XV.

PRIMA, electio prærequirit diſparitatem in eligendis. 1. quia, quiſquis in eligendo non errat: quod melius eſt eligit. 2. [a] *Nemo eligitur* (inquit Auguſt.) *niſi iam diſtans ab illo, qui reiicitur, vnde quod dictum eſt: quia elegit nos ante mundi conſtitutionem: non video quomodo ſit dictum, niſi præſcientia.* Ergo electio ſaluandorum non eſt facta ſine præuiſione diſparitatis operum, vel diſpoſitionum, ex parte noſtra.

[a] 1. *ad Simplicianum. q. 2.*

Secunda iuxta ſcripturas, vita æterna, eſt vera operum merces. Igitur non datur neque promittitur, aut deſtinatur, niſi propter opera, ſaltem præuiſa.

Tertia, electio debet eſſe certa. Sed id nequit eſſe ſine operum præuiſione. 1. quia vnuſquiſque habet ſufficiens auxilium quo conuerti poſſit, & perſeuerare ſi velit. Ergo ſi electio ante opera fieret, poſſet non electus, fieri electus. 2. aliquis ſceleratiſſimus in extremis agens, & tamen electus: vel gratiam reſpuere poteſt: vel non, ſi prius. Ergo de electo fieri poterit reprobus: ſi poſterius. Ergo liberum arbitrium cogitur.

Quarta, ſæpe gloria beatorum pendet ex peccatis impiorum: vt gloria martyrum ex malitia perſecutorum. Sed Deus non eligit peccata. Ergo neque illos eligit beatos, antequam præuideat, quid in certaminibus facturi ſint.

Quinta, Deus non reprobat ante præuiſionem operum; quia reprobatio ad iuſtitiam pertinet ex

ſententia Auguſtini. Igitur neque prędeſtinat ante operum præuiſionem: quia qui non eſt reprobus, eo ipſo eſt prædeſtinatus.

Sexta, ſi Deus abſque operum præuiſione prædeſtinaret: omnes, aut maior pars hominum prædeſtinarentur: cum ſit Deus natura bonus. At pauci ſaluantur.

Septima, ergò ſuperfluæ ſunt omnes exhortationes, orationes & induſtriæ pro ſalute. Nam prædeſtinatus, quidquid faciat non poterit, non ſaluari: & reprobus non poterit non damnari.

Ad primum, nonnulli [b] admittunt præuiſionem meritorum præcedere electionem ad gloriam: ipſa tamen merita, gratuita omnino eſſe: huiuſque opinionis Auguſtinum aliquando fuiſſe contendunt, maximè libro 1. ad Simplicianum q. 2. *Non ergo* (inquit) *ſecundum electionem Dei propoſitum manet, ſed ex propoſito electio, id eſt, non quia inuenit Deus bona opera in hominibus, quæ eligat, ideò manet propoſitum iuſtificationis ipſius: ſed quia illud manet, vt iuſtificet credētes, ideò inuenit opera, quæ iam eligat ad regnū cœlorum.*

Contra. 1. Chriſtus Lucæ 12. apertè gratuitam pronunciat ad regnum electionem. [c] *Nolite* (inquit) *timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum.* 2. Apoſtolus Rom. 8. *Quos præſciuit*, ad quid, niſi ad gloriam? *hos prædeſtinauit*, ecce ordinatio mediorum & præuiſio meritorum poſt electionem. 4. quia Auguſtinus ſenex ſententiam mutauit, quam iuuenis libro ad Simplicium ſecutus fuerat. *Qui ſunt iſti* [d] (inquit) *qui reſpōdent Deo, quandoquidem ille Rebecca habenti geminos, ex vno concubitu patris noſtri Iſaac, cum illi nondum nati, nihil egiſſent boni, vel mali: vt ſecundum electionem propoſitum eius, manere electionem, ſcilicet gratiæ, non debiti electionem, quâ eligendos facit ipſe, non inuenit, non ex operibus, ſed ex vocante dixit*, &c. Item: [e] *Electi ſunt autem ad regnandum* (inquit) *cum Chriſto.* Et infra: *Hæc de his loquor, qui prædeſtinati ſunt in regnum Dei.* 5. media, vt media nequeunt appeti niſi propter finem.

[b] *Hi diſtingunt prædeſtinationem ab electione: & quidem volunt illam præcedere merita cum ſit præparatio infallibilium mediorum ad ſalutem: hanc verò ſubſequi merita: ſiue pēdere ex meritorum præuiſione: eſſeque præparationem ad gloriam.*

[c] v. 32. μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον. ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν.

[d] *epiſt.* 105. *ad Sixtum.*

[e] *libro de correptione, & gratia cap.* 7. *item epiſt.* 106. *Non ex operi-*

bus (inquit) *ſed ex vocante dictum eſſe intelligatur, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret: non meritum hominis anteiret: Non enim dicit electionem voluntatis humanæ ſiue naturæ: cum par eſſet in vtroque mortis damnationiſque conditio: ſed electionem proculdubio gratiæ, quæ non inuenit eligendos, ſed facit.*

Si ergo media infallibilia Deus voluit prædeſtinatis dare, voluit & prius finem efficaciter conferre. [6. vel Deus elegit ad gloriam ante merita: vel ad gratiam prædeſtinationis: in genere, id eſt, generaliter decreuit alicui conferre efficacem gratiam ad gloriam: nondum ſingula quæque ordinando merita: vel elegit ad aliquod meritum aut ſingula quæque, ſine illa generali gratiæ efficacis prædeſtinatione: ſimulque vnum aliquod meritũ aut ſingula quæque deſtinauit efficaciter ad gloriam: vel tantum illa, ita deſtinauit iam omnibus præuiſis ſiue ordinatis meritis. Si primum: eſt quod intendimus: ſi ſecundum. Ergo prædeſtinauit ad gloriam ante merita. Nam huius prædeſtinatio gratiæ eſt ante merita. At quid eſt eligere ad gratiam prædeſtinationis: niſi ſimul eligere efficaciter ad gloriam? Sicut (vt in exemplo aduerſariorum inhæreamus) ſi Rex non ſolum proponeret brauium: ſed ſimul decerneret dare alicui infallibilia media perueniendi ad brauium: eo ipſo cenſeretur, illum prædeſtinare ad brauium; quamuis nondum quidquam diſponeret de ſingularibus mediis. Si tertium: vel deſtinatio ad gloriam, natura præcedit: vel ſequitur, aut ſimul eſt, cum operibus ipſis: ſi prius. Ergo antecedit merita: ſi ſimul eſt, aut ſequatur. Ergo merita non ſunt prædeſtinationis effectus. Nulla enim cauſa eſt prior, aut ſimul natura cum ſua cauſa. Cauſa autem effectuũ prædeſtinationis eſt ipſa deſtinatio efficax ad gloriam. Si tertium. Ergo non ſolum merita haud erunt prædeſtinationis effectus: ſed etiam erunt eiuſdem cauſa. Non enim opera fient, quia ſunt ad gloriam deſtinata: ſed deſtinabuntur ad gloriam, quia præuidentur vt facta.]

Ad primum igitur reſpondeo, electionem Dei facere ipſam inter eligendos diſparitatem: ſicut amari non poſſunt, niſi boni: & tamen Deus amando ipſos facit bonos.

Ad ſecundi Antecedens: beatitudinem reſpectu

prædeſtinatorum, bifariam conſiderari. 1. vt infallibilem finem eis diſtinatum à Deo. 2. vt finem, per talia acquirendum media. [priori modo, non eſt merces: quia eſt ante præuiſionem operum.] poſteriori: fatemur mercedem eſſe. Ad conſequens non dari poſteriori modo, ſine præuiſione operum: dari, poſteriori.

Ad tertium: admittitur maior, & negatur Minor. Ad 1. probationem, vnumquemque conuerti poſſe: de facto tamen reprobum infallibiliter non ſe conuerſurum, efficaciter ad gloriam: quia non erit in eo auxilium Dei, efficax. Ad 2. reſpondeo, [1. illam debere aduerſarios ſoluere: admittunt enim certitudinem efficacis gratiæ. Ad hæc probatio ſecunda: non minus militat contra certitudinem gratię efficacis: quam gloriæ.] 2. poſſe gratiam reſpui: tamen Deum ita eam congruenter diſpoſuiſſe, vt ſciat etiam electum ipſam gratiam infallibiliter, & libere tamen recepturum.

Ad 4. minor admittitur. Sed nonobſtāte. 1. Deus antequam quidquam decreuerit, cognouit (ſcientia quam vocant conditionata) quid vnicuique accidere poſſet: ſi hoc vel illo modo diſponeretur: Quare deſtinato aliquo ad certam gloriæ menſuram: facillimè potuit deinde diſponere media ex præuiſione bonorum, vel malorum. [2. hoc idem facere valuiſſet: etiamſi ante determinationem cognouiſſet in genere: ſe habere ſufficientia media, eaque varia: quibus poſſet electos ad gloriam ſibi deſtinatam ducere.]

Ad 5. ſi reprobatio accipiatur, pro, *non habere voluntatem poſitiuam ſaluandi aliquem.* Antecedens negatur. Si, pro deſtinatione ad damnationem æternam conceditur: Sed conſequens negatur. Quia electio ad gloriam eſt opus gratiæ: damnatio opus iuſtitiæ. [Ad probationem: veram eſſe. Attamen non naſci electionem ex non reprobatione: quia electio reprobatione prior eſt. Sed contra non deſtinationem ad damnationem naſci ex electionę.

Ideò enim aliquis, non eſt reprobus quia eſt ad gloriam electus.]

Ad 6. fortaſſe aliquid illaturum, ſi prædeſtinatio non præſupponeret originale peccatum. Ita enim Angelorum maior pars ad gloriam prædeſtinata fuit. At cum omnes homines in maſſa damnationis inuoluantur, magnæ fuit miſericordiæ aliquos inde liberari.

Ad 7. negatur. Quia ita Deus ad gloriam prædeſtinauit: vt non niſi operibus bonis ad eam perueniri voluerit. Nec verum eſt reprobum quidquid egerit, damnandum: prædeſtinatum verò ſaluandum. Non enim damnabuntur, niſi mali, neque ſaluabuntur niſi boni.

NONA PROPOSITIO.

Cauſa Reprobationis partim ad ſolam Dei voluntatem: partim [a] ad peccata prouiſa refertur.

[a] *in Pueris originale: in adultis originale.*

CAP. XVI.

[MODO ò intelligendi noſtro, talis ordo in diuina diſpoſitione, tũ circa prædeſtinationem: tum reprobationem obſeruandus videtur. 1. Antecedenti voluntate voluit Deus omnes facere ſaluos. 2. Quoſdam efficaciter ad gloriam elegit. 3. Eis de efficacibus prouidit mediis. 4. Iuxta Belarminum, eo ipſo quo cęteros non prædeſtinauit: eos negatiuè reprobauit: iuxta alios, decreuit ſufficiens dare auxilium: ſed nullum ad gloriam efficax. 5. [b] Statuit permittere lapſum, maximè finalis impœnitentiæ: & tunc iuxta illos alios negatiuum habuit voluntatis actum eos non ſaluandi. 6. præuiſo totius reprobi curſu vitæ, ipſum velle po-

[b] *[niſi mauis hunc actum abunde includi in volitione dandi ſufficiens auxilium & nullum efficax ad gloriã quod mihi maximè probabile videtur.]*

ſitiuè excludere à gloria propter impia opera: eũque iuxta menſuram delictorum ad æternam deſtinare damnationem.]

In reprobatione ergo vides duos veluti actus principales vnum negatiuum: ſcilicet non voluntatem ſaluandi: alterum [c] poſitiuum: ſcilicet voluntatem damnandi: Quoad priorem actum, nullam dari cauſam ex parte hominis probatur.

Primò, Rom. 9. *Antequam aliquid boni, vel mali egiſſent, non ex operibus: ſed ex vocante dictum eſt: quia maior ſeruiet minori. Iacob dilexi, Eſau odio habui.* Quid eſt odio habui, niſi diligere, ſiue ſaluare noluit?

Secundò, ibid. an non habet poteſtatem figulus: *&c.*

Tertiò, ibid. Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.

Quartò ex Aug. [d] *Cur illum* (inquit) *potius, quã illum liberet: aut non liberet: ſcrutetur, qui poteſt, iudiciorum eius tam magnum profundum: ſed caueat præcipitiũ.*

Quintò, hoc ipſo quod aliquis non prædeſtinatur, reprobatus cenſetur negatiua reprobatione. At prædeſtinatio fit ſine operum præuiſione. [Et quamuis ad gloriam electio non fieret efficax ſine præuiſione operum. Quia tamen ex Dei beneplacito ſolo media diſponuntur, & dantur efficacia ad ſalutem. eo ipſo, quõ alicui Deus non ſimilia diſponeret media ille cenſeretur negatiua reprobatione reiectus à Deo.]

Reſpondent, Primò cauſam huius reprobationis eſſe [primi peccatum parentis,] vel originale. Contra 1. Omnes his obſtaculis tenentur. Ergo omnes damnari deberent. 2. non quærimus: quare potuerit Deus non velle aliquos ſaluare? ſed quare cum voluerit aliquos ſaluare: hos potius quam illos reiecerit? Cuius certè rei, nulla ratio reddi valet: niſi beneplacitum Dei.

Reſpondent ſecundò *velle facere vaſa in contumeliam*, non niſi ad beneplacitum Dei reuocat Paulus: ſed hoc beneplacitum eſt actus poſitiuus. Ergo re-

[c] *Hunc D. Aug. cap. 100. Enchiridij vocat prædeſtinationem ad interitum. Vſus tamen Scholaſticorum obtinuit vt prædeſtinati non niſi electi dicatur præſciti verò, non niſi reprobi.*

[d] *epiſt. 105. & lib. de correp. & gratia cap. 8. & 13.*

probatio ex parte Dei non eſt alius negatiuus, ſed poſitiuus.

Reſpondeo, *facere vaſa in cõtumeliam* bifariam ſumi. primò, pro *facere vaſa qualia requirit conditio maſſæ, & ſic ea relinquere.* [vel ſi à corruptione liberentur ea relinquere labi:] quod certè negationem importat & refertur ad [e] negatiuam reprobationem. ſecundò, *deſtinare ad mortem æternam* : quod actum dicit poſitiuũ. priori modo Apoſtolus loquitur: non poſteriori.

[e] *ideo enim ita Deus relinquit: quia ſaluare non decreuit.*

Reſpondent tertio *obdurare*, eſſe *conuertere nolle*: & proinde importare reprobationem negatiuam. At obdurationis cauſa eſt peccatum. Quia eſt pœna peccati. Ergo & reprobationis negatiuæ cauſa peccatum erit.

Ad Maiorem ſpectare obdurationem equidem, ad reprobationem negatiuam: ſed vt ad cauſam. Quia enim Deus non decreuit ſaluare, voluit permittere labi maxime in peccatum finalis impœnitentiæ: & quia id permittere voluit ideo conuertere noluit: ſiue non habuit voluntatem conuertendi. Ad minorem: peccatum eſſe reuera cauſam obdurationis: ſed non radicalem, ſiue primariam: cum ea ſit reprobatio negatiua.

Quoad poſteriorem actum, cauſam ex reprobis eſſe: *Probatur.*

Primò [f] Rom. 2. *credentibus iniuſtitiæ indignatio & ira*, &c.

[Secundò, ex Concilio Valentino ſub Lothario c. 3. *Fidenter fatemur prædeſtinationem electorum ad vitam, prædeſtinationem impiorum ad mortem. In electione tamen ſaluandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum: in damnatione verò, periturorum meritum malum præcedere iuſtum Dei iudicium.*]

[f] *v.* 8. πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ θυμὸς, καὶ ὀργή. *v.* 9. *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operãtis malum.* θλίψις, καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν.

Tertiò ex PP. Aug. [g] *Bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus: poteſt ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt: non poteſt ſine malis meritis damnare, quia iuſtus eſt.* Item: [h] *Cum per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuerſa defluxerit* (maſſa) *proculdubio quod ex*

[g] 3. *in Iulianum* 18.
[h] *epiſt.* 106.
[i] *lib.* 6. *poſt initium.*

ea fiunt vaſa in honorem, non ipſius iuſtitiæ, quæ gratiam nulla præceſſit. Sed Dei miſericordiæ: quod verò in contumeliam, non iniquitati Dei, quæ abſit, vt ſit apud Deum, ſed Iudicio deputandum eſt. [Author [i] lib. Hypognoſtic. *Quia* (inquit) *iuſtus, & miſericors Deus, præſciuſque futurorum, ex hac damnabili maſſâ, non perſonarum acceptione, ſed iudicio æquitatis ſuæ, quos præſcit, miſericordia gratuita præparat, id eſt prædeſtinat ad æternam vitam: cæteros autem pœna punit, quos ideo punit: quia quid eſſent futuri: præſciuit, non tamen ipſe fecit puniendos, vel prædeſtinauit.*]

Quartò, condemnare aliquem ſine culpa, eſt iniuſtitia. Ergo Deus nullum damnat ad gehennam non præuiſo peccato.

Quintò, non deſtinatur aliquis ad gehennam, ſine taxatione pœnæ. At pœna non taxatur, niſi ratione peccati. Deus autem non eſt peccati author, ſed ipſe peccator. Ergo & ipſe peccator erit cauſa ſuæ deſtinationis ad pœnam.

Decima propoſitio: *In infidelibus cauſa reprobationis huius eſt tum originale, tum actuale peccatum.* quia vtrumque punitur gehenna. *In adultis renatis eſt ſolum actuale*: quia illud ſolum punitur. *In paruulis originale ſolum*: quia propter hoc ſolum damnantur.

[*Tenenda eſt* (author [k] Hypognoſtic.) *inconcuſſa huius diſputationis regula, quæ diuinis teſtimonijs claruit: peccatores in malis proprijs, antequam eſſent in mundo, præſcitos eſſe tantum, non prædeſtinatos* (ſcilicet ad peccatum) *pœnam autem eſſe eis prædeſtinatam ſecundum quod præſciti ſunt. Paruulos quoque non renatos prædeſtinatæ pœnæ eſſe obnoxios, qui præſciti ſunt: non proprijs voluntatibus, niſi tantum in Adæ peccato, quod traxerunt naſcentes: & in hoc manentes ſoluerunt tempus vitæ præſentis.*]

[k] *ſupra paulo poſt medium.*

De Angelorum electione, & reprobatione.

Cap. XVII.

PRIMA propoſitio, *Angeli aliqui fuerunt electi ac prædeſtinati.* Probatur, ex Apoſtolo. 1. Timoth. 5. [a] *Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis, vt cuſtodias hæc*, &c.

[Secunda, *Quidam Angelorum reprobati fuerunt.*

Primò, Math. 25. [b] *Ite maledicti in ignem æternum: qui præparatus eſt Diabolo & Angelis eius.*

Secundò, 2. Petri 2. [c] *Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos.*

Tertiò, [d] *Angelos* (inquit Iudas) *qui non ſeruauerunt ſuum principatum: ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caliginem reſeruauit.*]

Tertia, *Angelorum prædeſtinatio fuit gratuita ante præuiſionem operum.* Probatur. Quia, prius ſaltē Deus voluit eis gratiam efficacē ad gloriam dare: quam opera præuidere: quia opera ſunt huius gratiæ effectus. Cauſa autem eſt prior effectu. At Deum voluiſſe hanc gratiam conferre, eſt illos efficaciter ad gloriam deſtinaſſe. Ergo, &c.

Quarta, *Angelorum reprobatio negatiua, eſt à ſolo Deo.* Nam præuidit eos infallibiliter perituros ſi hanc vel illam gratiam tantum daret, & tamen hanc ſolum voluit conferre. Ergo ſimul non voluit eos ad gloriam prædeſtinare.

Quinta, *Angelorum reprobatio affirmatiua à reprobis cauſam habet.* Probatur.

[Primò, teſtimonijs Petri & Iudæ ſupra: damnationi enim Angelorum præmittitur, vt cauſa, eorum peccatum.]

[a] v. 21. διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, &c.

[b] v. 41. πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

[c] v. 4. ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρουμένους.

[d] ἀγγέλους τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. v. 6.

Secundò, ex Auguſtino: *Hæc ſunt magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius: & tam ſapienter exquiſita, vt cum Angelica & humana natura peccaſſet: id eſt, non quod ille ſed quod voluit ipſa, feciſſet: etiam per eandem creaturæ voluntatem, qua factum eſt, quod creator voluit, implere ipſe quod noluit, benè vtens, & malis, tanquam ſummè bonus ad eorum damnationem, quos iuſtè prædeſtinauit ad pœnam & ad eorum ſalutem, quos benignè prædeſtinauit ad gratiam.*

Tertiò, rationibus quarta, & quinta factis pro ſimili hominum reprobatione.

Sexta, *Diuitiæ gratiæ, & iuſtitiæ Dei, magis elucent in electione, reprobationeque hominum, quam Angelorum.*

Probatur de electione.

PRimò quia Deus elegit homines morte digniſſimos. 2. natura Angelis inferiores ad glotiam Angelorum gloriæ æqualem. 3. naturam humanam, in Chriſto, ſupra omnem Angelorum gloriam ſublimauit. At Angeli non erant *morte digni:* ſed tantum, natura: *non digni gloria.* 4. hominibus dat non ſolum gratiam habitualem: ſed etiam excitantem: qua fiat, quod velint. Angelis autem ſolum habitualem contulit, qua poſſent bene operari, ſi vellent.

De Reprobatione.

PRimò, quia Deus maiorem hominum partem: Angelorum minorem reprobauit. 2. quia nullos Angelos damnauit, niſi propter commiſſum à ſeipſis peccatum. At multos infantes damnat propter alienum, id eſt, ab alio commiſſum: nimirum originale peccatum:

LIBER TERTIVS.

DE GRATIA, ET LIBERO ARBITRIO.

Summa tractationum de libero-arbitrio: Quique de illo ſcripſerint.

CAP. PRIMVM.

Sex præcipuæ quæſtiones de libero-arbitrio habentur. Nimirum de Concordia eius cum

1	2	3	4	5	6
determinatione Iudicij practici. Nam ſi volũtas pendet ab hoc iudicio, & id iudiciũ ab obiecto: nec poſſit aliter iudicare quã res ſe habeat: vbi erit liberum-arbitrium?	*præſcientia Dei.* Si enim DEVS nouit omnia antequã fiãt: nec poſſit eius falli ſcientia, videtur non poſſe aliquid fieri pro arbitrio hominis.	*determinatione diuinæ volũtatis.* Hæc enim eſt prima cauſa à qua cæterę mouentur: priorq; determinatur, quam illæ: nec eius efficientia impediri poteſt.	*deprauatione naturæ ex primi peccato parentis.* Nec enim videtur humana voluntas corrupta: niſi peruerſe operari.	*cum prædeſtinatione diuina.* Nã hæc certiſſima eſt nec pendet ab operibꝰ noſtris. Ergo illa poſita vidẽtur prædeſtinati non poſſe: non bene agere.	*cum gratia efficaci* Nam ipſa de facto reijci nequit: alioquin efficax non eſſet.

SCRIPSERVNT autem ex hæreticis de libero arbitrio wiclef, in Trialogo, lib. 1. & 3. Luther. lib. de ſeruo arbitrio, & alibi paſſim [a] Bucerus, Melanchthon, in locis tit. de peccati cauſa, & tit. de libero arbitrio, [b] Illyricus, [c] Brentius, Caluinus. 2. Inſtit. 2. Kemnit. in examine ſeſſionis ſextæ.

Ex Catholicis Græcis [d] Origenes, [e] Euſeb. [f] Baſilius, [g] Nyſſen. [h] Chryſoſtom. Ex Latinis Auguſt. tribus libris de libero arbitr. & libro de gratia, & libero arbitr. Proſper libro de libero arbitrio, [i] Fauſtus Rhegienſis, Boetius 5. de conſolatione, Anſelm. lib. de concordia gratiæ, & liberi arbitrij, [k] Bernardus, [l] Lombardus: [m] Pighius, [n] Alphonſus à caſtro, Vega lib. 2. in Concilium Trident. cap. 12. & ſeqq. [o] Bartholomæus Camerarius, [p] Chriſtophorus à capite fontium, [q] Conradus Clingius, [r] Cenſura Colonienſium: [s] Dominicus à Soto, [t] Diegus Payua, [v] Franciſcus Orantius, Ferrarienſis, libro de Euangelica libertate cap. 1. & 2. [x] Hieronymus Hangeſtus, [y] Iacobus Latomus, [z] Coclæus, Driedo, lib. de concord. liber. arbitrij, & prædeſt. & libro de grat. & liber. [a] Echius, [b] Roffenſis, [c] Tiletanus, Antonius Panthuſa, lib. de liber. arb. & operib. Petrus à Soto de Inſtit. Sacerdotum, Raphael Venuſtus libro de prædeſt. gratia, & liber. arbitrio, Tapper explic. ar. 7. Louanienſ. waldenſis to. 1. lib. 1. ar. 1. cap. 28. & ſeqq. Lindanus. 3. Panopliæ. 14. & ſeqq.

[a] *lib. de concordia, art. de libero-arbitrio.*
[b] *Centuria. 2. 3. 4. & ſeqq. cap. 4.*
[c] *in Apologia pro Confeſſione witemberg.*
[d] *lib. 3. de principiis.*
[e] *6. præparat.*
[f] *orat. de libero-arbitr.*
[g] *lib. 5. 6. 7. & 8. de Philoſophia.*
[h] *quinque orat. de prouidentia.*
[i] *duobus libris de libero-arbitrio.*
[k] *lib. de gratia, & libero-arbitr.*
[l] *& Scholaſtici 2. diſt. 24. & 25.*
[m] *ex recentioribus: libris 10. de libero-arb. contra Caluin.* [n] *lib. 9. aduerſus hæreſes.* [o] *lib. de liber. arbitr. contra Caluinum.* [p] *lib. de liber. arbitr.* [q] *in locis communibus.* [r] *contra Monhemium ar. 3.* [s] *1. de natura, & gratia cap. 15. & ſeqq.* [t] *lib. 4. Inſtit.* [u] *in locis lib. 1. cap. 27. & ſeqq.* [x] *lib. de liber. arbitr.* [y] *contra 2. art. Lutheri.* [z] *lib. de liber. arbitr.* [a] *ar. 32. Enchiridij.* [b] *contra artic. 36. Lutheri.* [c] *in Apologia pro Concilio Trident.*

Digitized by Google

De nomine liberi arbitrij

CAP. II.

PRIMA [a] ſententia vult, *hoc nomen duos actus importare: ſcilicet iudicij rationis, & electionis voluntatis:* vocari arbitrium iudicij reſpectu, liberum electionis intuitu. Ita vt liberum arbitrium ſit, *Iudicium cum electione: ſiue electionem cum iudicio.*

Secunda, *liberum arbitrium dici propriè de rationis actu, id eſt indicio.* Arbitrari enim, iudicare eſt. Liberum autem appellari. 1. quia liberè iudicat de ſuæ voluntatis actu. 2. quia eſt indifferens ad multa. 3. quia in rebus dubiis, præſertim in particulari, iudicamus, vt volumus.

[b] Tertia, eaque veriſſima, *liberum arbitrium ſolius actum voluntatis*, eſſe contendit. 1. quia ipſe ſolus eſt propriè liber. 2. quia PP. ad nomen arbitrij paſſim addunt voluntatis nomen. [c] Ambroſius, *Operatur* (inquit) *prout vult, id eſt pro libero voluntatis arbitrio* [d] Aug. *Reuelauit nobis Deus per ſcripturas ſanctas, eſſe in homine liberum voluntatis arbitrium.* [e] Proſper: *Iudicium voluntatis deprauatum eſt, non ablatum.* Concil. [f] Arauſicanum: *Arbitrium voluntatis in primo homine*, &c.

[a] *auth. Hypognoſt. lib. 3. & Petri Lombardi 2. diſt. 24. lit. E.*
[b] *D. Thom. 1. q. 83. ar 3. ad 2.*
[c] *2. de fide 3.*
[d] *libro de gratia, & libero arbitrio cap. 2. Item 5. Ciu. 9.*
[e] *1. de vocatione Gent. 3.*
[f] *can. 13. Nec debet mirum videri nomen arbitrij ad electionem voluntatis accommodari. Nam electio eſt etiam iudicium aliquod: nempè ſententia vltima voluntatis. Dicitur tamen potius arbitriũ quam Iudiciũ, quod illa facultas ſit maximè libera. arbitri verò ſunt liberiores in ſentẽtia ferenda quã Iudices: quia hi tenentur ſe-*

Definitio liberi arbitrij.

CAP. III.

LIBERVM *Arbitrium, eſt libera poteſtas ex his quæ ad finem aliquem conducunt, vnum præ alio eligendi, aut vnum & idem acceptandi, vel pro arbitrio reſpuendi, intelligenti naturæ, ad magnam Dei gloriam attributa.*

Dicitur

Dicitur *poteſtas*, pro genere, nec enim eſt habitus, vel actus, ſed potentia. *Libera*, pro differentia, *intelligenti naturæ*, pro ſubiecto. *Ex his quæ ad aliquem finem conducunt* : pro obiecto. *Vnum præ alio eligendi*: pro actu libero contrarietatis, ſiue ſpecificationis. *Aut vnum & idem acceptandi*, &c. pro actu contradictionis ſiue exercitij *Ad magnam Dei gloriam*: pro fine cuius gratia liberum Arbitrium confertur.

qui leges & ab eis appellari poteſt: neutrum verò locum in arbitriis habet.

Quænam libertas ſit neceſſaria ad liberum Arbitrium.

CAP. IIII. & V.[a]

DIVVS[b] Bernardus triplicẽ diſtinguit libertatem: ſcilicet: A neceſſitate: à peccato: à miſeria : id eſt Libertatem naturæ: gratiæ: gloriæ: Naturæ libertas diſtinguitur in Libertatem à coactione: & à neceſſitate abſolutâ. Illa eſt libertas à coactione, quæ etſi neceſſario operetur, voluntariè tamen agit. Libertas à neceſſitate eſt illa, qua pro arbitrio poſſumus velle & nolle, ſiue velle & non nolle. [c] Bucerus, & [d] Caluinus liberum arbitrium hominis ſitum eſſe, *in libertate à coactione contendũt, non autem à neceſſitate.* Sententia communis, è contra defendit, exigi: *in libero arbitrio libertatem à neceſſitate.*

[e] Probatur primò, [f] *Deus reliquit hominem in manu conſilij ſui, adiecit mandata & præcepta, ſi volueris mandata ſeruare conſeruabunt te. Appoſuit tibi ignem & aquã ad quod volueris porriges manũ tuã. Ante hominem* *Si voluerís, conſeruabis mandata : & fidem facere beneplaciti.* παρέθηκέ σοι πῦρ καὶ ὕδωρ οὗ ἐὰν θέλῃς ἐκτεῖνον τὴν χεῖρά σου. ἔναντι ἀνθρώπων ἡ ζωὴ, καὶ ὁ θάνατος. καὶ ὃ ἐὰν εὐδοκήσῃ, δοθήσεται αὐτῷ.

[a] CAP. 4.
[b] *ſupr. & Petrus Lombard. 2. diſt. 25.*
[c] *libro de concordia doctrinæ.*
[d] 2. *Inſtit.* 2. §. 6.
[e] CAP. 5.
[f] *Eccleſiaſtici* 15 v. 14. ὁ κύριος ἐποίησεν ἄνθρωπον, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ. ἐὰν θέλῃς συντηρήσεις ἐντολὰς, καὶ πίστιν ποιῆσαι εὐδοκίας

vita, & mors: bonum, & malum: quod placuerit ei dabitur illi.

Secundò, Concilium Arauſicanum [g] definiuit, *poſſe hominem baptizatum, bene viuere ſi velit.* Conſtat autem experientia poſſe malè viuere, vel non bene viuere ſi velit. [h] Tridentinum docet, *hominem liberè conſentire inſpirationi diuinæ quippe quam reiicere poteſt.* Ergo eſt liber à neceſſitate.

Tertiò, Pius V. & Gregor. 13. damnarunt has propoſitiones. *Quod voluntarie fit, etiam ſi neceſſario fiat, liberè tamen fit, & ſola violentia repugnat libertati hominis naturali.*

Quartò ex PP. Nazianz. [i] *Arbitrij libertas* (inquit) *parem in vtramque motum habet.* [k] Hilarius: *vnicuique noſtrum libertatem vitæ ſenſumque permiſit non neceſſitatem in alterutrum affigens.* [l] Optatus: *Homicida, ſcelus poteſt facere, poteſt etiam non facere, & cætera huiuſmodi, in quibus liberum habetur arbitrium.* [m] Auguſt. *nos ſub fato ſtellarum nullius hominis geneſim ponimus, vt liberum arbitrium voluntatis, quo vel benè vel malè viuitur, propter iuſtum iudicium Dei, ab omni neceſſitatis vinculo vindicemus.* [n] Bernardus: *eſt ratio data voluntati, vt inſtruat illam, non vt deſtruat, deſtrueret autem, ſi neceſſitatem ei vllam imponeret, quo minus liberè pro arbitrio ſeſe volueret*, ſiue in malum *conſentiens appetitui, ſiue in bonum gratiam ſequens:* [o] Lombardus: *poteſtas ipſa, quam ſupra diximus eſſe liberum arbitrium, libera eſt ad vtrumlibet, quia libere poteſt moueri ad hoc, vel ad illud.* Item: [p] *Si diligenter inſpiciatur, liberum videtur dici arbitrium, quia ſine coactione, & neceſſitate valeat appetere vel eligere, quod ex ratione decreuerit.*

Quintò, ſi ad liberum arbitrium ſufficeret libertas à coactione: proculdubio, in pecoribus, pueris, furioſis, ſomniantibus, & in generatione filij æterni, liberum arbitrium eſſet.

Sextò, nulla fuiſſet vnquam de libero arbitrio quæſtio. Nam neque Ariſtoteles qui Deum ex neceſſitate agere docuit: neque Manichæi, neque Lutherani, aut vlli alij negarunt vſquam Deum,

[g] *can. 25.*

[h] *ſeſſ. 6. cap. 5.*

[i] *in Apologetico, non procul ab initio. Nyſſenus 7. de Philoſophia 1. probat hominem liberi eſſe arbitrij: quòd actiones humanæ, neceſſario non fiant. Damaſc. 2. cap. 25. & 26.*

[k] *in Pſal. 2.*

[l] *7. aduerſus Parmenianum, initio ferè.*

[m] *2. contra Fauſt. 5.*

[n] *ſupra.*

[o] *2. diſt. 25. lit. A.*

[p] *litera E.*

Sequuntur Lõbardum Scholaſtici omnes.

Digitized by Google

vel homines, liberos à coactione eſſe.

Septimo, liberum arbitrium, *eſt voluntas*, non ſimpliciter, ſed *vt principium electionis.* At poteſtas electiua nequit intelligi, cum neceſſaria determinatione ad vnum: electio enim, inter multa verſatur.

Soluuntur obiectiones.

Cap. VI.

Neqve *culpanda eſt voluntas* (inquit [a] Auguſt.) *aut voluntas non eſt: aut libera dicenda non eſt, quâ beati eſſe ſic volumus, vt eſſe miſeri, non ſolum nolimus ſed nequaquam prorſus velle poſſimus.* [a] *cap.* 105. *Enchiridij.*

Reſpondeo, tantùm velle Auguſt. poſſe voluntatem, liberam remanere, licet in aliqua re, vel aliquo genere libertatis, libera non ſit. Nam in appetenda fœlicitate, eſt libera quoad exercitium non quoad ſpecificationem. In aliâ vitâ, vtroque modo libera erit in rebus cum fœlicitate minime neceſſario connexis: quamuis circa fœlicitatem neutro modo libera ſit.

Secunda *Nec ideo* ([b] inquit idem) *liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum à delectatione peccandi, vſque ad delectationem non peccandi, indeclinabilem libertatem.* [b] 22. *Ciuit. vlt.*

Reſpondeo, ſolum velle, per neceſſitatem non peccandi, liberum-arbitrium non tolli: ſed potius confirmari: Qui enim peccare nequeunt liberrimi ſunt in eligendo bono, nec errare poſſunt, *poſſe autem eligere malum,* non eſt virtus, ſed defectus liberi-arbitrij.

Tertia, *Abſurdum eſt,* ([c] inquit idem) *vt ideo dicamus non pertinere ad voluntatem noſtram, quod beati eſſe volumus, quia id omnino nolle, non poſſumus. Nec dicere audeamus Deum non voluntatem, ſed neceſſitatem ha-* [c] *libro de natura, & gratia cap.* 46.

bere iuſtitiæ, quia non poteſt velle peccare.

Reſponſio [d] vt ad primam.

Quarta [e] *Si illa definitur neceſſitas* (inquit) *ſecundum quam dicimus neceſſe eſſe, vt ita ſit aliquid, vel ita fiat: neſcio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis. Neque enim, & vitam Dei, & præſcientiam Dei ſub neceſſitate ponimus, ſi dicamus, neceſſe eſſe ſemper viuere, & cuncta præſcire.*

Reſpondeo Auguſtinum, duplicem diſtinguere neceſſitatem: vnam [f] quæ res extra noſtram ponit libertatem: cuiuſmodi eſt neceſſitas mortis. Alterã [g] quæ non ponit res extra noſtram poteſtatem, atque de hac loco allegato agit. Cuius ponit quatuor exempla. 1. vitæ Dei, ideſt intellectionis: etſi enim neceſſe ſit Deum viuere, ſiue intelligere: tamen id non obeſt, quin multa velit & intelligat libere, ſcilicet ſcientia practica. 2. Pręſcientiæ diuinæ: etſi enim Deus omnia neceſſario præſciat, ea tamen neceſſitas, quòd ex hypotheſi ſit, libertatẽ præſciendi nón tollit. 3. Potentiæ diuinæ: quod enim Deus neceſſario poſſit: non minuit eius omnipotentiam. 4. Liberi-arbitrij hominis. Etſi enim homo neceſſario liberum habeat arbitriũ hoc non obſtat immo potius cauſa eſt, cur libere velit.

Quinta. *Neſcio* (inquit Bernard.) *quo prauo, & miro modo ipſa ſibi voluntas peccato quidem in deterius mutata, neceſſitatem faciat, vt neceſſitas cum voluntaria ſit, excuſare non valeat voluntatem, nec voluntas cum ſit illecta excludere neceſſitatem.*

Reſpondeo non loqui de neceſſitate abſoluta, ſed conditionata: nimirum, ſuppoſita libera hominis inhærentia prauis affectibus: quibus ad peccatum impellitur potenter.

[d] *ſolum enim Auguſtinus vult eum qui beatitudinem deſiderat conſtringi quidem neceſſitate, quoad ſpecificationem: non tamen libero priuari-arbitr. quia poteſt, quoad exercitium, velle, & non velle beatitudinem. Similiter Deum Iuſtitiam ex neceſſitate velle, quoad quandam ſpecificationem: quia nequit velle iniquitatem: ſed non ideo priuari libero-arbitrio: quia poteſt, & quoad exercitiũ quadam iuſta facere, & non facere: Atque quoad ſpecificationem, ex multis iuſtis operibus, vnum alteri præferre.*

[e] *5. Ciuit. 10.* [f] *eamque fatetur cum libertate voluntatis pugnare.*

[g] *quamque vult non pugnare cum noſtra libertate: & ideo non eſſe timendum, ſi admittatur, ne noſtra libertas deſtruatur.*

[h] *ſerm. 81. in Cantica.*

Sexta, D. Thom. docet [i] q. 10. de potentia, ſolam coactionem repugnare naturali voluntatis libertati. [i] *ar.2.ad 5.*

Reſpondeo, loqui de voluntate ſimplici non electiua: videturque nihilominus, hunc loquendi modum [k] reuocaſſe. [k] *1.p.q. 41. ar.2.*

Septima, prima [l] p. q. 83. ait per peccatum periiſſe libertatem gratiæ, ſed non libertatem naturę, *quæ eſt* (inquit) *à coactione.* [l] *ar.2.ad 3.*

Reſpondeo accepiſſe, *coactionem*, pro *neceſſitate*, ſiue *determinatione ad vnum.* In corpore namque articuli dixerat *liberum arbitrium non eſſe habitum, ſed potentiam: quia per habitus inclinamur ad vnum: liberum autem arbitrium eſt indeterminatum ad multa, etiam opſita.*

An liberum arbitrium ſit potentia.

CAP. VII.

PRIMA opinio eſt [a] Heruæi: *liberum arbitrium, ſitum in actibus eſſe intellectus, atque voluntatis, præcedentibus deliberationem, vel deliberationis concluſionem.* Quia Liberum-arbitrium eſt, per quod habet homo aliquem actum in ſua poteſtate. Primus autem talis actus eſt deliberatio, vel concluſio eius: nec enim ante deliberationem vlla poteſt eſſe libertas. At deliberationem præcedit deliberandi voluntas, & hanc voluntatem cogitatio aliqua. Ergo per hos actus præcedentes deliberationem, habet homo deliberationem in poteſtate, atque in eis liberum conſiſtet arbitrium. [a] *quodlib.1. q. 1.*

Secunda, [b] Bonauenturæ, *eſſe facilitatem ſiue habitum operandi*, ortã ex coniunctione rationis atque voluntatis. Quia definitur liber. arbitr. à Bernardo, *habitus animi liber ſui.* Et à Lombardo: *facultas rationis,* [b] *2. diſt. 25. ar. 1. q. 2. 3. 4.*

& voluntatis. Facultas autem ad habitum refertur.

[c] *in Summa p. 2. q. 91. memb. 1. & 2. & in 2. ſent. diſt. 24. ar. 5.*

[d] *apud D. Thom. q. 24. de verit. ar. 5. & B. Bonauenturam ſupr.*

[e] *2. parte Summ. q. 72. memb. 1. ar. 3.*

Tertia Alberti, [c] *eſſe potentiam perfectam per ſuperadditum habitum naturalem, non acquiſitum:* quia teſte Auguſt. liberum arbitrium, per peccatum eſt imminutum, non minuitur autem potentia, ſed habitus.

Quarta, [d] *eſſe vniuerſalem potentiam continentem ſub ſe potentias omnes intelligentis animæ, atque ſentientis.* Quia in his potentijs inueniuntur liberi actus, vel eliciti vel imperati.

Quinta, [e] Alenſis, *eſſe diſtinctam potentiam à ratione, atque voluntate.* Quoniam anima eſt Trinitatis imago. mens recte filio reſpondet, voluntas Spiritui ſancto. Ergo debet alia eſſe potentia motrix aliarum reſpondens Patri, hæcque liberum-arbitrium dicetur.

[f] *2. diſt. 24. q. 3.*

Sexta, [f] Durandi *eſſe ipſas rationis, & voluntatis potentias.* (Quia ſunt liberæ) ſed magis rationis, quam voluntatis. *Eſſe liberas*, probatur. 1. quia 9. Metaphyſ. dicuntur rationales potentiæ, liberæ. 2. qui definitur liberum-arbitrium *facultas rationis, & voluntatis.* 3. quia vtraque nequit cogi, eſtque indifferens ad actus. 4. quia ſi ratio libera non eſſet in concluſione iudicij, nec voluntas eſſet in electione. Nam eligere non poteſt niſi quod ratio faciendum eſſe concludit. Eſſe rationem priùs, & magis liberam probatur. 1. quia magis erit libera, quæ magis rationalis eſt. 2. quia liberum, eſt gratia ſui, atque independens. Ratio talis eſt non voluntas, quæ à ratione pendet. 3. quia primi liberi actus, ſunt concluſio iudicij, & electio. At conclſio iudicij, electionem præcedit, eſtque liberior: cum electionem determinet. 4. quia radix libertatis eſt notitia contingentię mediorum, ad finem.

[g] *quodlib. 1. q. 16.*

[h] *2. diſt. 25.*

Septima, eſt [g] Henrici, & [h] Scoti 1. eſſe voluntatem adeo liberam vt minimè dependeat à iudicio practico Rationis. Quia illa eſt potentia libera, quæ omnibus poſitis ad agendum requiſitis: agere, & non agere poteſt: quorum vnum eſt iu-

dicium practicum. At voluntas, omnium iudicio libera eſt. 2. Rationem non eſſe liberam nec formaliter: nec radicaliter. Non prius, quia Ratio remotâ ignorantia, & errore neceſſariò iudicat rem ſicuti eſt. non poſterius, quia ratio non eſt cauſa libertatis voluntatis.

Octauâ, D. Thomæ:[1] *eſſe quidem liberum-arbitrium voluntatem: ſed dependentem à iudicio vltimo practicæ rationis*, in qua *ſita ſit radix libertatis.*

[1] 1.p.q.83.ar.1.2.3. Richardi, & Capreoli in 2.diſt.24.

Probatur vltima opinio.

CAP. VIII.

PRIMA propoſitio: *Liberum-arbitrium non eſt [a] actus*. Nam aliquid eſt inſitum à natura inamiſſibile. Actus autem modo adeſt, modo abeſt, produciturque à nobis.

Secunda, *non eſt habitus, ſed potentia.* Quia per habitus inclinamur ad aliquod particulare bonum, vel apparens: liberum-arbitrium autem indifferens eſt.

Tertia, *Non eſt potentia vniuerſalis.* 1. quia illa ſola dicitur potentia libera quæ ſui actus eſt domina: id eſt, poteſt producere, vel non, pro arbitrio ſuo. talis autem non eſt ſenſitiua, aut vegetatiua potentia. 2. ſequeretur alioquin tot eſſe libera arbitria, quot potentiæ diſtinctæ, quod abſurdum videtur.

Quarta, *Non eſt potentia à ratione, & voluntate diſtincta.* Quia nullus eſt actus mentis qui tertiæ huic reſpondeat potentiæ: cum omnes ad intellectum, aut voluntatem referantur.

Quinta, *Non eſt formaliter in ratione, ſed in ſola voluntate.* Probatur.

Primò ex ſcriptura Eccleſiaſtici 5. *Si volueris mandata ſeruare conſeruabunt te*, &c. 1.Corinth. 7. [b] *Non*

[a] *Nec moueре debet, liberum arbitrium ſonare actum. Nam commune eſt multis rebus aliis vt nomen ab actibus ſumant: quamuis ſint potius actuum principia, & cauſa. ſic enim ipſam mentem appellamus intelligentiam.*

[b] *v.* 37. μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος.

habens neceſſitatem, ſed poteſtatem habens ſuæ voluntatis.

[c] *ſup. cap. 6.* Secundò ex [c] PP. qui libertatem ad voluntatem referunt.

Tertiò, ſequeretur alioquin, hominem poſſe ante conſenſum, peccare.

Quartò, bis peccare: ſemel dum iudicat: & iterum cum eligit poſtea.

Quintò, ignorantiam plane inuoluntariam, à peccato non excuſare: quia libera erit, ſine voluntate. Ad peccatum autem ſufficit libertas.

Sextò, ratio non eſt libera à coactione, quia etſi inclinetur ad omne verum intelligendum, tamen eius inclinatio totius ſuppoſiti non eſt, & ideo poteſt cogi ad iudicandum, & intelligendum contra ſuppoſiti inclinationē. Neque eſt libera à neceſſitate, quoad ſpecificationem. Si enim proponantur neceſſaria argumenta, neceſſario aſſentitur: ſi probabilia, neceſſario opinatur. Neque quoad exercitium, quia neceſſario ad primum actum mouetur: propoſita enim re alia, ſi attendat intellectus, nequit non illam percipere. ad alios autem applicatur actus per appetitum totius ſuppoſiti: nempe voluntatem. At liberi-arbitrij libertas, eſt libera à coactione contra ſuppoſiti inclinationem. Item à neceſſitate tum ratione ſpecificationis, tum exercitij.

Septimò, ad finem animæ rationalis non conducebat in ratione libertatem eſſe. Quia ratio, humanarum eſt actionum regula: debet autem regula eſſe vniformis, & neceſſaria: non autem in varias partes indifferens.

Sexta propoſitio: *voluntatis electio pendet neceſſario ab vltimo iudicio practicæ rationis.* Probatur.

Voluntas nequit velle ſine præcedenti iudicio rationis. 1. quia voluntas eſt appetitus rationalis. 2. quia obiectum voluntatis, eſt bonum apprehenſum, & conueniens iudicatum. 3. quia homo agit propter finem. Ergo debet ratio proponere medium aptum ad finem, alioquin non mo-

uebitur voluntas. 4. nullus eſt, qui ſi interrogetur, quare aliquid facit, non reſpondeat: quia iudicat ita faciendum eſſe. 5. quia vt [d] Auguſt. ait, nemo poteſt incognitum amare. Ergo, ſi iudicium ſit indeterminatum: & ipſa voluntas erit indeterminata, ſi determinatum quale eſt iudicium vltimum practicum, erit & determinata. 1. quia ſi non eſt determinata, nulla poterit [e] ratio reddi, quare aliud non iudicatum elegerit: aut iam iudicatum non elegerit. Atque ita dabitur electio ſine iudicio, & actio ſine obiecto. 2. in beſtijs determinatur appetitus à cognitione: Item, voluntas reſpectu vltimi finis. Ergo etiam reſpectu mediorum. Etſi enim multa media ratio dictet conducibilia. tamen nuſquam dictat vltimo iudicio practico, multa ſimul talia [f] eſſe, omnibus conſideratis hîc, & nunc. 3. poſſet alioquin eſſe peccatum, ſine errore, vel defectu in ratione, contra illud: [g] *Errant qui operantur malum.*

Septima propoſitio: *Radix libertatis eſt in Ratione.* 1. Quia rationis eſt varia proponere media, ac voluntatem mouere. Nec enim aliquid eliget, aut refugiet appetitus niſi à cognitione propoſitum. 2. quia ideò dicitur appetitus beſtiarum, *non liber*: quia rationalis non eſt. Ergo liber erit appetitus aliquis, quia rationalis eſt. Dices ſi voluntas eſt libera propter indeterminationem rationis: quare ob eandem cauſam non erit ratio libera?

Reſpondeo, 1. quia potentia cognoſcitiua immutatur per ſe ab obiecto, non autem voluntas. 2. non erat neceſſaria libertas rationi, quia cum verum vero non repugnet poterat ſine periculo apprehendere omnia & omnibus aſſentiri. At erat libertas appetitui neceſſaria: quia ſæpe bona ſunt pugnantia inter ſe, [h] nec ſimul expeti poſſunt.

[d] 8. *Trinit.* 4.

[e] *Si enim dicas voluntatem ſuperſedere ab actione: quia ſuam vult libertatem oſtēdere. Reſpondebitur & ibidē inueniri vltimum rationis iudicium: nimirum Iudicare: bonum eſſe, contra rationē agere, vt oſtendatur libertas.*

[f] *quia contradicentia eſſent. vnum enim Iudicaretur melius nunc eſſe: & alterū ſimul melius nunc eſſe. At ſi primum eſt melius ergo ſecundum non eſt melius.*

[g] *Prouerb.* 14. *v.* 22.

[h] *vt Virginitas, & Matrimonium.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. IX.

AD 1. reſpondeo 1. non ſemper ante electionem, præcedere deliberationẽ, & ante deliberationẽ, *velle deliberare.* Sæpe namque rem oblatam libere amplectimur ilicò. Etſi enim non præceſſerit deliberatio, poterat tamen præcedere. 2. non eſſe tribuendum liberi-arbitrij nomen omnibus neceſſariis ad eligendum: ſed ſoli productiuo principio actuum liberorum, cuiuſmodi eſt ſola voluntas.

Ad 2. Bernardum vſurpaſſe nomen habitus, pro potentia ipſa ad operandum inclinata, etiam quando nihil operatur. Petrus Lombardus nomen *facultatis*, non pro facilitate, ſed pro poteſtate accepit. Auguſt. liberum dixit arbitrium amiſſum, non ratione libertatis à neceſſitate, ſed innocentiæ à peccato. Serui enim peccati facti ſumus, per Adæ peccatum. idem, liberum imminutum arbitrium aſſeruit non quoad eſſentiam: ſed operationem, & vires.

Ad 3. imaginem Trinitatis, vel eſſe ratione memoriæ: mentis: & voluntatis: vel mentis: notitiæ: & amoris. quare ſuperflua erit illa potentia motrix.

Ad 4. Reſpond. 1. non dixiſſe Philoſophum, *potentias rationales liberas eſſe*: ſed circa oppoſita verſari. 2. Non agere de ratione, & voluntate: ſed artibus, atque ſcientiis, quas ideò rationales vocat, quòd poſſimus, quando volumus, earum producere actus: nimirum quia imperantur à voluntate.

Ad 5. Liberum-arbitrium dici facultatem rationis, & voluntatis, quia ratio eſt radicaliter libera: voluntas formaliter.

Ad 6. Reſponſio [a] ſupra. Ad 7. voluntatem in

[a] *capite ſuperiori propoſitione quinta.*

eligendo liberam eſſe: non quod, non determinetur neceſſario à iudicio vltimo, ſiue practico ratione: ſed quia iſtud iudicium in poteſtate ſit voluntatis. Si quidem poſt cognitionem boni in vniuerſum, mox exiſtit in voluntate inclinatio aliqua in illud, non tamen electio plena. Deinde cum à ratione varia proponuntur media, & oſtēditur quid boni, & quid mali in vnoquoque: voluntas modo in vnam, modo in aliam inclinatur partem: eiuſque eſt poteſtatis ſinere ſe moueri, vel reſiſtere, non quidem actu poſitiuo, ſed negatiuo: non ſinendo ſcilicet ſe moueri: quod, ſi ſe moueri ſinat, mens omiſſa inquiſitione alia, pergit, & concludit iudicium particulare, ad quod continuò ſequitur electio. Itaque libertas voluntatis in eo propriè ſita eſſe videtur, quod propoſitis varijs rationibus nō neceſſariis ſinat ſe moueri ab vna, & non ab aliâ.

Ad octauum, potentiam dici liberam, quæ poteſt non agere præſente obiecto: in quantum obiectum non eſt determinatum ſub vna vltima ratione per vltimum iudicium practicum, quod ſemper proponit obiectum habita ratione circunſtantiarum, vt melius. Porro nomine *electionis* non intelligitur præciſè voluntatis actus ſequens vltimum iudicium practicum: ſed actus ille, cum ipſius iudicij vltimi concluſione.

Ad 9. rationem non concurrere ſolùm, vt conditionem applicantem obiectum, ſed vt cauſam facientem obiectum appetibile actu. Non enim obiectum voluntatem mouet niſi à ratione modificatum.

Liberum arbitrium qualis potentia ſit.

CAP. X.

PRIMA, [a] opinio vult, *eſſe potentiam paſſiuam, cuius actus producatur actiuè à phantaſmate: vel obiecto cognito: aut mente apprehendente, & iudicante obiectum.* Secunda, [b] *eſſe partim paſſiuam, partim actiuam*: ita vt ad voluntatis eliciendam actionem concurrant tanquam duæ partiales cauſæ tum ipſa voluntas, tum obiectum cognitum.

Tertia, [c] eaque vera, *eſſe ſimpliciter potentiam actiuam.* Probatur.

Primò, ex [d] PP. dum in poteſtate voluntatis eſſe dicunt agere, & non agere, velle, & non velle, *&c.*

Secundò, actio voluntatis eſt actio vitalis, ac proinde à principio interno, & vitali. Igitur nequit fieri actiuè ab alia extrinſeca re quale eſt phãtaſma, vel obiectum.

Tertiò, eſt actio immanens, Ergo debet produci à principio in quo recipitur: recipitur autem in voluntate ſola.

Quartò, alioquin ſequeretur voluntatem liberam non eſſe. Nec enim in patiente ſitum eſt, quid in ipſo fiat: ſed in poteſtate agentis quid in alio faciat. Dices voluntatem reſiſtere poſſe. Contra. reſiſtere non poterit, niſi per contrariam qualitatem. At nulla talis eſt ex natura, in voluntate, cum ſit, per ſe, ad contraria indifferens. Ergo, &c.

Quintò, Phantaſma, nullam vim in animam ſeparatam habet: quæ tamen aliquid appetere poteſt. Obiectum ſæpè negatinum eſt: vt cum quis appetit non mori: & proinde quod efficiens cauſa non erit. Intelligentia eſt tum actio immanens, quæ

[a] *Gotfredi quodlib. 6. q. 7.*

[b] *Gregorij, & Gabrielis 2. diſt. 25. q. vnica: Palud. 4. d. 49. q. 3.*

[c] *D. Thom. 1. p. q. 82. ar. 4. Scoti 2. diſt. 23. Henrici quodlib. 10. qu. 9. Capreol. 2. diſt. 24. Ferrar. in 1. contra Gent. 44.*

[d] *Nyſſ. 7. Philoſoph. 1. & 2. Damaſc. 2. fid. 25. 26. Aug. 3. de lib. arb. 2. & 3.*

non tranſit in potentiam aliam,ſiue obiectum:tum neceſſaria efficiens phyſica cauſa. Quare ſi intelligentia moueret voluntatem phyſicè: quocumque bono apprehenſo, moueretur neceſſario voluntas. At nihil ſupereſt, quod actiuè voluntatem moueat:niſi ſeipſam actiuè moueat. Ergo ſeipſam actiuè mouet.

Obiicies primò,actionem voluntatis immanentem eſſe:tamen actiuè intellectum mouere. Ergo quid prohibet, quin actio immanens intellectus voluntatem moueat?

Secundò, quando duæ cauſæ partiales concurrunt,non eſt neceſſe actionem neceſſario produci, ſi vna nolit concurrere. At voluntas cum libera ſit, poterit non concurrere ſi velit.Ergo,&c.

Tertiò,quamuis admitteretur intellexio, vt neceſſaria cauſa:tamen non recipi in voluntate, niſi per modum voluntatis:id eſt liberè.

Ad primum, voluntatem mouere intellectum non imprimendo aliquid in eo: ſed quia impulſio quædam totius ſuppoſiti eſt, ad opera exercenda potentiarum omnium. At intelligentia non eſt impulſio,ſeu inclinatio: ſed potius ſuſceptio, & apprehenſio.

Ad 2. fieri non poſſe, ſi ex duabus partialibus cauſis vna moueat aliam:& illa quæ mouet, neceſſario moueatur: quin etiam neceſſario moueatur illa quæ mouetur.

Ad 3. verum eſſe quoad ſpecificationē non quoad exercitium. Quare produceretur quidem in voluntate volitio,& non intellexio:ſed neceſſario.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XI.

PRIMA, nihil à ſeipſo mouetur. Nam ſimul eſſe actu, & in potentia. Ergo voluntas ad alio mouetur.

Ad Antecedẽs nihil ſeipſum mouere, ſecundum vnam, & eandem rationem: ſecundum diuerſas autem, poſſe ſe mouere: voluntas ergo, ex amore finis actualiter habito, mouet ſeipſam ad mediorum amorem, quem in potentia habet.

Secunda, inter mouens, & motum, eſt relatio realis. At nulla eſt relatio realis alicuius ad ſeipſum Ergo, &c.

Reſpondeo, maiorem tunc ſolum veram eſſe, quando mouens, & motum ſunt realiter inter ſe diſtincta.

Tertia, voluntas eſt potentia indeterminata. Ergo determinatur ab alio.

Negatur conſeq. quia non ſe determinat, qua eſt indeterminata: ſed qua [a] eſt actiua, & libera.

Quarta, D. Thomas docet 1. p. q. 80. [b] volũtatem eſſe potentiam paſſiuam, reſpectu obiecti cogniti.

Reſpond. ibi accipere potentiam paſſiuam largo modo: quòd ipſum moueri ab obiecto per modũ finis, ſit quoddam pati. Nam alioquin fatetur [c] D. Thom. volũtatem mouere ſeipſam effectiue: [d] ab intellectu verò proponente obiectum moueri ſolùm, tamquam à fine.

Quinta, verbum ſubſiſtẽs producit actiue amorem. Ergo & ſimiliter amorem producet verbum non ſubſiſtens. Nam [e] Aug. abſolutè pronunciat, *amorem à cognitione procedere.*

Negatur conſeq. Antecedens enim verum eſt

[a] *Sic enim voluntas eſt indeterminata, vt ſeipſam tamen mouere valeat.*
[b] *ar.* 2.
[c] 1.2.*q.* 9. *ar.* 3.
[d] 1.*p.q.* 82. *art.*4.
[e] 15. *Trinit.* 23. & 26.

Digitized by Google

non quia verbum, ſimpliciter eſt verbum, ſed quia diuinum & proinde ſubſiſtens, ſiue ſuppoſitum.

Ad probationem veram eſſe de productione vel à principio actiuo: vel à fine, ſiue obiecto.

Sexta, per vltimum iudicium practicum ratio trahit voluntatem, & eam quodammodo rapit ad opus. Igitur tunc actiuè mouetur à ratione voluntas.

Negatur conſeq. quia tunc ideò mouetur voluntas. quod per modum ſe habeat cauſæ naturalis, quæ præſente debitè obiecto non agere nequit.

Septima, talis eſt effectus, quale principium formale in ipſo agente. Sed huiuſmodi principium in voluntate, eſt ipſa voluntatis natura quæ eſt vna. Ergo omnes voluntatis actus eiuſdem erunt rationis.

Ad Minorem formale principium voluntatis duplex eſſe: vnum intrinſecum, per quam voluntas agit: nimirum inclinationem quandam naturalem ad bonum, virtute continentem omnes inclinationes particulares: eſtque velut ſemen vnde prodeant volitiones omnes. aliud extrinſecum, nimirum obiectum: in ratione finis, & obiecti illud generale determinans, quoad ſpecificationem: iuxta prius omnes voluntatis actus eiuſdem rationis ſunt: iuxta prius ſpecificam rationem induunt diuerſam: quamuis ab vna voluntate prodeant.

Octaua, ſi voluntas, præſente obiecto, ſeipſam mouet. Ergo & intellectus ſeipſum, ſine vlla ſpeciei intelligibilis impreſſione mouebit: ac lignum ad ſolam præſentiam ignis, ſeipſum comburet.

Negatur conſeq. quia intellectus non eſt in actu primo, niſi per intelligibilem ſpeciem: nec lignum, vim comburendi virtute continet. At voluntas eſt in actu primo per inclinationem generalem: in qua virtute continetur vis omnis appetendi.

Per liberum arbitrium non expeti mala ſed bona.

CAP. XII.

[a] *cap.* 4. *Diuinorum Nominum.*
[b] 1. *Strom. pag.* 65.
[c] 2. *confeſſ.* 6.
[d] 4. *de conſol.*
[e] 1. *Ethic.* 1.
[f] 4. *de Beneficiis* 7.

PROBATVR primò ex PP. [a] Dionyſ. [b] Clemente Alexand. [c] Auguſt. [d] Boetio. Item [e] ex Ariſtotele, [f] & Seneca.

Secundò, inclinatio voluntatis in obiectum, eſt naturalis. Ergo à Deo. At inclinatio in malum: quia mala eſt, nequit eſſe à Deo. Ergo voluntatis inclinatio, ſi etiam in malum propendit, ſimul erit, & non erit à Deo.

Tertiò, inclinatio naturalis in propriam non tendit perniciem. At inclinatio in malum, in propriam perniciem tendit. Ergo inclinatio voluntatis ſimul naturalis eſſet, & non naturalis.

Quartò, voluntas magis appetit quod eſt vtilius appetenti, quam, quod, in ſe præſtātius exiſtit. Igitur obiectum voluntatis non eſt [g] Ens abſolutè, ſed bonum, & conueniens.

[g] *quod bonū, & malum cōprehendit.*

Quintò, obiectum appetitus omne, eſt appetibile. At omne appetibile eſt bonum, iuxta illud: *Bonum eſt quod omnia appetunt.*

Sextò, diuerſarum potentiarum nequit vnum, & idem eſſe obiectum, ſub vna, & eadem ratione. Sed obiectum intellectus eſt Ens abſolutè ſumptum. Igitur non erit ſub eadem ratione voluntatis obiectum.

Obiicitur primò, ſi non poteſt aliquis appetere obiectum ab eo iudicatum malum. Ergo circa illud non poterit peccare: ſiue demereri. Igitur neque circa idem mereri: puta tale deteſtando obiectum.

Reſpondeo,

Reſpondeo, illum *peccare poſſe*. 1. quia poteſt apprehendere hoc idem malum ſub [h] ratione boni, & tunc appetere. 2. quia poteſt hoc idem iudicatum malum non deteſtari quando tenetur. Item *mereri poſſe*: quia poteſt deteſtari, quando non tenetur.

Secundò, *Ante hominem vita, & mors: bonum & malum quod placuerit ei, dabitur illi*. Eccleſiaſtici 15.

Reſpondeo, Bonum reiici poſſe: quia poteſt apprehendi ſub ratione mali: & malum eligi: quia poteſt apprehendi ſub ratione boni atque id ſolum velle Eccleſiaſticum.

Tertiò, [i] Auguſt. ait ſe in furto non niſi peccatum amaſſe. Et [k] Bernardus: diabolum diligere malum, quia malum.

Reſpondeo, Aug. explicare ſe quidem amaſſe peccatum: ſed tantum ſub ratione delectabilis boni: quia ſcilicet gaudebat ſe fallere vicinum. Diabolus equidem diligit malum noſtrum, ſed ſub ratione ſui boni. exiſtimat enim ſibi vtile eſſe, ſi multi peteant.

Quartò, intelligentia cognoſcit verum, & falſum. Ergo voluntas appetit bonum, & malum.

Negatur conſeq. quia ita intellectus hoc vtrumque intelligit, vt ſoli aſſentiatur vero: voluntas autem ſequitur intellectus aſſenſum.

Quintò, poteſt voluntas nolle bonum ſub ratione boni, vt patet in odio Dei. Ergo & malum velle, ſub ratione mali.

Negatur Antecedens. Ad probationem, non odio haberi Deum niſi ſub ratione diſconuenientis & mali.

h *verbi gratia ad euadenda tormenta: vel ad conciliandā ſibi aliquem fauorem Etnicorum, &c.*

i *2. Confeſſ. 4.*

k *ſerm. 35. ex paruis.*

An liberum arbitrium ſit præſentium, & futurorum.

CAP. XIII.

PRIMA [a] opinio: *liberum arbitrium eſt futurorum tantum.*

[b] Secunda, *quoad inchoationem eſt præſentium etiam: non tamen quoad aliquam actionis continuationẽ.* Quia continuatio illa, eſt neceſſaria omninò.

[c] Tertia, eaque vera aſſerit, *præſentium eſſe, atque futurorum: tùm ratione inchoationis: tùm continuationis.*

Probatur, primò, ſi præſentium non eſt: nullo modo erit. Nam verè dici non poteſt, *hoc liberè fiet*: aut *factum eſt*: ſi in præſenti nequeat dici, *libere fit.*

Secundò, ſequeretur Deum libero carere arbitrio: quippe cuius actio omnis eſt præſens.

Tertiò, Chriſtum in inſtanti conceptionis: Angelos creationis, nihil meruiſſe potuiſſe.

Quartò, nihil meremur dum nihil facimus: neque mereremur dum ageremus: ſi præſentium non eſſet liberum arbitrium. Ergo mereremur nuſquam.

Quintò, dum aliquis operatur bonum, vel malum: aut neceſſario agit, & cõtinuat aliquandiu: aut non: ſi prius. [d] Ergo aliquando bona actione non meretur: & mala non demeretur. ſi poſterius, eſt quod intendimus.

Obiicitur primò, *Omne quod eſt, dum eſt neceſſe eſt eſſe.*

Reſpondeo, actionem dupliciter conſiderari. vno modo, vt iam in ſe, altero per reſpectum ad cauſam: quodque ipſa actio remitti, ſiue relinqui poſſit. priori modo, reuera dum eſt, non poteſt non eſſe. poſteriori poteſt non eſſe: ſi cauſa contingens aut libera ſit.

[a] *Lombardi 2. ſent. diſt. 25. Okami & Gabriel. 1. diſt. 38.*
[b] *Ariminẽſis 1. diſt. 39.*
[c] *Scoti 1. diſt. 38. Capreoli 2. diſt. 25. Herueti quodlib. 1. q. 1. dub. 6.*

[d] *vnde in ipſo ardore peccati: cum maximè peccatum viget, ſequeretur peccatum non eſſe.*

Secundò, liberum arbitrium eſt eorum quorum ſit conſultatio, At conſultatio eſt futurorū tantum.

Reſpondeo, liberum arbitrium eſſe etiam eorum, quorum fuit conſultatio: imo & ipſiuſmet conſultationis in præſenti.

Tertiò, nequit in eodem inſtanti aliquid fieri, & deſinere. Quia ſimul eſſet, & non eſſet. Sed nequit in proximo inſtanti etiam deſinere, quia non dantur duo inſtantia immediatè. Ergo aliquandiu neceſſario continuabitur.

Negatur Maior: quia res inſtantaneæ, vt momenta, per idem inſtans intrinſecum [e] incipiunt, & [f] deſinunt eſſe. Ad probationem negatur quia cum res deſinit, nondum abeſt: ſed proximè poſt, non erit.

[e] *per primum ſui eſſe.*

[f] *per vltimum ſui eſſe.*

An liberum arbitrium ſit finis, & mediorum.

CAP. XIIII.

RESPONDEO, ſi conſideremus quidquid aliquo modo ad liberum arbitrium ſpectat: non ſolùm media, ſed etiam finem ad liberum pertinere arbitrium. Si quidem intentio finis, libera eſſe poteſt: vt rectè [a] docet Damaſc. Si verò, conſideremus præcipuum liberi arbitrij actum, nempe *electionem*: tunc ſolùm quidquid mediorum rationem habet: etiamſi alias [b] ſit finis, ad liberum pertinet arbitrium. Quamuis autem vltimus finis nequeat induere rationem medij: poteſt tamen

[a] 2. *de fide* 22.

[b] *fines namque ſubordinati: aliquando mediorum: aliquando finium rationem habent: iuxta prius aſſerimus, ſub liberum eos cadere arbitrium: non autem iuxta poſterius. Sanitas ægroti eſt finis medici. Quare non conſultat medicus an expediat ſanare, neque ſanitatem eligit: ſed appetit. At eadem ſanitas quia non eſt finis Iudicis publici: ſed pax Reipublicæ, conſultat an expediat aliquos etiam morte mulctari: an non.*

eius [c] appetitio, eſſe medium ad eundem finem aſſequendum. Vtrum verò primus amor finis, ſit liber, an neceſſarius, diſputant DD.

[d] Prima opinio vult, *ſimpliciter liberum eſſe.*

[e] Secunda, *eſſe complacentiam quandam actualem erga bonum vniuerſum, eamque à ſolo fieri Deo ſe habente ſolum voluntate paßiuè, & proinde neceſſarium eſſe, hunc actum.*]

[f] Tertia, [g] liberum eſſe, & ab ipſa voluntate elici: attribui tamen Deo: quòd ſequatur naturaliter ad inclinationem naturalem, à Deo voluntati impreſſam. Probatur.

Eſt actus voluntatis. Ergo immanens, & ab ipſa productus. voluntas nihil agit, niſi ex apetitione finis. Ergo hunc producit actum ex appetitione finis. Sed non ex appetitione actuali [h] præcedente: Igitur ex appetitione, ſiue inclinatione naturali, impreſſa ſibi à Deo. Poteſt voluntas ab illo ſuperſedere actu. Ergo liber eſt quoad exercitium.

Obiicitur primò, ſi actus iſte ſit naturalis. Ergo liber non erit.

Negatur conſequentia, quia non dicitur liber, quòd ſequatur neceſſario ex illa inclinatione: ſed quia non ſequitur ex appetitione actuali aliqua præcedente: ſed immediatè ab ipſa inclinatione naturali.

Secundò, ſi ipſa voluntas moueatur à Deo, nullum erit diſcrimen ab eo motu, à motu aliarum rerum.

Reſpondeo, differre, 1. quia ita mouetur voluntas à Deo, vt poſſit, ſi placeat, actum non exercere. 2. quia res cæteræ mouentur ad media, ſine vlla deliberatione. At rationales, cum mediorum collatione, atque conſilio.

[c] *quare deſiderium fœlicitatis dum peregrinamur: & ipſa dilectio Dei, optimum eſt medium ad aſſequendam beatitudinem.*

[d] *Scoti quodlib.21. & Heruei quodlib.12. q.16.*

[e] *Capreoli.2. diſt.24. qu.1. ar.3. ad 8.*

[f] *Caiet. 1. 2. q.9. ar. 4.*

[g] *ſcilicet quoad exercitium.*

[h] *quia præſupponitur hic amor primus actus. Ergo nullus præceſſit.*

Digitized by Google

Subiectum liberi arbitrij ſolùm eſſe naturam intelligentem.

Cap. XV.

PROBATVR, Primò, quæ cognitione caret, libero arbitrio [a] carent, conſenſu omnium. quæ verò vno, & eodem modo, ſecundum ſpeciem ſuam, ſemper operantur: ideſt quorum ſingula indiuidua, ſimiles ſemper habent actiones, liberum arbitrium nequeunt dici propriè habere: cuiuſmodi ſunt omnia [a] animantia bruta. At inter Entia realia ſola reſtat intellectualis natura. Ergo illa ſola ſubiectum liberi erit arbitrij.

Secundò, potentia in beſtiis ſuprema, corporalis eſt. Ergo pertingere nequit ad cognitionem rerum vniuerſalem: aut in ſe reflecti ac de ſuo iudicare iudicio. At cognitio vniuerſalis, eſt fundamētum ratiocinationis: iudicare verò de ſuo iudicio fundamentum eſt libertatis. Ergo, &c.

Tertiò ex Scripturis: Pſal. 31. *Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus.* 48. [c] *Comparatus eſt iumentis inſipientibus*, &c.

Quartò, ex [d] communi ſententia Theologorum, ac Philoſophorum. Obijcies, beſtias terreri minis, & blanditiis allici: quod eſt rationis ſignum.

Reſpondeo, terreri & allici, quod ex memoria verberum, aut beneficiorum cognoſcant ſibi aliquid mali, vel boni demonſtrari. Sed nequeunt ita non iudicare, aut ſuum non ſequi iudicium. Ergo, quod terreantur, vel alliciantur, non erit rationis ſignum.

[a] *Nam etſi in illis videatur quædam adūbratio liberi arbitrij tamen, ſemper eodem indicant modo, atque operantur. Omnes enim oues fugiūnt lupos: omnes hirūdines eodem modo nidificant. &c.*

[b] *v. 11.*

[c] *v. 12.*

[d] *Laurentius autem Valla nihilominus aſſeruit in ſua Dialectica ca. 9. beſtias ratione præditas eſſe: attributurus eis proinde liberum-arbitrium: niſi illud hominibus denegaſſet.*

Deum eſſe liberi arbitrij.

CAP. XVI.

NEGANT [a] Ariſtoteles, [b] Abaillardus, [c] wiclef, [d] Bucerus, [e] Caluinus. Probatur tamen Catholica ſententia noſtra.

Primò, [f] *Omnia quecumque voluit fecit.* [g] *Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius.* Item: [h] *qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* [i] *Hæc autem operatur vnus, & idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.* Quibus verbis apertè fit mentio liberæ voluntatis Dei.

Secundò, Scriptura docet, Deum poſſe facere quæ non facit: & poſſe non facere quæ tamen fecit, [k] Daniel 3. *Potens eſt Deus nos de manibus tuis, ô Rex liberare, quod ſi noluerit, ſtatuam tamen, quam feciſti, non adoramus.*

Item: [l] *Non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati: ſi decreueris ſaluare nos, continuò liberabimur.*

[m] *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Item: [n] *Apud homines hoc impoſſibile eſt, ſcilicet tranſire camelum per foramen acus: apud Deū omnia poſſibilia ſunt.* [o] *An putas quia non poſſum rogare patrem, & exhibebit mihi modo, pluſquam duodecim legiones Angelorum?* [p] *Abba, Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc à me.*

Tertiò, ex PP. Nazianz. qui epiſtola ad Clidonium aſſerit Deum potuiſſe ſine incarnationis my-

[a] *apud D. Thomam 2. cōtra Gent. 23. colligiturque ex 12. Metaphyſ. 30. & 38.*
[b] *apud waldenſ. 1. Doctrinalis 10.*
[c] *cap. 10. & 11. Trialogi.*
[d] *libro de cōcordia doctrinæ cap. de libero arbitrio.*
[e] *1. Inſt. 6. §. 3.*
[f] *Pſal. 113. v. 3.*
[g] *Pſal. 110. v. 2.*
[h] *Epheſior. 1. v. 11. prædeſtinati ſecundum propoſitum eius* προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος, κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.
[i] 1. *Cor. 12. v. 11.* [k] *v. 17. 18.* [l] *Eſth. 13. v. 5.* [m] *Mat. 3. v. 9.* δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ ἀβραάμ.
[n] *Math. 19. verſ 26.* [o] *Math. 26. v. 53.* ἢ δοκεῖς ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων. [p] *v. Mar. 14. v. 36.*

Digitized by Google

ſterio ſaluare mundum. [q] Nyſſen. *Non ſub neceſsitate eſt Deus, neque voluntatem eius ſeruire neceſsitati, fas eſt dicere. Etenim neceſsitatis eſt conditor.* & infra. *Omnipotens, neque naturæ neceſsitate, neque legis præſcripto operatur: ſed ſunt illi omnia contingentia, etiam neceſſaria.* Ambroſ. [r] *Hæc operatur vnus, & idem ſpiritus diuidēs ſingulis prout vult: ideſt pro libero voluntatis arbitrio, non pro neceſsitatis obſequio.*

[q] *libro de Fato cap. vltimo.*

[r] *2. fidei 3.*

[s] Auguſt. *Tunc in clariſsimâ luce ſapientiæ videbitur, quam multa poſsit (Deus) & non velit: nihil autem velit, quod non poſsit.*

[s] *cap. 95. Enchiridij.*

Quartò, multa Deus operatur præter ordinem naturæ. At ſi ex neceſſitate naturæ ageret: ſequeretur ſemper ordinem naturæ.

Quintò, Deus eſt omnium rerum totque diuerſarum efficiens cauſa: ac ſaltem orbem primum & [t] ſecundam intelligentiam produxit. At quæ ſunt determinata ad vnum ex neceſſitate naturæ: non poſſunt, niſi vnum ſibi ſimile producere.

[t] *prima enim intelligentia eſt ipſemet Deus.*

Sextò, Deus eſt infinitæ potentiæ: quia eſt infinitum eſſe. Ergo non producit ea omnia, quæ poteſt. hæc enim infinita ſunt: res autem non ſunt, nec vſquam erunt infinitæ.

Septimò, ſequeretur alioquin fruſtra Deum inuocari: cuius tamen contrarium ipſa natura docet.

Octauò, nihil neceſſario appetitur niſi finis, quæque neceſſariam cum eo habent connexionem. At creaturæ non ſunt finis Dei: vel cum eo fine connexionem neceſſariam habent.

Nonò, nulla eſt perfectio [ſimpliciter ſimplex] deneganda Deo maximè cum in creaturis reperiatur. At liberum-arbitrium eſt talis perfectio reperiturque in homine. Ergo, *&c.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. XVII.

Prima, arbitrij libertas requirit poſſe velle aliquid, & poſtea idem nolle: poſſe velle bonum: poſſe velle malum. At hoc repugnat immutabilitati, & perfectioni diuinæ.

Negatur Maior. Nec enim *poſſe velle malum*: aut *poſſe mutare actum*: aut *conſultatione egere*, ſpectant ad intrinſecam liberi arbitrij rationem. Quia hæc imperfectionem important. Sed ſufficit, *poſſe actum voluntatis terminari ad tale obiectum*, & *non terminari*. Quod ſufficienter inuenitur in actu voluntatis diuinæ, circa creaturas.

Secunda, voluntas diuina neceſſario conformis eſt Sapientiæ diuinæ. At Sapientia diuina, neceſſariò iudicat id faciendum, quod melius. Ergo voluntas Dei ſemper quod melius eligit, id eſt ſemper vnum, & proinde libera non erit.

Ad Minorem [1. negatur: quia Sapientia diuina iudicat Deum non teneri aliquid extra producere.] 2. id ſolùm melius eſſe, quod magis complacet Deo.

Tertia, velle Dei, eſt *ipſum eſſe. Ipſum eſſe Dei*, eſt neceſſarium. Ergo *velle Dei*, eſt neceſſarium.

Ad Maiorem, in *velle Dei*, duo conſiderari, *ipſum actum* ſcilicet: & *ordinem ad volita*. ſecundum prius, velle Dei idem eſt cum ipſo eſſe: ſecundum prius, dicit præterea reſpectum ad volita, quem non includit [a] ipſum eſſe. Ad concluſionem priori modo, *velle Dei* neceſſarium eſſe: non poſteriori, quatenus reſpicit [b] creaturas.

[a] *ſub propria ratione ſua, nimirum eſſendi.* [b] *quatenus enim pro obiecto habet perfectiones diuinas, etiam neceſſarius eſt.*

Quarta, Deus ab æterno voluit omnia quæ fecit, facit, & facturus eſt. Ergo iam eſt determinatus ad

vnum, nec poteſt aliud velle.

[c] Reſpondeo, actum voluntatis diuinæ, quoad Entitatem ſuam, ſemper fuiſſe abſolutè determinatum: quoad ordinem autem ad volita externa, non niſi ex hypotheſi iam determinatum eſſe: nimirum quia ita voluit Deus.

Quinta, indeterminatio imperfectionem ſignificat. Ergo voluntas Dei ex natura ſua determinata eſt.

Ad Antecedens, verum eſſe de indeterminatione cauſæ quæ nondum, aſſequuta eſt propterea ſuam perfectionem: falſum, de indeterminatione, quæ ſolum oritur ex independentia cauſæ ab effectu.

Sexta, ſi Deus poſſet facere quæ non facit, haberet paſſiuam, & ocioſam potentiam.

Negatur, quia illa eſt paſſiua, quæ nondum reducta eſt ad actum: potentia autem Dei non diſtinguitur ab actu. [ocioſa autem eſſe nequit illa, quæ ſemper actu exiſtit, cum ordine neceſſario ad primarium obiectum, & libero ad ſecundarium.]

Angelos eſſe libero-arbitrio præditos maxime ante Confirmationem in bono, vel obfirmationem in malo certum eſt. 1. quia in [d] ſcripturis deſcribuntur vt intelligentes naturæ. 2. vt [e] præſtantiores homine. 3. [f] aliqui dicuntur peccaſſe. 4. ex PP. [g] Irenæ. [h] Baſilio. [i] Auguſt. [k] Gregor. [l] Damaſc. Hominem ante lapſum fuiſſe libero arbitrio præditum nec ipſi hæretici negant.

[c] *[Poſſumus & aliâ reſpondere formâ ſcilicet: Deum reuera iam non poſſe aliud velle: non ex neceſſitate, ſed quia ita voluit: ſiue, quia ita ſe ab æterno determinare placuit. Quod libero non aduerſatur arbitrio.]*

[d] *Geneſ.* 18. 19. *Tobiæ.* 12. *Luc.* 1. & 2.

[e] *Pſal.* 8. *v.* 6.

[f] 2. *Petri* 2. *v.* 4.

[g] 4. *cap.* 71.

[h] 16. *cap. libri de Spirituſan.*

[i] *lib. de corrept. & grat.* 10.

[k] *Homilia.* 7. *in Ezech.*

[l] 2. *de fide.* 3. & 4.

Quare Deus Angelos, & homines libero donauerit arbitrio.

CAP. XVIII.

[a] *D. Aug. 95. & ſeqq. Enchirid.*

PRIMÒ, [a] *Ad manifeſtationem ſuæ potentiæ, ac Sapientiæ.* Quantumcumque enim habeatur liberum-arbitrium, nihil tamen effugit prouidentiæ Dei præſcriptum ordinem.

[b] *Iren. 4. cap. 71.*

Secundò, [b] *Ad manifeſtationem Iuſtitiæ, cum ſine acceptione perſonarum*: bonis, vel malis meritis: quæ non niſi ex libero procedunt arbitrio: prœmia, vel ſupplicia diſtribuat.

[c] *Nazianz. in 1. Apologetico.*

Tertiò, [c] *Bonitatis.* Quòd voluerit nos (quibus gloria neque naturalis eſt: neque ab intrinſeco fluit principio, vt in Chriſto) gloriam propriis aſſequi meritis.

Quartò, *inexhauſti theſauri Dei.* Quia mereri poſſumus quotidie ſuperabundanter, nec tamen deficiet nobis theſaurus abundantiæ diuinæ.

Quintò, *vt innoteſceret, Deum ſibi ſufficere ſoli.* Nec enim voluit nobiliſſimas creaturas, ſibi deuincire neceſſitate abſoluta: ſed eas proprio arbitrio reliquit.

Sextò, *Ad manifeſtationem charitatis.* Cum nonobſtante ea libertate: qua eum poſſumus relinquere vel ſequi: tanto nos dilexerit amore, vt pro nobis factus fuerit homo.

Septimò, *Ad perfectionem, & ornatum vniuerſi.* 1. Cũ inueniatur ens quod agit, & non agitur: Deus quod agitur, & non agit: natura irrationalis. æquũ erat, aliquod extare, quod ageretur & ageret. 2. cum aliquid ex nihilo, & libere operetur: Deus. aliquid ex aliquo & neceſſario: res ſcilicet infra

hominem: aliquid eſſet [d] quod ex alio, & libere operaretur.

[d] *Quod autẽ ex nihilo, & neceſſario operetur, dari nullo modo poteſt.*

Obijcitur Primò, per ſolum liberum-arbitrium iniuria fit Deo.

Reſpondeo, id verum: ſed malitia creaturæ: non vitio conditoris: aut liberi-arbitrij.

Secundò, non erat conueniens Deum aliquid inſtituere, quod pro maiori ex parte verteretur in malum. Sed tale eſt liberum-arbitrium: quo maxima pars hominum abutitur ad peccandum.

Reſp. 1. liberum-arbitrium, eſſe hominibus, & Angelis cõmune, maiorem autem partem Angelorum ſtetiſſe. 2. finem vltimum rerum omnium duplicem eſſe: vnum intrinſecum; qualis eſt homini, viſio Dei: alterum extrinſecum, nimirum manifeſtationem gloriæ, ac virtutis diuinæ. priori, fruſtratur quidem liberum-arbitrium pro maiori parte, in natura humana, non poſteriori.

Digitized by Google

LIBER QVARTVS.

DE GRATIA, ET LIBERO ARBITRIO.

In quo tractatur de viribus liberi-arbitrij circa res naturales.

Poſſe cognoſci viribus naturæ vnum Deum eſſe.

CAP. I. & II.

IN [a] capite primò ſolum Bellarminus explicat ordinem diſputationis futuræ.

In [b] ſecundo probatur, *naturali lumine cognoſci poſſe, Deum eſſe vnum.*

Primò, Iob. 36. [c] *Omnes homines vident eum, ſed vnuſquiſque intuetur procul.* quia ſcilicet non poſſunt niſi communia quædam Dei agnoſcere attributa.

Secundò, Sapient. 13. [d] *Si tantum potuerunt ſcire, vt poſſent æſtimare ſeculum, quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt?*

Tertiò, Actor. 17. [e] *Quærere Deum, ſi forte attrectent eum, aut inueniant: quamuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum.* id eſt, iuxta Chryſoſt. & Oecumen. *tam eſſe facilem, & obuiam Dei notitiam ex rebus creatis vt ferè palpari, & attrectari valeat.*

Quartò, [f] *Quod notũ eſt, Dei manifeſtum eſt illis. Deus enim illis manifeſtauit. inuiſibilia enim ipſius à creaturâ mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſem-*

[a] Cap. I.
[b] Cap. II.
[c] v. 25.
[d] v. 9.
[e] verſ. 27. ζητεῖν τὸν κύριον, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ὑμῶν ὑπάρχοντα.
[f] Rom. I. v. 19. τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε. v. 20. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογίτους. v. 21. διότι γνόντες τὸν θεὸν, οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν.

Digitized by Google

piterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt.

Quinto ex PP. Iuſtin. in Apolog. ad Imperatorem [g] Irenæ. *Etiam ſi nemo nouit patrem niſi filius, neque filium niſi pater: tamen hoc ipſum omnia cognoſcunt, quando ratio mentibus infixa moueat ea, & reuelet: quoniam eſt vnus Deus omnium Dominus.* Tertull. [h] *Nemo negat, quia nemo ignorat, quod vltra, natura ſuggerit Deum eſſe vniuerſitatis conditorem.* Cyprian. [i] *Quæ eſt hæc ſumma delicti: nolle cognoſcere, quem ignorare non poſſis?* Item: *Ergo vnus eſt, & vbique diffuſus eſt. Nã & vulgus, in multis Deum naturaliter confitetur, cum mens, & anima, ſui authoris, & principis admonetur. Dici frequẽter audimus, ô Deus, &, Deus videt, & Deo commendo,* &c.

[g] 2. *cap.* 5.
[h] *lib. de Spectaculis. vide etiam* 17. *Apologetici.*
[i] *tract.* 4. *de Idolorum varietate.*

Lactantius: [k] *Nemo eſt, qui ſapiat, rationemque ſecum putet, qui non vnum Deum eſſe intelligat.* Hilar. [l] *Quis mundum intuens, Deum eſſe non ſentiat?* Ambr. [m] *Vt Deus qui natura inuiſibilis eſt, à viſibilibus cognoſci poſſet, opus fecit, quod opificem, ſuâ viſibilitate, manifeſtauit.* Nyſſen. [n] *Non leuis coniectura exiſtit, ſingularia gubernari prouidentia, quod eius cognitio ſit hominibus naturaliter inſerta. Neceſſitate enim aliqua obruti, confeſtim ad diuinum numen & orationes confugimus, quaſi natura, nos abſque, præceptore, diuinum auxilium edocente.*

[k] 1. *diuinar. Inſtit.*
[l] *in* 1. *verſum Pſal.* 52.
[m] *in* 1. *ad Romanos.*
[n] 8. *Philoſophiæ* 7.

Hierony. [o] *Ex quo perſpicuum fit, natura omnibus ineſſe Dei notitiam.* Chryſoſt. [p] *Deus illis manifeſtauit. Quo pacto? quem Prophetam mittens? quem Euangeliſtam? quem Doctorem, ſi ſcripturæ nondum erant? inuiſibilia ipſius, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Auguſt. [q] *Audi quomodo Deus illis manifeſtauit: Inuiſibilia enim, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Interroga mundum, ornatum cæli, fulgorem, diſpoſitionemque ſyderum: & vide, ſi non in ſenſu tuo, tanquam tibi reſpondent, Deus nos fecit. Hæc & Philoſophi nobiles quæſierunt, & ex arte artificem cognouerunt.*

Item: [r] *Hæc eſt vis vera diuinitatis, vt creaturæ ra-*

[o] *in* 1. *ad Galatas.*
[p] *homil.* 9. *ad populum Antiochenum.*
[q] *ſerm.* 55. *de verbis domini.* v.
[r] *Tract.* 106. *in Ioannem.*

tionali iam ratione vtenti, non omnino ac penitùs poßit abſcondi. Exceptis enim paucis, quibus natura nimium deprauata eſt, vniuerſum genus humanum, Deum, mundi huius, fatetur authorem. Oroſius: [s] *Philoſophi dum intento ſtudio quærunt ſcrutanturque omnia, vnum Deum authorem omnium repererunt.* [s] Theodoret. [u] Gregor. *Omnis homo, eo ipſo quo rationalis eſt conditus, debet ex ratione colligere, eum qui ſe condidit, Deum eſſe.* Beda: [x] *Per naturæ bonum, notitia creatoris ineſt cordibus hominum.*

Sextò, vnitas Dei eſt obiectum naturale. 1. ex Sapient. 13. [z] *A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit horum creator videri.* 2. ex plurimis demõſtrationibus deductis ab effectibus Dei. Actio autem qua vnitas Dei cognoſcatur, non eſt difficilis naturæ. Nam demõſtrationi aſſentiri, non eſt difficile. Ergo naturaliter & facile cognoſci poterit, *vnum eſſe Deum.*

[s] *6. cap. 1.*
[t] *ſerm. 2. de curandis Græcorum affectionibus.*
[u] *27. Mor 2.*
[x] *li. 3. in Iob. 5.*
[y] *Vide Damaſc. 1. fid. 5. Richard. Victor. 1. & 2. Trinit. D. Th. cap. 43. & 1 p. q. 2.*
[z] *v. 5.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. III.

PRIMA, ex 1. Ioan. [a] *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt.* [b] *In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.*

Reſpondeo, 1. id contigiſſe, non defectu luminis quo Deus cognoſceretur: ſed abundantia prauæ voluntatis, quæ percipere noluit. 2. ibi agi de myſterio Incarnationis, quod fatemur ſupernaturale eſſe.

Secunda, [c] Auguſt. docet equidem omnia clamare Deum eſſe, *qui fecit nos*: verùm *canere ſurdis*, niſi altiùs miſereatur Deus.

Reſpondeo, non loqui de cognitione: ſed amore in Deum: *Domine* (inquit) *amo te: percußiſti cor meũ verbo tuo, & amaui te. Sed & cœlũ, & terra, & omnia*

[a] *v. 5.* τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτία φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.
[b] *v. 10.* ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.
[c] 10. *Confeſſ. 6.*

quæ in eis ſunt, ecce vndique mihi dicunt, vt te amem, nec ceſſant dicere omnibus, vt ſint inexcuſabiles: Altius autem tu miſereberis, cuius tu miſertus eris. Alioquin cœlum, & terra ſurdis canunt laudes tuas.

Requiri, & ſufficere ſufficiens Dei auxilium generale ad actiones naturales & ciuiles.

CAP. IIII.

REQVIRI, Probatur contra [a] Pelagianos, & [b] Durandum. Primò, Iſaiæ.26. [c] *Omnia opera noſtra operatus es Domine.* Item: [d] *Qui producit in montibus fœnum.* [e] *Antequam te formarem in vtero noui te.* [f] *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.* Non dixit operatus eſt: ſed operatur. Actor.17. [g] *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.*

Secundò ex PP. Euſeb. [h] *cauſa omnium, & quæ libertatis noſtræ ſunt, & quæ natura fiunt, Deus eſt.* Hierony. [i] *Si voluero curuare digitum, mouere manum, ſedere, ſtare, ambulare, ſemper mihi auxilium Dei neceſſarium erit. Audi ingrate, imò ſacrilege, Apoſtolum prædicantem, ſiue manducabitis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis: omnia in nomine Domini facite.* Chryſoſt. [k] *Etiamſi homines operentur, & iumentorum auxilio fruantur, & magna ſit cœli temperies, & omnia alia concurrant, niſi nutus Domini accedat: omnia alia fruſtra, & in inanum fierent, & nihil proficeret omnis labor, & deſudatio: niſi manus Domini supernè adiuuaret, & perfectionem, his, quæ fiunt, tribueret.* Auguſt. [l] *Quomodo negare poterimus,*

[a] *apud Hieronym. epiſt. ad Cteſiphontem, & lib. 1. aduerſus Pelagianos.*
[b] *2. diſt. 1. q. 5. & diſt. 37. q. 1.*
[c] *v. 12.*
[d] *Pſal. 146. v. 8.*
[e] *Hierem. 1. v. 5.*
[f] *Ioan. 5. v. 17.* ὁ πατὴρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.
[g] *v. 28.* ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί ἐσμεν.
[h] *6. Præpar. 5.*
[i] *epiſt. ad Cteſiphontem, refellens Pelagianos.*
[k] *homil. 5. in Geneſim.*
[l] *epiſt. 146. q. 2.* *Anſel. libro de concordia præſcientiæ, prædeſtinationis gratiæ, & liberi-arbitrij cap. 1. Facit Deus omnia (inquit) quæ iuſta, vel iniuſta volũtate fiunt: id eſt, opera bona, & mala. In bonis quidem facit quod ſunt, & quod bona ſunt: in malis facit quod ſunt, ſed non, quod mala ſunt.*

Deum etiam nunc operari cuncta quæ fiunt, cum Dominus dicat Pater meus vſque modo operatur?

Tertiò, nihil poteſt, ſine Deo eſſe. quia ipſe [m] conſeruat omnia. At ſi aliquid poſſet produci, ſine auxilio Dei, tunc cum producitur ſine Deo eſſet.

Sufficere iſtud auxilium: nec requiri, vt quidam volunt, Deum per ſe ita omnia operari, vt nihil reuera operentur creaturæ.

Probatur primò, quia [m] ſcripturæ tribuunt creaturis operationem propriam, &c.

Secundò, ex PP. [n] Baſilio, [o] Chryſoſt. [p] Auguſt. [q] Damaſceno.

Tertiò, ſequeretur alioquin falli ſenſus circa propria obiecta: nulluſque eſſet experientiæ locus.

Quartò, Deus fruſtra dediſſet rebus operatrices virtutes.

Quintò, tota monſtrorum cauſa referretur in Deum.

[m] *Hebr.* 1. *verſ.* 3.
[m] *vt Geneſ.* 1. *quo dicitur terra germinare: ſtellæ lucere. Et frequenter paſſim dicuntur homines velle, intelligere, agere, &c.*
[n] *orat.* 5. *de opere ſex dierũ.*
[o] *homil.* 5. *in Geneſ.*
[p] 3. *Trinit.* 3. *&* 4.
[q] 2. *fidei* 10.

An homo liberum arbitrium habeat in operibus naturalibus & ciuilibus.

CAP. V.

PRIMA [a] opinio aſſerit: *non ſolum in his actionibus hominem liberi arbitrij eſſe*, ſed id euidenter cognoſci tum naturæ, tum fidei lumine.

[b] Secunda, *id quidem euidens eſſe fide: non tamen natura.*

Tertia, [c] Vallæ, [d] Lutheri, [e] Philippi, [f] Caluini, *hominem in ſtatu naturæ corruptæ nullum prorſus liberum*

[a] *Catholicorũ communis.*
[b] *Buridani in* 3. *Ethicor. q.* 1. *Andreæ de Caſtro.* 1. *diſt.* 43. *apud Tapperum in explicatione articuli* 7. *Louanienſ.*

[c] *librô de libero-arbitrio.* [d] *aſſert. articuli* 36. *& Buceri ſupra.*
[e] *in locis anni* 1521. *& in* 8. *ad Romanos quo facit Deum, peccati authorem.* [f] 1. *Inſt.* 16. §. 8. *& lib.* 2. *cap.* 4. §. 6.

arbitrium

arbitrium habere: nec quidem in ciuilibus actibus. Quare *liberi arbitrij* in *ſerui arbitrij*, nomen mutauerunt. verum tamen eſt [g] Lutherum, [h] & Philippum poſtea contrarium docuiſſe.

[g] *libro de Viſitatione Saxonica art. de libero-arbitrio.*
[h] *locis poſteà editis.*

Temerè mutaſſe aduerſarios nomen liberi arbitrij in Serui arbitrij nomen.

Cap. VI.

PRIMÒ, ſeriò monet [a] Apoſtolus fugiendas vocum nouitates. At per 1500. ſiluit in Eccleſia *Serui arbitrij* nomen: quamuis non defuerint hæretici liberum oppugnantes arbitrium: qua voce ſemper vſi ſunt Scriptores Eccleſiaſtici. Ergo, &c.

Secundò, vel nomen *Liberi arbitrij* eſt bonum, vel malum. Si primum. Ergo retinendum. ſi poſterius, quomodo in Eccleſia præualuit?

Obiicitur, fuiſſe à Philoſophis vſurpatum.

Reſpondeo, 1. nō magis, id incongruum, quam à Poëtis accepta [b] Pleiadum, [c] Orionis, Arcturi nomina. 2. æquiualens inueniri in ſcripturis Numeror. 30. [d] *In arbitrio viri erit, vt faciat, vel non faciat,* & 1. Corinth. 7. [f] ἐξουσίαν ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, *poteſtatem habet propriæ voluntatis,* &c.

[a] *1. Timoth. 6. v. 20.*
[b] *Iob 38. v. 31.*
[c] *Amos. 5. v. 8.*
[e] *v. 14.*
[f] *v. 37.*

Hominem poſt lapſum, liberi arbitrij in ciuilibus actionibus eſſe, ex ſcripturis probatur.

Cap. VII.

PRIMÒ, teſtimoniis ſcripturæ tribuentibus electionem homini poſt lapſum: numer. 30. ſup. Ioſue. 24. [a] *optio vobis datur, eligite hodie, quod vobis placet.* Item. [b] *Trium tibi datur optio*

[a] *v. 15.*
[b] *2. Reg. 24. v. 12.*

elige vnum quod volueris ex his: [c] *poſtula quod vis, vt dem tibi.*

Secundò, teſtimoniis quibus conſtat hominem poſſe aliqua facere, quæ non facit 3. Reg. 3. [d] *Quia poſtulaſti verbum hoc, & non poſtulaſti diuitias,* &c. 1. Corinth. 9. [e] *nunquid habemus poteſtatem mulierem ſororem circunducendi.* Actor. 5. [f] *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate?*

Tertiò, quibus continetur [g] conditio.

Quartò, quibus reprehenditur homo, [h] quod aliquid fecerit.

Quintò, quibus continentur laudes [i] SS. Item: [k] conſilia, cohortationes, præcepta.

Probatur ex PP. libertas in ciuilibus actionibus.

Cap. VIII. & IX.

PRIMÒ, [a] quia [b] numerant inter hæreticos liberum negantes arbitrium.

[c] Secundò quia diſerte liberum arbitrium affirmant. Irenæ. [d] *Si igitur non in nobis eſſet, facere hæc, aut non facere quam cauſam habebat Apoſtolus, & multo prius ipſe Dominus conſilium dare, quæ quidem facere, à quibus verò abſtinere?* Clemens: [e] *Sed nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec ſupplicia iuſta eſſent, ſi anima non habeat liberam poteſtatem.* Euſeb. [f] *Nam ſi euentura omnino ſint proſpera, vel aduerſa vnicuique homini: eſtque neceſſe hæc me agere, & te illa: quid oportet cura, laboreque confici?* Athanaſ. [g] *Prophetæ proprium eſt futura proſpicere, & non halluci-*

[c] 3. Reg. 3. v. 5.
[d] v. 11.
[e] v. 5.
[f] v. 4.
[g] *Iſaiæ 1. v. 19. Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis Math. 19. v. 21. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia Luc. 9. v. 23. Si quis vult venire poſt me, &c.*
[h] *vt Geneſ. 3. v. 13. & cap. 4. v. 6.*
[i] *vt Noe, Abraham, Iſaac, Iacob,* &c.
[k] *quibus pleni ſunt libri morales, vt Prouerbia, Pſalmi, Euangelia, Epiſtolæ Apoſtolorum, &c.*

[a] Cap. 8. [b] *Clemens 3. Recogni. Aug. lib. de hæreſib. cap. 35. Hier. præfatione Dialogorum in Pelagianos Leo epiſt. 91. Et Concil. Bracar. can. 10. Innocent. 2. apud Bernard. epiſt. 194.*
[c] Cap. 9. [d] *4. cap. 72.* [e] *1. Strom. p. 65. Origen. contra Celſum p. 780.* [f] *6. præpar. 5.*
[g] *ſermon. de paſſione, & cruce Domini.*

cinari: hominum autem eſt agere quod velint. Baſilius: [h] *Cur anima ad malum ſuſcipiendum apta fuit? propter liberum arbitrium, quod maximè rationalem naturam decet. Soluta enim ab omni neceſſitate, & voluntariam, ac in ſua poteſtate ſitam vitam à conditore adepta per hoc ad imaginem Dei creata eſt.* Nazianz. [i] *Singularis, & eximiæ Dei bonitatis argumentum eſt, facere: vt noſtra queque aliqua ex parte ſit virtus, nec natura nobis inſeratur, ſed voluntate: animique propoſito excolatur, arbitrijque libertate, parem in vtramque partem motum habente.*

Nyſſen. [k] *Neceſſe eſt eum qui conſultat, Dominum eſſe actionum,* &c. *dominari autem actionum omnino liberi arbitrij eſt.*

Chryſoſt. [l] *Neceſſitatem dicit: non quia libertatem voluntatis poteſtatemque liberi arbitrij tollat: nec quia neceſſitati rerum humanarum vitam ſubijciat: ſed, quod omnino neutrum eſt pronunciat.*

Epiph. [m] *Omnibus manifeſtum clarumque ac minimè ambiguum eſt, quod liberum arbitrium exhibuit nobis Deus, dicens, ſi volueritis & audieritis me bona terræ comedetis.*

Cyrill. [n] *Non poſſumus ſecundum Eccleſiæ veritatiſque dogmata liberam poteſtatem hominis, quod liberum arbitrium appellatur, vllo modo negare.*

Theophyl. [o] *Rationalis, ad quam ſubſequitur liberum arbitrium, ſubſtantia eſt hominis, omne enim rationale liberi arbitrij eſt.*

Ex Latinis Tertulianus, [p] *Tota libertas arbitrij in vtramque partem homini conceſſa eſt.*

Cyprian. [q] *Homo libertati ſuæ relictus, & in arbitrio proprio conſtitutus, ſibimet ipſi vel mortem appetit, vel ſalutem.*

[r] Hilarius, [s] Optat. Ambroſ. [t] *Homini dedit eligendi arbitrium, quid ſequatur.*

[h] *orat.. quod Deus non ſit author malorũ. vide etiam ſer. de liber. arbitrio.*

[i] *Apologet. 1.*

[k] *lib. 9. de Philoſophia 3.*

[l] *homil. 60. in Math. explicans illud: Neceſſe eſt vt veniant ſcandala.*

[m] *hæreſi 16.*

[n] *4. in Ioan. 7. Damaſc. 2. fid. 26.*

[o] *in 15. Lucæ.*

[p] *2. in Marcionem ante medium.*

[q] *lib. 1. epiſt. ad Cornelium.*

[r] *in Pſal. 2. vnicuique noſtrum libertatem vitæ, ſenſumque permiſit: non neceſſitatem in alterum affigens.*

[s] *7. in Parmenianum.* [t] *in Pſalm. 40.*

[v] Gaudentius, [x] Hieronymus: *fruſtra*, (inquit) *blaſphemas & ignorantiam auribus ingeris nos liberum arbitrium condemnare: damnetur ille qui damnat.*

Auguſt. [y] *datum eſt animæ liberum arbitrium, quod qui nugatoriis ratiocinationibus labefactare conantur, vſque adeò cæci ſunt: vt ne iſta quidem, vana ac ſacrilega, propria voluntate ſe dicere intelligant.*

Innocent. I. [z] *Liberum arbitrium, cum naſceremur, accepimus.*

[a] Leo. [b] Proſper. *Liberum arbitrium* (inquit) *nihil eſſe, vel non eſſe, perperam dicitur.*

Lumine naturali euidens eſſe hominis liberum arbitrium in actionibus ciuilibus.

Cap. X.

PRIMÒ, ex communi ſapientum cōſenſu: Peripateticorum in [a] Ariſtot. Academicorum in [b] Platone: Stoicorum apud [c] Auguſtini plura vide apud [d] Euſebium.

Secundò, ex totius orbis conſenſu. Nulla enim eſt, aut fuit Reſpub. ſine conſilio publico, magiſtratu, legibus & præmiis, quæ omnia fruſtra: ſi liberum arbitrium tollas.

Tertiò, ipſimet liberum oppugnantes arbitrium, ſuos hortantur, puniunt: ſolliciti ſunt in periculis, cauti in rebus dubiis. Ad quid: ſi omnia neceſſariò eueniunt?

Quartò, *peccare*, liberi arbitrij eſt, quæ enim neceſſario fiunt ſine peccato ſunt. At experiētia conſtat homines frequentiſſimè peccare.

Quintò, talis eſt modus appetendi, qualis cognoſcendi. At homo non ſolùm cognoſcit finem, & media abſolutè neceſſaria: ſed etiam contingen-

[u] *tract. 3. in Exod. Libertatem diximus arbitrij, quia voluerunt Iudæi facere, quod fecerunt: & ſi noluiſſent, non feciſſent. Et infra: Præſcientia quidē Dei, non fallitur, ſed nec homini cōceſſa ſemel voluntatis libertas aufertur: ne nihil de eo iudicare poſſit, qui liber fuerit in agendo.*

[x] *epiſtola ad Cteſiphontem*

[y] *libro de quantitate animæ cap. 36.*

[z] *epiſt. ad Concil. Carthag.*

[a] *ſerm. 16. de Paſſione.*

[b] *Reſponſione ad obiectionem Sextam Gallorum.*

[a] *3. Ethic. 1. 2. 3. & ſeqq.*

[b] *in Gorgia.*

[c] *5. Ciuit. 10.*

[d] *6. Præpar. 6. & 7.*

tia,ergo appetitus in contingentia media, non niſi contingenter,feretur.

Sextò,Homo conſultatione vtitur: vbi conſultatio,ibi vis electiua,vbi hæc, & ibi arbitrij libertas.

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.

CAP. XI.

PRIMA Hierem. 10. [a] *Scio Domine: quia non eſt in homine,via eius,nec viri,vt dirigat greſſus ſuos.* Prouerb. 16. [b] *Hominis eſt præparare cor, Domini autem gubernare linguam*, & cap. 20. *Quis hominum poteſt intelligere viam ſuam?*

[a] v. 23.
[b] v. 1. item v. 9.
[c] v. 24.

Reſpondeo: Idem non eſſe, *electionem liberam*, & *liberam executionem.* Illa namque ad libertatem eſt neceſſaria, & ſemper in poteſtate noſtra: hæc non item: quæ etiam nonnunquam impeditur à Deo: de poſteriori,teſtimonia citata loquuntur:ſed non de priori.

Secunda Iſaię 26. *Omnia opera noſtra in nobis operatus es Domine.* Math. 10. [e] *Vnus paſſer nō cadit in terram ſine patre veſtro.* [d] v. 12. [e] v. 29. [f] v. 36.

Item. [f] *Quoniam ex ipſo & in ipſo* &c. 1. Cor. 12. [g] *Omnia in omnibus operatur.* Epheſ. 1. [h] *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* [g] 1. Cor. 12. [h] v. 11.

Reſpōdeo his ſolùm probari: nihil nos ſine Dei cooperatione agere poſſe: verumtamen cooperatio Dei modum agendi rerum,non inuertit.

Tertia [i] Ægyp. à Deo impulſi dederūt Hebræis præcioſiſſima vaſa,ac veſtes. Geneſ. 43. [k] *Det vobis Deus*, (inquit Iacob) *inuenire miſericordiam coram viro:* [l] 1. Regum. *Irruit ſuper eum Spiritus Domini.* 2. Reg. 17. *Deus effecit, vt Abſalon non ſequeretur conſilium Achitofel.* 3. Reg. 12. *Inclinauit Deus cor Roboam ad ſequendum conſilia Iuuenum.* Ioſue 2. *Teſtatur Raab immiſiſſe Deum, ad introitum Hebræorum in Paleſtinam,*

[i] *Exodi* 11. v. 2. & 3. *cum cap.* 12. v. 35. 36.
[k] v. 14. *Deus meus omnipotens faciat eum vobis placabilem.*
cap. 11. v. 6.

n v. 65. *incolis terræ pauorem*. Deuter. 28. [n] *Dabo vobis cor pauidum, & oculos deficientes.*

Reſpondeo, voluntatem dici poſſe inclinari à Deo, quadrupliciter: 1. Phyſicè illam mouendo, & determinando immediatè ad vnum. 2. Mediante aliqua formâ voluntati impreſſa. 3. Obiectiuè per internam ſuaſionem efficaciſſimam ac vehemẽtiſſimam. 4. efficaciter quidem obiectiuè: ſed non tam ex vehementia perſuaſionis: quam diſpoſitione voluntatis præuiſa à Deo.

[o] Secundus & quartus modus cum libertate arbitrij non pugnant: Atque iuxta illos intelligi poſſunt teſtimonia allata. An verò primus, & ſecundus pugnet, videbitur infra.

Ad 1. ergo teſtimonium dicimus Deum inclinaſſe corda Ægyptiorum, obijciendo menti rationem idoneam, quam præuidebat [p] liberè ſecuturos.

Ad 2. ſimilem inclinationem precari Iacob, conferri à Deo, filio ſuo Ioſeph.

Ad 3. ſignificari, donatum Sauli ſpiritum fortitudinis quo ad prælium inclinaretur.

Ad 4. & 5. Deum exhibuiſſe Abſalom, & Roboam rationes, quas præuiderat ab eis ſequendas, liberè tamen excogitatas à Chuſai, & conſilio Iuuenum.

Ad vltimum: facile fuiſſe Deo, vt occurrerent cogitationi Palæſtinorum rationes, quibus timendum eſſe iudicarent.

o *Nullus eſt enim habitus virtutis in via, qui neceſſario voluntatẽ moueat.*

p *præuiſio nã que diſpoſitionis voluntatis nullam voluntati neceſſitatem inducit.*

Soluuntur obiectiones ex Auguſtino.

CAP. XII.

PRIMA, [a] *Conditoris voluntas rerum neceſsitas.* Item: [b] *Hoc neceſſario futurum eſt, quod Deus vult: & ea ferè futura ſunt, quæ ille præſciuit.*

[a] 6. in Geneſim ad literam 15.
[b] cap. 17.

Secunda, [c] *Scriptura ſi diligenter inſpiciatur,* (inquit) *oſtendit, non ſolū bonas hominum voluntates, quas ipſe fecit ex malis, & à ſe factas, in actus bonos & vitam dirigit æternam, verumetiam illa quæ conſeruant ſæculi creaturam, ita eſſe in Dei poteſtate: vt ea quo voluerit, quando voluerit faciat inclinari, vel ad præſtanda beneficia, vel ad pœnas infligendas: occultiſsimo quidem iudicio ſed iuſtiſsimo.*

[c] lib. de gratia, & libero arbitr. cap. 20.

Tertia, [d] *Libero arbitrio malè vtens homo: & ſe perdidit, & ipſum,*

[d] cap. 30. Enchirid.

Ad 1. loqui de neceſſitate conſequentiæ non cōſequentis. ſenſus enim eſt: *Quod Deus vult fieri, infallibiliter futurum eſſe liberè, vel neceſſario: prout cauſæ ſecundæ fuerint.*

Ad 2. Deum inclinare volūtates: ſed planè ſuauiter: quomodo, Deum par eſt agere cum libera voluntate.

Ad 3. Loqui de libertate à miſeria & peccato, [e] *Quis noſtrum dicat* (inquit) *quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? libertas quidem periit per peccatum, ſed illa quæ in Paradiſo fuit, habendi plenam cum immortalitate iuſtitiam. Nam liberum arbitrium vſque adeò in peccatore non periit, vt per illud peccent, maximè omnes, qui cum delectatione peccant.*

[e] 1. libro contra duas epiſtolas Pelagianor. 2.

Soluuntur ex præſcientia diuina.

CAP. XIII.

PRIMA, Deus neceſſario prænoſcit futura, nec falli poteſt. Igitur neceſſariò euenient.

Secunda, præſcientia Dei eſt cauſa rerum. Igitur erunt, quia Deus certo præſcit, & proinde neceſſario fient.

Ad 1. Negatur conſequentia. Nam imponeret neceſſitatem: vel quia præſcientia eſt, vel quia Dei. Non prius quia eadem eſſet ratio in omnibus præſcientiis vt prophetarum: neque poſterius. nam ſicut Deus præſcit quid homines facturi ſint, ſic etiã præſcit, quid ipſe facturus ſit. At præſcientia non cogit eum aliquid facere. Igitur neque illa homines cogit. Solùm ergo argumentum probat ſuppoſita determinatione rerum omnium, infallibiliter iuxta hanc determinationem eas euenturas, & infallibiliter Deum cognoſcere, ſicut euenient.

Ad 2. Negatur Antecedens. Nam præſcientia ſpectat ad ſcientiam viſionis. At quæ eſt [a] cauſa rerum ſpectat ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ.

[a] *diciturque ſcientia approbationis.*

Obiectio petita ex determinatione conſilij voluntatis diuinæ.

CAP. XIIII.

OBIECTIO: Voluntas diuina, ab æterno decreuit quidquid futurum eſt: nec aliter fieri poteſt. Ergo non manet homini libertas. Confirmatur. Experiẽtia docet, in rebus perplexis ſæpe nobis deficere mentem, in minimis

animum flacceſcere, in arduis ſuperiorem eſſe.

Prima reſponſio, eſt [b] Caietani. *Concordiam liberi arbitrij cum prouidentia diuina, non eſſe in hac vita intelligibilem: nec tamen propterea negandam. Nam* (vt [c] inquit Aug.) *nunquid ideò negandum eſt quod apertum eſt: quia comprehendi non poteſt quod occultum eſt*: Apertum eſt autem & liberum arbitrium & Dei prouidentiam eſſe. Ergo non eſt negandum eos concordari inter ſe.

Secunda, [d] Durandi: *nullum requiri diuinæ voluntatis concurſum, cum ſecundis cauſis*. Quam ſententiam impugnauimus ſupr. cap. 4.

Tertia, *Deum concurſu ſuo determinare actionem voluntatis humanæ: eoque poſito eam non poſſe non agere.* Dici tamen liberam, tum quod Dei concurſus non ſit de prærequiſitis, ſed tantum concomitantibus ad actionem liberi arbitrij. Tum quòd concurſus Dei non impediat hominem iudicare plenè, aliud medium eſſe contingens: aliud neceſſarium.

Contra. 1. Si voluntas humana eſt de prærequiſitis quod ſit actionis cauſa: cur concurſus Dei cum ſit etiam actionis cauſa, non erit, de prærequiſitis? 2. non ſufficit ad liberum-arbitrium haberi plenum iudiciũ: ſed exigitur præterea, agens poſſe ſeipſum determinare ad agendũ vel non agendũ. 3. Scriptura [e] docet hominem relictũ in manu conſilij ſui. At quomodo ſi eſt determinatus abſolutè à Deo? 4. hæc ſententia repugnat Patribus. Chryſoſtom. [f] *Anima* (inquit) *ſui iuris vim in ſe habet operandi: neque vlla in re Deo, niſi velit, obtemperat.* Hierony. [g] *Dedit homini mentis propriæ libertatem: vt viueret vnuſquiſque: non ex imperio Dei, ſed ex obſequio ſuo: non ex neceſſitate, ſed ex voluntate.* Aug. [i] *ſic adminiſtrat omnia quæ creauit: vt etiam ipſa proprios exercere & agere motus ſinat.* 5. repugnat potioribus Scholaſticis, [k] Bonauenturæ, [l] Ariminenſi, [m] Scoto, [n] D. Thom. [o] Caiet. 6. illa eſt potentia libera, quæ agere, & non agere poteſt. at iuxta hanc ſententiam, voluntas humana nequit agere antequam

[b] *1. par. q. 22. ar. 4.*
[c] *lib. de bono Perſeuerantia cap. 14.*
[d] *2. ſent. diſt. 37.*
[e] *Eccleſiaſt. 15.*
[f] *homil. 11. in Ioannem.*
[g] *epiſtola ad Damaſum de filio prodigo.*
[i] *7. Ciuit. 30. Niſſ 7. Philoſ. 1. & 2. Dam. 2. cap. 30.*
[k] *2. diſt. 37. q. 1. ad vlt.*
[l] *2. diſt. 34. & 37 q. 1. ar. 3.*
[m] *2. diſt. 37. q. 1. §. Ad ſolutionem iſtorum.*
[o] *1. 2. q. 9 ar. 6. ad 3.*
[p] *in 1. q. 19. ar. 8.*

determinetur à Deo: poſtquam autem determinata eſt, non poteſt non agere. Ergo hæc ſententia liberum-arbitrium euertit. 7. Si Deus neceſſario ageret, & humanam determinaret voluntatem: hæc neceſſariò agere. At eadem eſt ratio, ſi voluntatem determinet liberè. Nam actus volũtatis, non ideò liber eſt, quia liberè procedit à Deo. alioquin ſequeretur actiones pecudum liberas eſſe. 8. poſita hæc determinatione, non minus erit Deus cauſa peccati, quam boni voluntatis actus. Nam ſi Deus in omni actu poſitiuo, voluntatem determinat, & mouet: certè determinabit, & mouebit quoque ad volendum furtum, mendacium, &c.

Explicatur vna ratio concordiæ diuinæ cooperationis cum libero-arbitrio.

CAP. XV.

[a] Scoti, Arim. Gabrielis 2. diſt. 37.

QVARTA [a] reſponſio, *Deum non mouere ipſam voluntatem: ſed eodem inſtanti temporis, & naturæ: quo ipſa determinat ſeipſam, eodem Deum ſe determinare, ſiue influere, nõ in ipſam voluntatem: ſed in ipſum effectum, illum producendo in genere cauſæ primæ.* Ita enim vterque liberè aget: & tamẽ alter, ſine alio nihil producet. Quia tamen Deus non decreuit, dumtaxat operari, niſi habito reſpectu ad determinationem voluntatis. liberam: propterea dixiſſe nonnullos, *voluntatem prius operari natura, quàm Deum, non prioritate inſtantis in quo, ſed à quo.*

Obijcitur Primò, inter primam, & ſecundam cauſam eſt quidam eſſentialis ordo, vt prima ſecundam moueat.

Reſpondeo, id eſſe verum, inter cauſam principalem & inſtrumentariam. At ſi cauſa ſecunda, non

ſit inſtrumentum proprie: talis quoque ordo neceſſarius non erit: ſed ſolum, vt vna ſit perfectione, illimitatione, & neceſſitate prior altera.

Secundò, indicat ſcriptura homines eſſe inſtrumenta Dei. Ergo eorum voluntas mouetur Phyſice à Deo.

Reſpondeo, dici inſtrumenta metaphoricè tantum: quòd ſit Deo facilè animos eorum inflectere: quomodo artifici inſtrumenta ſua.

Tertiò: Si Deus operatur: quia voluntas operetur, Deus à voluntate pendebit.

Reſpondeo, Non pendere; tum quod eam libere creauerit. tum quòd libere ſe determinauerit ad concurrendum in effectu cum illâ. tum quia, abſolutè ſi vellet, reuera non concurreret.

Quartò, applicatio voluntatis eſt aliquid. At Deus eſt omnium cauſa. Ergo & applicationis, ſiue determinationis huius.

Reſpondeo primò, in ipſa determinatione hæc conſiderari poſſe. 1. ipſam volunratem. [2. quod ſinat ſe à ratione duci. 3. iudicium vltimum practicum.] 4. actionem voluntatis. 5. egreſſum actionis à voluntate, ſiue reſpectum actionis ad voluntatem, tanquam ad cauſam: iuxta primum, cum non ſit niſi negatio, applicatio voluntatis non erit aliquid: iuxta cætera, aliquid erit: ſed nullum horum applicationis rationem habebit, præter ipſum reſpectum, qui proprie non fit, ſed conſequitur ad actionem quæ fit. Minor argumenti admittitur.

Ad concluſionem, Deum eſſe huius applicationis cauſam, non vt terminū reſpectus, ſed cauſam actionis ad quam ſequatur reſpectus. Et proinde ipſam applicationem non referri ad Deum, ſed ad voluntatem ſolum: quia reſpectus actionis voluntatis ad voluntatem vt ad cauſam, [quatenus vult hoc & non illud,] ad ſolam voluntatem refertur.

[Reſpondeo, 2. ſiue applicationem volunratis ſit vltimum iudicium practicum, cum illa negatio-

ne, quod ſinat ſe voluntas à ratione duci: ſiue ſit aliud: Deum quidem eſſe huius applicationis cauſam: ſed non per modum determinantis, ſed tantum ſuo modo concurrentis cum ipſa determinatrice ad determinationem.]

Quintò, actio voluntatis, eſt actus vitalis, & immanens. Igitur nequit fieri, niſi à principio intrinſeco, & vitali. Ergo Deus ſolum concurrit ad hanc actionem, voluntate mediâ. Ad conſeq. addendum eſſe: *vel ab extrinſeco modificatò, & determinato ab intrinſeco*: cuiuſmodi eſt concurſus Dei ad actionem voluntatis.

Sextò, Prouidentia Dei ad ſingularia quæque ſe extendit. Igitur Deus ab æterno, omnes determinauit effectus, & conſequenter omnes cauſas ſecundas ad effectuum productionem.

Reſpondeo, determinaſſe effectus, ſed non ante præuiſionem ſecundarum cauſarum, præſertim contingentiũ, atque liberarum: rurſus alios determinauit ſe operante, vel cooperante: alios ſe permittente.

Septimò, ſi Deus non determinaſſet omnia, ante præuiſionem ſecundarum cauſarum, non poſſet futura certo ſcire. Non in ſeipſis: quia non ſunt: non in cauſis, quia ſunt indeterminatæ: neque in idea, quia illa ſimpliciter repræſentat poſſibilia ſolum: neque in æternitate, quia tempus futurum cum nondum ſit nequit coexiſtere æternitati.

Reſpondeo, 1. difficile eſſe intelligere quomodo Deus cognoſcat contingentia futura. 2. probabile eſſe Deum non videre actiones voluntatis niſi in ipſa voluntate: cuius, propter, infinitam ſuæ ſcientiæ perfectionem, cognoſcit omnes quoquo modo exprimi, conferri, & aptari poſſint habitudines, ac liberæ determinationes. [cum enim non ſint, niſi infinitæ, facilè ab infinita Dei ſcientia ſcrutari poterunt. 3. quidquid ſit de noſtro intelligendi modo: Deum à parte rei, habere ex perfectione ſuæ naturæ, ſiue ſcientiæ ſimplicis intelli-

gentiæ omnes voluntates, & alias quaſcumque res diſtinctè [b] expreſſas quibuſcũque modis poni vel exprimi poſſint, ſine effectibus, & cum effectibus: aut alia quauis ratione. Quare ſicut artifex, cui plures eiuſdem rei efficiendæ eſſent in ánimo propoſiti modi, accedente determinatione ſuæ voluntatis ſecundum vnum aut alterum modum: ſi nullus impedire valeat effectum, & artifex mutabilis non ſit: certiſſimè ſciet talem effectum futurum. Sic cum Deus ex tot ſibi diſtinctè propoſitis decreuerit hoc, vel illud fieri, certiſſime ſciet ſcientia viſionis, hoc ita futurum.]

[b] [*Quare (verbi gratia) videt voluntatem ſine ſuo, & cum ſuo expreſſo actu: quibuſcũque modis, aut rationibus, aut reſpectibus produci poteſt: videt eãdem cum aliqua parte: et cum omnibus actibus, ſimiliter, quocumque modo coaptari poſſunt. videt eundem hominem damnatũ, & ſaluatum. Ac ſimilia infinita.*]

Explicatur altera concordia libertatis cum cooperatione Dei.

CAP. XVI.

QVINTA [a] Reſponſio, *eodem inſtanti, & voluntatem moueri à Deo, ſiue applicari ad opus: & voluntatem ipſam liberè ſe mouere.* Quia applicatio illa Dei liberam ſequitur determinationem voluntatis. Hæc enim applicatio, non [b] eſt quædam virtus impreſſa, diſtincta à virtute naturali rei: ſed vſus ipſius naturalis virtutis, prout mouetur à Deo. Non mouetur autem ab eo, niſi iuxta diſpoſitionem voluntatis. Hæc verò diſpoſitio, non eſt quædam poſitiua actio: ſed negatiua voluntatis determinatio, præcedens tum influxum Dei: tum voluntatis elicitum actum: qua ſcilicet voluntas ſinit ſe moueri ab obiecto per rationem propoſito: vel non ſinit. Quæ determinatio cum ſit in poteſtate voluntatis, fit, vt liberè, & tamen infallibiliter voluntas moueatur à Deo. Nam ſi voluntas ſe ſinat moueri: quod qua ratione fiet (Deus opti-

[a] *D.Thom.* [illegible] *p.q.*105.*ar.*5. *& lib.*3.*contra Gent.*70.

[b] *vide tom.*3. *lib.*2. *de Sacr. in genere cap.* 11.

me nouit) Deus eam [c] applicabit ad opus: ſi Deus præuideat, eam non paſſuram ſe moueri: neque Deus decernet eam applicare. At poſito decreto applicationis, iuxta diſpoſitionem voluntatis, iam non poterit res aliter ſe habere: ſed neceſſario ſequetur effectus: quomodo poſita libera actione in actu: quandiu eſt, non poterit non eſſe.

Ad argum. Ergo cap. 14. propoſitum reſpondetur, in forma, decreuiſſe Deum ab æterno omnia: ſed humanos actus, non niſi præcognita diſpoſitione voluntatis noſtræ.

Ad confirmationem. 1. quod Deus aliquando expeditum cõſilium ſuppeditet: aliquando non: id minime noſtram neceſſitare voluntatem. alioquin ſapientes, & eloquentes homines, qui ſuos auditores facile inflectunt, eos libero arbitrio priuarent. 2. in rebus arduis ſæpe occurrere conſilium quia vigilat, & ſeipſum erigit animus: non occurrere in minimis, quia negligimus noſmetipſos.

c [ſecundum hanc ſententiã, aliud eſt, ipſa determinatio, aliud applicatio voluntatis. Nam determinatio eſt ipſa negatio qua ſinit, vel non ſinit ſe voluntas moueri: applicatio verò eſt ipſa motio Dei, qua volũtatem ad opus applicat: ſiue actio ipſa voluntatis vt mota à Deo iuxta diſpoſitionem ſubiecti: nimirum iuxta determinationem illam negatiuam: quam Deus optimè præuidit.]

LIBER QVINTVS.

DE GRATIA, ET LIBERO ARBITRIO.

In quo tractatur de libertate arbitrij circa res morales.

Poſſitne homo viribus naturæ, ſine auxilio gratiæ ſpecialis verum aliquod morale cognoſcere.

CAP. PRIMVM.

PER, *auxilium gratiæ*, non intelligitur, *gratia iuſtificans*: ſed ſimpliciter *motio diuina, qualem poſſunt etiam peccatores habere*. *Verum morale*, hîc, non conſideratur [a] generaliter, & nudè ſumptum: ſed cum omnibus [b] circunſtantijs, requiſitis vt ſit actio voluntatis, & actio virtutis. Nomine *cognitionis* non intelligimus *ſimplicem apprehenſionem*: aut *vltimum iudicium practicum*: ſed *iudicium præcedens imperium*, quale inter conſultandum exerceri ſolet.

Primą [c] opinio contendit, *nullum verum morale, poſſe in ſtatu corruptæ naturæ, ab vllo intellectu humano, cognoſci*, ſine Dei auxilio ſpeciali.

Secunda, [d] *poſſe aliquod percipi, cum ſolo generali auxilio*.

[a] *vt Deum eſſe colendum: venerandos parentes, &c. Id enim non minus facilè intelligi poteſt, quã verum naturale Theoreticũ.*

[b] *vt temporũ, loci, perſonæ, &c.*

[c] *Arimin. 2. diſt. 26. q. 1. ar. 1. concluſ. 2. Capreoli. 2. diſtin. 28. q. vnica ar. 3. in reſponſ. ad argumenta contra primam concluſionem.*

[d] *Alberti 2. diſt. 28. ar. 1. Bonau. ibid. ar. 2. qu. 3. Scoti ibid. q. vnica D. Thom. 1. 2. q. 109. ar. 1. & communis.*

Secunda opinio probatur.

CAP. II.

PRIMÒ ex ſcripturis [a] *Multi dicunt quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* [b] *Si verè vtique iuſtitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum.* Rom. 1. [c] *Cum Deũ cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt.* & cap. 2. [d] *Cum gentes, quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt, opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum.*

Reſpondetur primò, his in locis agi, de principiis vniuerſalibus.

Contra. malè accuſarentur, non feciſſe, quæ lumen rationis dictabat, ſi particularia (quæ ſola proprie præcipiũtur) non poſſent ex ipſo lumine cognoſci.

Secundò, Paulum Rom. 2. agere de gentibus conuerſis ad fidem. 1. quia ita interpretatur [e] Aug. 2. quia Paulus ibidem ait factores legis iuſtificari: conſtat autem ſine fide, nullum iuſtificari.

Negatur propoſitio. Ad primam probationem. Sanctum Aug. vtramque [f] ſequi expoſitionem: verùm communiorem eſſe, *Paulum de infidelibus agere.* 1. quia vox *gentes* vbique fere vſurpatur in ſcriptura, pro *infidelibus.* 2. malè dicerentur Chriſtiani *ſine lege perire*, aut *legem non habere.* 3. quia loquitur Paulus de cognitione & actione naturali qua quæ legis ſunt obſeruantur.

Ad 2. probationem per, *factores legis* ſignificari *totius legis obſeruatores.* Paulus autem non dixit, gentes totam obſeruare legem. Ergo per *factores legis*, gentes non intelliguntur.

[a] *Pſal.* 4. *v.* 6. & 7.
[b] *Pſal.* 57. *v.* 1.
[c] *v.* 21.
[d] *v.* 14. ὅταν ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. *v.* 15. οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως.
[e] *lib. de Spiritu, & litera cap.* 26. & 27.
[f] 4. *in Iulian.* 3. *in Pſal. verò* 118. *conc.* 25. *noſtram ſolam ſequitur.*

Probatur

Probatur ſecundo noſtra opinio ex PP. Chryſo. [g] *ſufficientem* (inquit) *magiſtrum habemus conſcientiam, & fieri non poteſt, vt quis illo adiumento priuetur. Nam ſimul cum fornicatione hominis implantata eſt ſcientia faciendorum & non faciendorum.* Hierony. [h] *Lex qua in corde ſcribitur, omnes continet nationes, & nullus eſt qui hanc legem neſciat: vnde omnis mundus ſub peccato eſt, & vniuerſi homines præuaricatores legis ſunt: & idcirco iuſtum iudicium Dei eſt.* Auguſt. [i] *Manus formatoris noſtri in ipſis cordibus veritas ſcripſit: quod tibi non vis fieri, ne facias alteri. Hoc & antequam lex daretur, nemo ignorare permiſſus eſt, vt eſſet, vnde iudicarentur, & quibus lex non eſſet data.* Proſper. [k] *Quis ambigat, hanc ſapientiam, humano generi, ad temporalis vitæ vtilitatem, ex natura à Deo conditæ ſupereſſe reliquias? Si enim nec ad iſta terrena ordinanda rationalis animi vigeret ingenium, non vitiata eſſet, ſed extincta natura.*

[g] *homil.54. in Geneſim.*
[h] *epiſt. ad Algaſiam. q.8.*
[i] *in Pſal.57.*
[k] *cap.22. contra Collatorē: Fulgentius cap. 26. de Incarn. & Gratia Chriſti.*

Tertiò, Pharao rex perditiſſimus cognouit aliquod verum morale cum ait [l] *Peccaui, Dominus iuſtus: ego, & populus meus impij.* At non eſt veriſimile habuiſſe dumtaxat ſpeciale auxilium cum dicatur ibidem: [m] *Indurauit Dominus cor Pharaonis.*

[l] *Exodi. 9. v.27.*
[m] *v.12.*

Quartò, omnis potentia naturalis, poteſt circa obiectum ſibi proportionatum, aliquem actum exercere, cum ſolo generali auxilio: alioquin ſuperuacanea eſſet. At intellectus eſt naturalis potentia, & eius proportionatum obiectum, eſt verum morale, ſiue in vniuerſum, ſiue in particulari. Ergo, &c.

Quintò, homo ſine auxilio ſpeciali cognoſcit prima principia moralia. Ergo poterit ſimiliter faciles ſaltem concluſiones inde deducere. Incredibile ſiquidem eſt, hominem ſcire ſine ſpeciali auxilio, *non licere furari: & hanc, vel illam rem, non eſſe ſuam:* Attamen ſcire non poſſe, ſine ſpeciali auxilio, *hanc rem non licere furari.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. III.

PRIMÒ,[a] *Non ſumus ſufficientes* (inquit Paulus) *cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.*

Reſpondeo,[b] loqui Paulum de cogitatione ordinata ad gratiam iuſtificationis, vel meritum vitæ æternæ. Propterea enim ſubiunxit: *Qui idoneos nos fecit miniſtros, &c.*

Secundò,[c] *Cogitationes hominum vanæ ſunt.*

Reſpondeo id verum: quoniam quatenus procedunt ex ſolis viribus naturæ, non pertinent ad ſalutem: ideò enim ſubiungit propheta:[d] *Beatus homo quem tu erudieris Domine.*

Tertiò, *Donum Dei eſt* (inquit[e] concilium Mileuit.) *& ſcire quid facere debeamus, & intelligere vt faciamus.*

Reſpondeo loqui de cogitatione legis diuinæ. Quia enim Pelagiani fatentur quidem, legem diuinam eſſe Dei donum: non tamen eius cognitionem, & obſeruationem. Propterea voluit Concilium definire, *eſſe Dei donum vtrumque.*

Quartò, *Diuini eſt muneris cum rectè cogitamus*: inquit[f] Concil. Arauſic. Item:[g] *Nihil habet homo ſuum præter mendacium, & peccatum: ſi quis autem veritatem, & iuſtitiam habet, ab eo fonte habet, quem debemus ſitire in hac eremo.* Et[h] Auguſt. *Nemo rectè ſapit, rectè intelligit, niſi acceperit ſpiritum ſapientiæ & intellectus.*

Reſponſio vt ad primum: in his enim reuera quæ ad ſalutem conducunt, nihil homo de ſuo præter mendacium, & peccatum habet.

Quintò, per Adami peccatum, ignorantiæ vulnus accepimus à quo per ſolũ Chriſtum ſanamur.

Reſpondeo, hoc vulnus non extinxiſſe, ſed ſolum debilitaſſe intellectum.

[a] 2. Cor. 3. v. 5. οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν non quod ſufficientes ſimus ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ θεοῦ.

[b] ita Aug. 1. de Prædeſtinatione SS. cap. 2. & Concil. Arauſicanum 2. can. 7.

[c] Pſal. 93. v. 11.

[d] v. 12.

[e] can. 4.

[f] can. 9.

[g] can. 22.

[h] epiſt. 105.

Sextò, ex cognitione veri moralis, acquiritur prudentia. At prudentia non eſt ſine virtutibus omnibus, omnes autem virtutes, viribus naturæ comparari nequeunt.

Reſpondeo. 1. falſam eſſe Maiorem de vno, aut altero actu cognitionis. 2. falſam eſſe Minorem de prudentia inchoata, ac imperfecta.

Septimò, cognitionem veri moralis ſancti à Deo petere ſolent: Pſal. 118. [i] *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam.* Itẽ: [k] *Iuſtificationes tuas doce me.* [i] *v. 34.* [k] *v. 134.*

Reſpondeo, eos petere, tum maiorem circa naturalia cognitionem, tum perfectam intelligentiam circa legem diuinam.

Octauò ſi aliquod verum morale cognoſci poſſet viribus naturæ. Ergo & omne.

Negatur cõſeq. quia aliud alio magis à principijs diſtat: difficiliuſque percipitur.

Nonò, ergo poterimus gloriari aliquid habere ex nobis: contra Apoſtolum.

Reſpondeo. 1. loqui [l] Paulum de gloriatione in ſupernaturalibus donis, maximè fidei. 2. negatur propoſitio: quia quidquid ſumus, à Deo habemus: ſine cuius generali auxilio, nec quidquam cognoſcere, aut agere valeremus. [l] *ita Aug. 1. de Prædeſt. SS. cap. 4. & 5.*

De viribus humanæ voluntatis circa bonum morale opiniones.

CAP. IIII.

PRIMA opinio [a] Pelagianorum eſt: *viribus naturæ poſſe hominem, omnia moralia implere mandata.*

Secunda [b] Lutheranorum, *ſolis viribus naturæ, nihil boni moralis fieri poſſe: imo ſine fide omnes actiones, peccata eſſe.*

Tertia Catholicorum omnium: *non poſſe vlla fieri*

[a] *apud Aug. libro de hæreſibus cap. 88.*
[b] *Luther. aſſ. ar. 6. & 36. Melancth. in Apologia Confeſſ. Auguſtanæ Caluin. 2. Inſt. 3. § . 1. & ſeqq.*

meritoria vitæ æternæ opera, ſolis naturæ viribus. Non tamen propterea eſſe peccata, opera omnia quæ iuſtificationem præcedunt. De actibus autem moralibus, quoad ſubſtantiam, non ſatis conueniunt inter ſe.

PRIMA PROPOSITIO.

Non poteſt homo ſolis naturæ viribus omnia præcepta implere longiore aliquo tempore, quo varia obſeruanda occurrunt.

CAP. V.

PROBATVR, Primò, quia ſcriptura paſſim tribuit gratiæ, obſeruationem legis Ezech. 36. [a] *Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis.* Rom. 8. [b] *Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.* Non dubium eſt autem, loqui Paulum de naturalibus præceptis, cùm in ſpecie [c] diſſerat de præcepto: *Non concupiſces.*

Secundò, obſeruatio mandatorum, ſecundum ſubſtantiam operis, requirit, ita obſeruari præceptum, vt non fiat homo reus quaſi omiſerit aliquid circa impletionem præcepti. At [d] ſcriptura docet, non poſſe legem moralem, ita viribus naturæ impleri: quin ſemper homo maneat reus circa huiuſmodi legem. Ergo, &c.

Tertiò, inter moralia præcepta, quædam ſine ſpeciali dono ſeruari non poſſunt, vt Continentia. Sap. 8. v. 21.

Quartò, obſeruatio legis moralis ſecundum ſubſtantiam, eſt ſignum Charitatis Ioan. 14. [e] Si

[a] *v. 27.*

[b] *v. 3.* τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένη, διὰ τῆς σαρκός, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί.

[c] *cap. 7.*

[d] *Rom. 8. vocatur lex moralis, lex peccati, & mortis. 1. Corinth. 15. dicitur virtus peccati 2. Cor. 3. vocatur litera occidens.*

[e] 23. ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει.

qui diligit me, [f] *ſermones meos ſeruat*. At nequit Charitas viribus naturæ haberi. Ergo. &c.

Quintò, ex traditione Eccleſiæ Concil. Mileuit. [g] *Placuit vt quicumque dixerit, ideò nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius poſſimus implere per gratiam: tanquam, etſi gratia non daretur: non quidem facilè, ſed tamen poſſemus etiam ſine illa, diuina implere mandata, Anathema ſit.* Innocent. I. [h] *Negantes auxilium Dei, hominem ſibi poſſe ſufficere: nec gratia hunc egere diuina affirmant: qua priuatus neceſſe eſt diaboli laqueis irretitus occumbat: dum ad omnia vitæ perficienda mandata ſola libertate contendat.* Cœleſtin. I. Epiſtol. ad Gallos. [i] Auguſt. *Iuſtitiæ præcepta omni ex parte implere non poſſumus, niſi adiuuemur à Deo.*

Sextò, natura humana, per peccatum Adæ, auerſa eſt à Deo, & inclinata ad creaturas: vnde finem vltimum, propenſione quadam, conſtitutum habet in creatura. Ergo quando occurrunt aliqua agenda, vel euitanda, quaſi naturaliter inclinatur ad malum ex fine illo præconcepto, & violenter flectitur ad bonum. Atque ideò erit neceſſaria vis quædam, præter facultatem naturæ, vt homo perpetuo vigilet, præmeditetur, ac omnibus difficultatibus occurrat.

Soluuntur obiectiones.

CAP. VI.

PRIMA Deuteron. 30. [a] *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi non ſupra te eſt, neque procul.*

Reſpondeo I. [b] cum Auguſtino, loqui Scripturā ad homines per gratiam ſanatos præmittitur enim: *Circumcidet Dominus cor tuum, & cor ſeminis tui.* &c. 2.

[a] v. 11. [b] *libro de perfectione Iuſtitiæ.* [c] v. 6.

[f] *ibi agi de moralibus præceptis patet: quod tum, cap. 15. v. 12. tum, 14. v. 34. exprimat præceptum dilectionis proximi in quo omnis lex inſtauratur. Nā, qui diligit proximum legem adimpleuit. agi etiam de moralibus præceptis quoad ſubſtantiam, conſtat, tum quia ineptum eſſet dicere, ſignum dilectionis Dei, eſſe obſeruationem mandatorum ex dilectione Dei. tū quod, ſignum debet viſibile eſſe. At modus diligendi ex Charitate internus eſt.*

[g] *can 5.*

[h] *epiſtol. ad Concil. Mileuit. apud Aug. epiſtola 93.*

[i] 2 *de peccat. mer.* 5.

[d] *in hunc Deuteronomij locum.*
[e] *Eccleſiaſtici 15. v.16.*

Cum [d] Abulenſi, loqui Moſem de facilitate cognoſcendæ legis.

Secunda, [e] *Si volueris mãdata ſeruare, cõſeruabunt te.* Reſpondeo ad hunc, & ſimiles locos, ſolum demonſtrari in noſtro ſitum eſſe arbitrio, mandata ſeruare, necne: ſed non propterea excludi gratiam, ſine qua impleri nequeunt: ſicut non excluditur liberum arbitrium in locis quibus neceſſitas gratiæ probatur.

Tertia, Chryſoſto. in 2. Rom. ait gentes omnia quæ legis ſunt impleſſe.

Reſpondeo loqui de impletione alicuius legis non omnium.

Quarta, præcepta naturalia habent proportionẽ cum viribus naturæ: & proinde poſſunt naturaliter impleri. At idem poteſt natura infirma (quamuis ægre) ac ſana. Ergo poterunt in naturâ infirmâ, etiam obſeruari.

Ad Maiorem, veram eſſe ſi natura ſit ſana. At talis nequit eſſe, etiam in puris naturalibus ſine auxilio ſpeciali.

Ad Minorem negatur [1. quia nec æger corpore poteſt æque ac ſanus non enim graue pondus portabit, fugiet celeriter, aggredietur arduum viribus corporis, opus &c. 2. Quia etſi poſſet: non tamen æque perfecte. Nam quocumque medio vtatur æger non tanta perfectione ambulabit, quanta ſanus.] 3. quia etſi poſſet æque perfectè non tamẽ abſque adminiculo. Etſi enim grauis æger ambulare queat non tamen ſine baculo.

Quinta, Deus impoſſibilia non præcepit. Reſpondeo, id verum: quia ſemper adeſt cum auxilio ſufficienti.

Sexta, poteſt ſuis viribus homo vnum ſeruare præceptum. Igitur & omnia.

Negatur conſeq. quia omnia non ſunt eiuſdem facilitatis.

Septima poteſt ad breue tempus ſeruare omnia. Ergo & ad longum.

Reſpondeo: 1. falſum eſſe Antecedens: ſi ad breue tempus occurrant affirmatiua, & negatiua ſimul obſeruanda: ſi autem non niſi occurrat vnum aliquod affirmatiuum facile: verum eſſe poteſt Antecedens. 2. Negatur conſequens: quia etſi per actus generentur habitus: atque facilitas ad agendũ paulatim acquiratur. Non tamen hęc facilitas communiter habet notabilem effectum, niſi poſt longum tempus: At interim occurrunt [f] nouæ, & grauiores difficultates: vireſque naturæ deprimuntur labore. Quare niſi deſuper adſit auxilium homo nõ poterit ſtare.

[f] *ſiue ratione obiectorum, ſiue tẽtationum, ſiue quarumdã circunſtantiarũ aliarum quarũcumque.*

SECVNDA PROPOSITIO.

Non poteſt ſolis naturæ viribus vlla vera tentatio ſuperari.

CAP. VII.

SENSVS propoſitionis eſt: *non poſſe tentationem non quidem leuem ſed vrgentem, viribus naturæ ſuperari, ſine auxilio ſpeciali Dei*: ſiue quod Deus remoueat occaſiones peccandi: vel non permittat Diabolum ſæuire quantum vellet, ſiue quocũque alio modo Deus iuuet.

Probatur, Primò, ex Sap. 8. *Nemo poteſt eſſe continens niſi Deus det.* At non eſt difficile continere quando nulla vrget tentatio. Ergo hic locus de tẽtationis tempore intelligendus eſt.

Secundò, quia [a] ſcriptura victoriam in tentatione, ſupplicitet tribuit Deo.

Tertiò, ex traditione Eccleſiæ. Sydon. Palæſtina apud Aug. [b] *Fateatur* (Pelagius) *quando contra tentationes, concupiſcentiaſque illicitas dimicamus quamuis & illic habeamus propriam voluntatem, non tamen, ex illa, ſed ex adiutorio Dei noſtram prouenire victoriã.* Mileuit. [c] Epiſtola ad Innocentium: ipſe [d] In-

[a] *Pſal.* 17. *v.* 32. *Quoniam in te eripiar à tẽtatione Pſal.* 26. *v.* 15. *Pſal.* 117. *verſ.* 13. *Matth.* 6. *v.* 13. *Et ne nos inducas in tentationem. item cap.* 26. *v.* 41.

[b] *epiſt.* 106.

[c] 92. *apud Auguſtinum.*

[d] *epiſtola ad Concil. Carth. apud Aug.* 91.

nocent. *Quotidiana praſtat ille remedia, quibus niſi freti, confiſique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Neceſſe eſt enim vt quo auxiliante vincimus, eodem rurſus non adiuuante vincamur.*

Zozim [e] *Quod tempus interuenit, quo eius nō egeamus auxilio? in omnibus igitur actibus, cauſis, cogitationibus, motibus, adiutor, & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, vt quidquam* ſibi, humana natura præſumat.

Cæleſtinus. 1. [f] *Nemo etiam Baptiſmatis gratia renouatus, idoneus eſt ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad euincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adiutorium Dei, perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit.*

[g] Cyprian. [h] Baſil. *Oportet ad tempus ab inſidiantibus diſcedere: Vbi tamen quis permiſſus eſt in tentationē incidere, euentum, vt ſufferre poſſit, & voluntatem Dei per orationem petere.*

Chryſoſtom. [i] *Sunt tentationes quas ſufferre non poſſumus: & quænam ſunt illæ? omnes vt ita dicam: poſſibilitas enim in Dei nutu eſt, quam noſtra allicimus voluntate.*

Ambroſ. [k] *Quis eſt tam fortis, vt nequaquam in tentationem moueatur, niſi Dominus ei adiutor aſſiſtat?*

Hierony. 2. aduerſus Pelag. Auguſt. [l] *Quiſquis negat nos orare debere, ne intremus in tentationem: negat autem hoc, qui contendit, ad non peccandum, gratiæ Dei adiutorium non eſſe homini neceſſarium: ſed ſolâ lege acceptâ humanam ſufficere voluntatem: ab auribus omnium remouendum, & ore omnium anthematizandum eſſe, non dubito.*

Gregor. [m] *Illos proculdubio Dominus reliquit, quibus conſtantiam in tribulatione non tribuit. Neceſſario enim ſequitur, vt omni tentationi ſit ſubditus, quicumque à Deo fuerit derelictus.*

Proſper. [n] *Quiſquis in tribulatione non deficit, ab*

[e] *apud Cæleſtinum epiſtola ad Gallos ca. 9.*
[f] *ſup. cap. 6.*
[g] *ſerm. 7. de orat. Dominica. Quando* (inquit) *rogamus, ne in tentationem incidamus, admonemur infirmitatis, & imbecillitatis noſtræ: dum ſic rogamus, ne quis ſe inſolenter extollat: ne quis ſibi ſuperbè, atque arroganter aliquid aſſumat.*
[h] *libro Moralium ſummarū, Summa 62. cap. 3.*
[i] *homil. 24. in 1. Corinth.*
[k] *in Pſal. 43.*
[l] *libro de perfectione Iuſtitiæ.*
[m] *in Pſal. 3. Pænitētialem, explicans illud: Ne derelinquas me Domine, Deus meus.*
[n] *aduerſus Collatorem, cap. 35.*

illo non dubitet ſe adiuuari, ad quem quotidie corda vniuerſorum fidelium clamant: ne nos inferas in tentationem.

Soluuntur obiectiones.

CAP. VIII.

PRIMA, *Liberi arbitrij* (inquit [a] Hierony.) *nos condidit Deus nec ad virtutem, nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioquin vbi neceſſitas, neque damnatio, neque corona eſt.*

Reſpondeo, 1. cum [b] Auguſt. loqui Hieron. de natura humana, ante peccatum. 2. cum Hieronymo ipſo. [c] *Qui ſuſtinet tempeſtatem, vel petræ, vel tecti quærit refugium: quem hoſtis perſequitur ad muros vrbium confugit, ita & homo à principio conditionis ſuæ, Deo vtitur adiutore: & cum illius ſit gratiæ, quod creatus eſt, illiuſque miſericordiæ, quod ſubſiſtit, & viuit: nihil boni operis poteſt abſque eo, qui ita conceſſit liberum arbitrium, vt ſuam, per ſingula opera, gratiam, non negaret.*

Secunda, tentationes oriuntur ex concupiſcentia. At rationalis animus naturaliter dominatur cõcupiſcentiæ. Igitur poteſt homo naturæ viribus non cedere tentationi.

Ad Minorem [quidquid ſit de Maiore] [d] animum dominari officio, & dignitate: non viribus, & actu: id eſt proprium eſſe equidem animæ imperium in concupiſcentiam habere, verum ipſam ſæpe ſæpius non obedire: atque præualere.

Tertia, [e] D. Thom. docet voluntatem non poſſe neceſſitari à paſſione, niſi paſſio rationem abſorbeat penitus. Ergo quantumcumque paſſio vrgeat, ei poterit viribus naturæ homo reſiſtere: quandiu ratio vigebit.

Reſpondeo, 1. loqui D. Thom. de neceſſitate

[a] 2. in Iouinianum.

[b] *libro de natura, & gratia cap. 63.*

[c] *epiſtola ad Cyprianum.*

[d] *poſt naturã ſcilicet corruptam.*

[e] 1.2.q.10, ar.3.

phyſica: non morali qua voluntas allicitur quidem ſed tamen ſæpius infallibiliter. 2. non negare diuino adiuuari auxilio voluntatem quando non conſentit.

TERTIA PROPOSITIO.

Nulla tentatione vrgente, poteſt homo ſine fide, cum auxilio ſpeciali, vel etiam ſine illo, bonum aliquod morale perficere.

CAP. IX.

PROBATVR Primò, Deus non remunerat malum opus, ſed bonum. At [a] legimus remuneraſſe opera quædam infidelium.

Secundò, Rom. 2. [b] dicuntur gentes, *naturaliter ea facere, quæ legis ſunt.*

Tertiò, ex PP. Baſil. [c] *Sunt & apud nos virtutes ſecundum naturam, ad quas familiaritas ipſi animæ, non ex doctrina hominum, ſed ex ipſa natura ineſt.*

Chryſoſt. [d] *Non poteſt malus omnino malus eſſe, ſed euenit vt aliquid habeat boni.* Loquitur autem de opere bono non in genere tantum: ſed ſimpliciter: quia illud opponit peccato, ac mercedem illi aſſignat.

Hierony. [e] *Multi abſque fide, & Euangelio Chriſti, vel ſapienter faciunt aliqua, vel ſanctè: vt parentibus obſequantur, vt inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant.*

Auguſt. [f] libro de perfectione iuſtitiæ obijcienti Cœleſtino, non eſſe neceſſarium Dei auxilium ad bona liberi arbitrij opera: quia dixit Apoſtolus: *Quod vult faciat non peccat ſi nubat.*

Reſpondet: *Quaſi pro magno habendum ſit, velle nubere.* vbi de adiutorio diuinæ miſericordiæ opero-

[a] *Exod. 20. & 21. quo Deus benefecit obſtetricibus Aegyptiis. Ezech. 29. v. 18. 19. quo reddit Deus mercedem Nabuchodonoſor. in quem locum vide Hierony.*
[b] *v. 14.*
[c] *homil. 9. operis ſex dierum.*
[d] *hom. 67. ad populum Antioch.*
[e] *in 1. ad Galatas.*
[f] *epiſt. 103.*

ſius diſputatur. Quibus verbis indicat velle nubere, poſſe fieri ſine ſpeciali auxilio, quod tamen opus eſſe bonum ideo conſtat quia ſine peccato eſt.

Proſper: [g] *Natura humana cuius creator Deus eſt, etiam poſt præuaricationem, manet ſubſtantia, manet forma, manet vita, & ſenſus, & ratio, cæteraque corporis, atque animi bona: quæ etiam malis, vitioſiſque non deſunt, ſed non in illis veri boni perceptio eſt: quæ mortalem vitam honeſtare poſſunt, æternam conferre non poſſunt.*

[g] *ſup. cap. 16. Fulgent. de Incarn. cap. 26. Gregor. hom. 27. in Euang. tractans illud: Hoc eſt præceptum meum. Damaſc. 3. fid. 14.*

Quartò, ſequeretur alioquin melius eſſe Gentibus (remoto præcepto) bona opera ex obiecto, non facere: quam facere. Quia faciendo peccarét: non faciendo, non peccarent.

Quintò, ſi opera ſine fide, aut ſpeciali auxilio, ſemper eſſent peccata: vel id, quia deeſt circunſtantia finis: vel quia fiunt à peccatore: vel quòd deſit proportio cum viribus naturæ: vel quia nimis difficilia, ob rebellionem carnis, & tyrannidem dæmonis. Non primum. tum quia naturaliter poſſunt Etnici cognoſcere, *Deum eſſe*, ac curam gerere noſtri: cui placeant opera bona. tum quia non eſt neceſſe omnia opera, vt ſint bona, referri in vltimum finem explicite ſufficit enim, explicitè referri in proximum finem: hinc namque referuntur implicitè in vltimum. Tam æquè autem poſſunt proximum finem, bonum eligere, quam, in arduis & contra naturam, malum, ſi enim poſſunt eligere propriam internecionem, aut bonorũ proiectionem in mari: quidni, tam æquè ſaltem, poterunt eligere, aliquos elargiri pauperi nummos? non ſecundum, quia malitia ſubiecti non influit in opus. non enim ab ea procedit. alioquin deberet opus aliquam ſpecificationem accipere ab ea, quod tamen falſum eſt. Neque enim qui animo ſincero dat eleemoſynam pauperi: etſi alioquin ſit auarus, dicetur auaritiam commiſiſſe. Non tertium, quia natura nõ eſt infirmior, quam fuiſſet in puris naturalibus. tunc autem certe habuiſſet proportionem

cum bono morali. nec quartum denique. nam hîc non agimus de difficillimis rebus: ſed facilibus, & conſentaneis naturæ, omni tentatione ceſſante.

Obijcit Kemnitius: quamuis ſubſtantia cordis, ſit ex ſe bona, dicitur tamen cor prauum, quia malis inquinatur operibus. Ergo & opus, à vitio ſubiecti inquinabitur.

Negatur conſeq. quia ſubiectum, eſt per ſe cauſa omnium ſuorum operum: & proinde à malitia eorum optimè dicetur prauum. At vnum opus bonum ex ſe, non eſt à vitio ſubiecti, ſiue ãb alio opere malo ſed ſimpliciter à ſubiecto, [quatenus id habet ex natura ſua, aliquam habitudinem ſiue ordinem, ad virtutem.]

Soluuntur obiectiones ex ſcriptura.

Cap. X.

PRIMA, [a] ſcriptura docet diſplicere Deo ſacrificia impiorum.

Reſpondeo, intereſſe inter ſacrificium, & alia opera moralia. quod illud nequeat rite fieri ſine peccatorum deteſtatione. fit enim ad pacandum Deum: vel impetrandum beneficium: vel gratias agendum. At eo fine ad Deum accedere cum voluntate peccati potius eſt irritare, vel irridere Deum quam ſacrificium offerre. Alia autem moralia opera, eam non exigunt deteſtationem. Quare etſi Deus deteſtetur ſacrificia impiorum: non ſequitur tamen, eorum alia deteſtari moralia bona.

Secunda, Pſal. 13. [b] *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum.*

Reſpõdeo, ibi agi de bono meritorio vitæ æternæ: vel de totius legis impletione.

Tertia, [c] *Mendaces filij hominum in ſtateris: ſiue va-*

[a] *Iſaiæ 1. v. 13. Prouerb. 15. 9. Victimæ impiorum abominabiles Domino.*

[b] *v. 4.*

[c] *Pſal 61. apud Hebræos 62. v. 10.* הֶבֶל בְּנֵי־אָדָם כָּזָב בְּנֵי אִישׁ בְּמֹאזְנַיִם לַעֲלוֹת הֵמָּה מֵהֶבֶל יָחַד *Heuel beneadam cazaf (ſiue cazau)*

Digitized by Google

ni in ſtateris præ ipſa vanitate: vt habet Hebræus textus, id eſt: ſi homo, & vanitas ponderentur in ſtatera, vanior vanitate apparebit homo.

Reſpondeo, 1. illa verba לַעֲלוֹת הֵמָּה מֵהֶבֶל *Lagaloth hemmah mehevel*: *ad aſcendendum præ vanitate*, poſſe optime verti: *ad prævalendum ex vanitate*: iuxta ſenſum editionis vulgatæ. Nam præpoſitio מִן *min*. ſignificat tam, *ex*, &, *de*: quam, *præ*. Quare ſolum ſequetur fraudulentos eſſe homines in mēſuris, atque ponderibus. 2. hinc ad ſummum ſequi, nihil boni ad vitam æternam poſſe homines naturaliter facere: proinde, reuera vanos eſſe.

bene iſch bemoznaiim lagaloth hēmah mehevel iachad: Tātum vanitas filij hominum mendacium filij viri, in bilances aſcendendo ipſi a vanitate pariter.

Quarta: *Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos*, &c. Iſaiæ 60. v. 2.

Reſpondeo, non loqui Prophetam, de bonorum moralium defectu: ſed cognitionis in Chriſtum, & vitam æternam.

Quinta, [d] *Prauum cor hominis, & fraudulentum præ omni.*

[d] Hierem. 17. v. 9.

Reſpondeo, 1. ita dici cor, quod ſit fons malorum, non quod nequeat in eo eſſe opus aliquod moraliter bonum. 2. illud עָקֹב *gakof* optime verti poſſe: *profundum* ſicut Græci reddiderunt, βαθεῖα, ſequitur enim: *Et inſcrutabile. Quis cognoſcet illud?* Atque in hoc ſenſu, nihil obiectio concludit.

Sexta, *non poteſt arbor mala bonos fructus facere*. Mathæi [e] 7. & [f] 12. ac Lucæ [g] 6. Arbor autem mala eſt homo impius, teſte [h] Auguſtino.

Reſpondeo, Mathæi 7. per *arborem bonam, & malam, non intelligi bonam & malam voluntatem*: ſed doctrinam veram, & falſam: vel homines, quatenus hanc, vel illam docent. Dominus enim nos eo monet loco eſſe à falſis cauendum prophetis: venientibus in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: quos cum nequeamus ex operibus internis, vtpote inuiſibilibus diſcernere: neque externis, vtpote ſimulatam ferentibus ſanctitatem, Chriſtus ait eſſe diſcernendos ex fructu doctrinæ. Mathæi verò 12. & Lucæ 6.

[e] v. 18. οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν, καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον, καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν.
[f] v. 33.
[g] v. 43.
[h] 4. in Iulianum. 3.

intelligitur quidem *per arborem* voluntas, ſiue *homo ipſe*, ſed vel Dominus ſolum intendit, arborem malam ordinariè malos facere fructus: quamuis interdum faciat etiam bonos: ac ſimiliter bona faciat interdum malos: vt experientia conſtat, vel intelligit [i] per *arborem* voluntatem in actu: nec enim malus actus voluntatis poterit ex ſe producere bonum: neque bonus malum. vel *per fructus*, intelligit meritoria vitæ æternę opera: ita enim fatemur ſicut iuſtus, quandiu manet iuſtus, nequit læthalia committere peccata: ſic nec peccatorem: quandiu manet peccator, poſſe meritoria vitæ æternæ edere opera. At nihilominus, ſicut iuſtus poteſt venialia patrare peccata: quæ mortem, non merentur æternam: ita & malus poterit aliqua facere opera bona: quæ non mereantur æternam gloriam.

atque iuxta hanc expoſitionem admittimus quidẽ hominem ex malo actu operantem non poſſe facere bonum: poſſe tamen operari non ex cupiditate: ſed ex bono naturæ: & ita bonũ producere.

Septima, [k] *Quod natum eſt ex carne, caro eſt.* At caro tota eſt mala. Quia effectus eius eſt [l] *mors:* fructus verò [m] *fornicatio, immunditia*, &c.

Reſpondeo, interdum *carnem* in Scripturis accipi pro *ſenſuali parte*: aliquando pro *toto homine*, vt Ioan. 1. *Verbum caro factum.* Priori modo, vtcumque trãſeat Minor: quamuis abſolute falſa ſit: poſteriori autem, negatur. Ad probationem, intelligi debere de carne priori modo vſurpata.

Octaua, [n] *ſine me* (inquit Dominus) *nihil poteſtis facere.*

Reſpondeo, loqui de operibus ſalutis æternæ.

Nona, [o] *Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt.*

Reſpondeo, per fidem intelligi, *conſcientiam dictantem quid ſit faciendum.* Senſus enim verborum Pauli eſt: *Quidquid fit contra dictamen conſcientiæ reclamantis id non debere fieri, peccatum eſſe.* 1. quia ita ferę omnes hunc intelligunt locum interpretes. 2. quia differens ibi Paulus de cibis mundis, ac immundis ſecundum legem, concludit. [p] *Qui diſcernit, ſi manducauerit, damnatus eſt, quia non ex fide*: id

[k] *Ioan.3.v.6.* τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι.

[l] *Rom.8.v.6.*

[m] *Galat.5.v.* 19.20.21.

[n] *Ioan.15.v.5.* χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

[o] *Rom.14.v.* 23. πᾶν ὃ οὐκ ἐκ πίστεως ἁμαρτία ἐστίν.

[p] *ibid.* ὁ δὲ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως.

eſt: quia, *manducat contra conſcientiam, dictantem ſibi aliquos eſſe immundos.* deinde ſubiungit: *Omne quod non eſt*, &c.

Decima, [q] *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis omnia in gloriam Dei facite.* Ergo quidquid non fit ad gloriam Dei eſt peccatum. At talia ſunt infidelium opera.

Ad conſeq. verum eſſe: ſi neque explicite, neque implicite referatur opus ad gloriam Dei. Ad ſubſumptionem, negatur. Nam eo ipſo, quo aliquid fit in bonum finem proximum, eo refertur in gloriam Dei.

Vndecima, Epheſ. 4. [r] *Teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis, ſicut & gentes ambulant, in vanitate ſenſus ſui tenebris habentes obſcuratum intellectum*, &c.

Reſpondeo, ſolum inde haberi, infidelium operā vt plurimum eſſe peccata: & omnia, ad fœlicitatem æternam inutilia.

Duodecima, [ſ] detinentur infideles, ad diaboli voluntatem, captiui. At voluntas diaboli ſemper in peccatum homines impellit.

Ad Maiorem, eſſe veram, in eo ſenſu, quod nequeant illi ſe propriis viribus à captiuitate diaboli liberare: non tamen quod peccare cogantur pro diaboli nutu.

Decimatertia, [t] *Omnia munda mundis: inquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinata ſunt eorum, & mens & conſcientia.*

Reſpondeo, cum [u] Aug. & [x] Hierony. ibi agi de cibis, non de operibus, credentibus enim legem abrogatam eſſe nulli cibi ſunt immundi: non credentibus, omnes ſunt immundi, quia inquinata eſt, id eſt, erronea eorum conſcientia.

Decima quarta, [y] Hebræor. 11. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.*

Reſpondeo, verum eſſe de complacentia ad vi-

[q] 1. Cor. 10. v. 31. εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε.

[r] v. 17. μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν. v. 18. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ ὄντες.

[ſ] 2. *Timoth.* 2. v. 26.

[t] *Ad Titum.* 1. v. 15. πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς. τοῖς δὲ μεμιασμένοις, καὶ ἀπίστοις, οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν, καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις.

[u] 31. *in Fauſtum* 4. [x] *in hunc locum.*

[y] *v.* 6. χωρὶς πίστως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι.

tam æternam, vt quis amicus Dei conſtituatur.

Decima quinta: [z] *Quidquid eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.*

[z] 1. Ioan. 2. v. 16. πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου.

Reſpondeo. 1. ſi per *mundum* intelligatur cum Aug. *amator mundi*, ſenſum eſſe: *in ipſo amatore, vt talis eſt, nihil niſi hæc tria eſſe.* 2. ſi cum aliis, intelligamus obiecta, quę verſantur in mundo, ſenſum eſſe: nihil occurrere in mundo, niſi Luxuriæ, Auaritiæ, ac Superbiæ obiecta: & ideò diligendum Creatorem non creaturam.

Soluuntur obiectiones ex PP.

Cap. XI.

PRIMA, *voluntas*, (inquit [a] Aug.) *ſine Charitate, tota eſt vitioſa cupiditas.*

[a] 1. Retract. 15.

Reſpondeo, loqui de potentia, non de opere voluntatis: vitioſa autem cupiditas, non euellit inclinationem naturalem ad bonum.

¶ Secunda, loquens de Pelagio: [b] *aliquãdo*, (inquit) *ita paribus momentis poteſtatem voluntatis æqua lance perpendit, vt aliquantum etiam ad non peccandum, valere definiat. Quod ſi ita eſt nullus locus adiutorio gratiæ reſeruatur: ſine qua nos dicimus ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere.*

[b] *epiſt.* 106.

Reſpondeo loqui Auguſt. non de aliquo opere vno: ſed [b] de omnibus 1. Quia ratio Aug. alioquin nihil concluderet. Pelagius enim reſponderet, adiutorium gratiæ, & ſi in vno non requiratur: in aliis tamen requiri. 2. Quia Pelagius non diſputabat de Auxilio gratiæ in vno, ſed in operibus omnibus, vt idem Auguſt. [c] docet.

[b] *ad quæ preſtãda fatemur requiri auxiliũ gratiæ Dei.*

[c] *libro de hæreſibus cap.* 88. *& Hieron. libro* 3. *contra Pelagianos.*

Tertia, *Quid boni operari*, (inquit) *poteſt perditus niſi in quantum à perditione liberatur?*

Reſpondeo, loqui Auguſtinum de opere meritorio

torio ſalutis Dixerat enim: *verum hæc pars generis humani, cui liberationem Deus, regnumque parauit æternum, nunquid meritis operum ſuorum reparare poteſt? abſit.* Deinde ſubiungit, *quid enim bonum operari*, &c.

Quarta, [d] *Si voluntas aut bona eſt, aut mala, & vtique vt mala, non habeamus ex Deo, reſtat vt bonam voluntatem habeamus ex Deo.*

Reſponſio, vt ad primam, potentia enim voluntatis eſt bona, in quantum creata à Deo, & charitate prædita: mala in quantum vitiata per peccatum.

Quinta [e]. *Idem docet: bonum vſum liberi arbitrij eſſe ex gratia.*

Reſpondeo, id verum, quia non dicitur is bene libero vti arbitrio, qui aliquod vnum opus bonum facit: ſed, qui, vt plurimum, benè viuit.

Sexta, idem ait: [f] *liberum arbitrium captiuatum, non niſi ad peccatum valere.*

Reſpondeo, ideo hæc dixiſſe, quia vt plurimum ita contingit. Similiter enim [g] ſcriptura frequentiſſimè dicit, ab omnibus fieri: quod à pluribus fit.

Septima. [h] *Quod non fit ex charitate, non bene fit.*

Reſpondeo, non bene fieri, quia non fit ad ſalutem.

Octaua, in Pſal 31. docet Aug. omnia opera infidelium eſſe peccata.

Reſpondeo. 1. vt ad ſextam. 2. ibi vocari peccatum ab Auguſt, quod caret perfectione ad ſalutem *Scio* ([i] inquit) *nos illum bonum hominem dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, per quod homo poteſt ad æternum Dei donum, regnumque perduci.* Ergo iuxta hanc *Boni* definitionem: erit etiam peccatum apud Aug. quod caret perfectione ad ſalutem: quamuis reuera non ſit propriè peccatum morale.

Nona, [k] idem aſſerit, virtutes morales eſſe dona Dei.

Reſpondeo, id verum: quia non acquiruntur, niſi frequentibus actibus, quibus neceſſarium eſſe ſpeciale auxilium, non negamus. Hinc ſolui poterunt omnia ſimilia aliorum PP. loca.

[d] *2. de peccat. mer. 18.*

[e] *1. contra duas epiſtolas Pelagian. cap. vltimo.*

[f] *ibid. lib. 3. cap. 8.*

[g] *Geneſ. 6. v. 12. Omnis caro corruperat viã ſuam. Math. 2. v. 3. Turbatus eſt Herodes, & omnis Hieroſolyma cum eo. Ioan. 12 v. 19. Mundus totus poſt illum abit, &c.*

[h] *libro de gratia & libero arbitrio cap. 18.*

[i] *4. in Iulian. 3.*

[k] *ſupr.*

Soluuntur ex ratione.

CAP. XII.

PRIMA, omnes pij in omnibus operibus Deum implorant.

Reſpondeo, quid inde? etiam Artifices in operibus ſuis eum implorant, ad quæ tamen non requiritur auxilium ſpeciale.

Secunda, peccator, & infidelis mortuus eſt.

Reſpondeo, Morte gratiæ verum eſt, non morte naturæ. Quare poterit bonum opus morale, iuxta regulam naturæ facere.

Tertia, homo peccator eſt ſimilis tibiæ curuæ. At hæc nequit ambulando, non claudicare. Ergo & peccator operando, non peccare.

[Ad Maiorem veram eſſe in [a] quibuſdam, non in omnibus.] Ad concluſionem negatur, quia homo non ſemper operatur ex curuitate propenſionis malæ.

Quarta, ſi ad opus morale bonum ſufficit auxilium generale: non magis concurret Deus ad opera bona, quam mala. At id abſurdum putat [b] Aug.

Ad Minorem: dupliciter dici poſſe Deum magis concurrere. 1. Maius auxilium conferendo. 2. Magis attingendo finem. priori non ſemper dat maius bono morali, quam malo: bono autem ad ſalutem dat ſemper maius: poſteriori dat maius ſemper cuicumque bono, etiam morali.

Ad Minorem, loqui Auguſt. de bono ad ſalutem.

Quinta, Dæmones habent naturalia integra: & tamen nequeunt bene facere.

Reſpondeo diſparem eſſe rationem Dæmonum & hominum. Illi enim ſunt inauertibiliter obfirmati in malo, iſti non.

Sexta, ſequeretur ex noſtra ſententia remanſiſſe poſt Adæ peccatum aliqua ſemina virtutum in ho-

[a] *Nam quatenus vterque diſtortus eſt à recto, conueniunt: quatenus verò homo liber eſt: nec determinationem habet neceſſario ad vnũ: Habet verò tibia curua, diſſentiunt inter ſe.*

[b] *libro de Gratia Chriſti cap. 25.*

mine. At hoc reprehendit [c] Proſper.

Ad Maiorem, Remanſiſſe lumen intellectus practici & inclinationem voluntatis ad bonum proſequendum: & malum fugiendum.

Ad Minorem ſolum reprehendere Proſperum bonas cogitationes & pia deſideria quibus homo præpararetur ex ſe ad gratiam, quæ tãquam huiuſmodi ſemina Caſſianus introducere volẽbat.

[c] *contra Collatorem.* 20.

---

1. *Sitne homo in ſtatu naturæ corruptæ, liberi arbitrij in moralibus.*
2. *Calumniæ* [a] *Heshuſij exprimuntur.*

CAP. XIII.

NEGANT [b] recentiores hæretici *hominẽ in ſtatu naturæ* corruptæ liberi eſſe arbitrij in moralibus. Affirmant Catholici omnes tum recentiores: tum antiqui.

Prima calumnia: *Pontificij docent poſſe hominem ſuis viribus implere præcepta Theologicarum virtutum ſecundum ſubſtantiam operis vt credere, ſperare, diligere.*

Secunda, [d] *Gentes potuiſſe ex philoſophia eam notitiam comparare quæ ſatis eſt ad ſalutem conſequendam.*

Tertia, [e] *Sine auxilio gratiæ poſſe hominem facere opera Deo grata.*

Quarta: [f] *Hominem, accepta prima gratia, gratis data, poſſe de condigno mereri gratiam gratum facientem, & vitam æternam.*

Quinta, [g] *Initium fidei à nobis eſſe.*

[a] *lib. de 600. erroribus Pontificior. tit. de ſeruo-arbitrio.*

[b] *Et ex veteribus plurimi.*

[c] *Ruardus Tapper explicatione articuli de libero-arbitrio hoc equidẽ refert ex aliorũ ſententia: ſed non probat: contrariumque aſſeruit* Concil. Tridẽt. *ſeſſ. 6. can. 3.*

[d] *Heshuſius citat Andradium lib. 3. ſed Andradius, non dixit id potuiſſe gentes ex ſola Philoſophia: quinimo in eodem repetit loco neceſſarium fuiſſe gentibus ad ſalutem lumen diuinæ gratiæ.* [e] *citatur Andradius. Sed Andradrius ſolum ſcripſit poſſe hominẽ aliqua facere opera, quæ non ſint peccata.*

[f] *citatur Gabriel 2. diſt. 22. q. 1. Sed hæc ſunt verba Gabrielis: Anima gratia informata, per actum à volũtate ſimul, & gratia elicitũ, de condigno meretur æternæ beatitudinis præmium.* [g] *citatur Gabriel: ſed Gabriel nihil ſimile dixit.*

Primum argumentum pro ſententia Catholicorum.

CAP. XIIII.

[a] *eſt D. Auguſtini libro de vera Religione* 14.
[b] 2. *Inſtit.* 5.

ARGVMENTVM, [a] *Aut peccatum eſt neceſſarium aut voluntarium*, ſi prius, Ergo non eſt peccatum, ſi poſterius. Igitur vitari poterit: & proinde liberi arbitrij homo erit.

Reſpondet [b] Caluin. ad Antecedens, peccatum eſſe neceſſarium, neceſſitate ad vnum: non tamen neceſſitate coactionis: atque hac in parte voluntarium eſſe.

[c] *ſerm.* 81. *in Cantica.*
[d] 3. *Ethicor.* 5. *ita Caluinus libro* 4. *aduerſus Pighium.*
[e] *ita Bucerus.*

Primam verò conſequentiam negat. 1. quia quod ſponte fit, etſi neceſſario fiat, voluntarium eſt: ergo poterit eſſe peccatum. 2. quia idem argumentum faciebant Pelagiani contra Aug. 3. quia peccata non naſcuntur ex creatione: ſed natura corrupta. 4. quia diabolus ſemper male agit, & tamen neceſſario. 5. quia [c] Bernardus ait, hominem non poſſe poſt peccatum, alia euitare peccata: & tamen nihilominus proprie peccare 6. docet [d] Ariſtoteles ſponte hominem fieri malum: ſed vbi talis factus eſt, neceſſario eſſe malum. 7. [e] quia legis præuaricatio, ſiue voluntaria ſit, ſiue non: ſemper eſt peccatum, quia peccatum iuxta Ioannem eſt, ἀνομία.

[f] *lib.* 3. *cap.* 5.

Contra: probatum eſt [f] ſupra, non ſufficere ad peccatum libertatem à coactione.

Ad 1. probationem, [voluntarium dupliciter dici: primò, id quod ſimpliciter à voluntate procedit. 2. quod ab ea procedit libere: id eſt poſſet non procedere: ſi voluntas vellet. iuxta prius Antecedens verum eſt: iuxta poſterius: falſum. Ad conſeq. negatur. Quia voluntarium poſterioris generis requiritur ad peccatum.]

Digitized by Google

Ad ſecundam. Negatur. Nam quæſtio Pelagianorum, non erat: *an poſſet homo ſingula vitare peccata*: ſed, *an omnia, etiam venialia* quod negat poſſe fieri in ſtatu naturæ corruptæ, Auguſtinus: & rectè. Nec tamen propterea, ad omnia peccata liber non erit homo Ita namque non poteſt omnia vitare, vt ſingula poſſit.

Ad tertiam reſpondeo. 1. corruptionem naturæ, eſſe iuxta Caluinum ex [g] decreto Dei. Ergo peccatum erit reuocandum in Deum. 2. peccatum Originale eſt, iuxta eundem, ipſam corruptam naturam. At huiuſmodi peccatum per Baptiſmum deletur. [3. quanto inclinatio corrupta, [h] maior eſt: tanta de voluntario minuit. Ergo ſi omnino eſt neceſſaria, vndecumque tandem ſit, omnino tollet voluntarium actum. Ergo talis actus peccatum nō erit. Alioquin ebrij & amentes peccarēt.]

Ad quartam, Dæmones quidem, reſpectu finis, liberos non eſſe à neceſſitate: ſed à coactione. At multorum mediorum reſpectu, liberos vtroque exiſtere modo.

Ad quintam reſponſio [i] ſupra.

Ad ſextam, loqui Philoſophum de habitu vitij: nos de actu peccati. A malo namque habitu, homo ſemper eſt malus, quandiu manet habitus. Sed hinc non ſequitur hominem malum neceſſario peccare. Quia etſi malus habitus inclinet ad malum, non tamen cogit.

Ad ſeptimam, legem, quæ in definitione peccati ponitur, non niſi præditis arbitrio libero imponi: Et proinde huius præuaricationem legis, ab eodem arbitrio pendere.

[g] *quatenus ſcilicet, iuxta Caluinum 3. Inſt. 23. peccatum Adami, ex quo natura corrupta proceſſit, factum eſt, quia ita Deus decreuerit.*

[h] *ſiue magis præualet in ſubiecto.*

[i] *lib. 2. cap. 8. ad ſimile argumentū ex Aug. lib. de perfectione Iuſtitiæ. Item ſup. lib. 3. cap. 6. ad hūc eundem Bernardi locum.*

Argumentum ſecundum.

CAP. XV.

[a] *ex Aug. cap. 14. libri de vera Religione.*

SECVNDVM [a] Argum. *Si non ſit liberum arbitrium.* Ergo nulla prœmia & pœnæ. Id autem repugnat omnium conſenſu, & ſenſu. Igitur, &c. Negat conſeq. Caluin. 1. quia Pelagiani hac etiam ratiocinatione ſunt vſi 2. quia prœmia gratuito dantur: nec enim debentur: Nulla namque propria habemus merita: quòd libero careamus arbitrio. 3. quia pœna debetur peccato: peccatum autem exiſtit: etſi neceſſario fiat.

[b] *Teſtimonia namque Scripturæ, ac PP. quæ pro ſe Caluinus producit: ſolùm docent nullum eſſe meritum ſine Iuſtificante gratia*

[c] *ſcilicet nullum eſſe liberum-arbitriũ: & proinde nec propria merita: nec libera peccata.*

Ad 1. Pelagianos, alio fine vſos iſto argumento. Nimirum ad euacuandam gratiam: quaſi hæc pugnaret cum libero-arbitrio: & ideo prœmia, & pœnas tolleret. Nos autem gratiam cum libero admittimus arbitrio.

Ad 2. negatur, probet ipſe Caluinus.

Ad 3. reſpondeo 1. [c] petere principium. 2. ſi homo ideo caret merito quia caret libero arbitrio vt fingit Caluinus, ergo pariter, demerito carebit.

Tertium, & quartum Argumentum.

CAP. XVI. & XVII.

[a] CAP. 16.

[b] *homil. 2. in Geneſ.*

[c] *ſeu potius Proſpero lib. 2. de vocatione Gentium. 4.*

TERTIVM, [a] *Si liberum arbitrium non eſſet: nec eſſent alij boni, alij mali:* Atque inter hos, aliqui peiores: inter illos aliqui meliores.

Reſpondet Caluinus, hoc argumentum à [b] Chryſoſt. & Ambroſio ſumi non tamen ſolidum eſſe. Quia diuerſitas bonorum, &

malorum, oritur ex electione diuina. Omnes enim deberent eſſe mali: ſed placuit Deo, aliquos eligere ex multis.

Contra. 1. plus eſt tribuendum Chryſoſtom. Auguſt. & Proſpero quam Caluino. 2. vel Deus elegit ſuppoſito libero hominis arbitrio: vel non ſi prius habetur intentum. ſi poſterius ergo etiam poterit electio facere bonos moraliter, furioſos, & animalia bruta. 3. cur inter malos, alij ſint aliis peiores, nequit eſſe electio diuina.

[d] Quartum, *ſublato libero arbitrio, tolli neceſſe eſt præcepta, conſilia, laudes, vituperationes.*

Negat id ſequi Caluinus. 1. quia Chriſtus hortabatur ac corripiebat omnes: & tamen dicebat: [e] *ſine me nihil poteſtis facere.* Paulus item Rom. 9. *Non eſt currentis* (inquit) *neque volentis* &c. tamen tot vſus eſt exhortationibus. 2. quia propter hanc obiectionem Auguſtinus integrum ſcripſit librum de correptione, & gratia: in quo quidem: [g] *O homo* (inquit) *in præceptione cognoſce, quid debeas habere: in correptione cognoſce tuo te vitio non habere: in oratione cognoſce, vnde accipias, quod vis habere.* Item: [h] *Corripiatur origo damnabilis, vt ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur: ſi tamen qui corripitur, filius eſt promiſſionis.* 3. quia correptiones, ſunt ad iudicium reprobis: electis verò, ad excitationem, vt præparentur ad recipiendam gratiam.

[d] Cap. 17. *Hoc Argum. ſumitur ex Aug. ſupra. cap. 14.*

[e] *Ioan. 15. v. 5.*

[f] *Rom. 9. v. 16.*

[g] *cap. 3.*

[h] *cap. 6.*

Ad probationis primæ teſtimonia: ſolùm demonſtrare, neceſſitatem gratiæ in operibus ſalutis: ſed inde non probatur liberum arbitrium excludi.

Ad 2. toto hoc libro Auguſtinum aſſumere pro certo, *non deeſſe auxilium gratiæ, quo poſſint, ſi velint proficere correpti.* fruſtra enim homo iuberetur petere, quod accipere non poſſet: fruſtra corriperetur vt dolorem de peccato conciperet: ſi correptionem recipere non poſſet ſi vellet. Quare cum Aug. ait. *Si tamen is qui corripitur* &c. non ſignificat, *reprobum non poſſe conuerti:* ſed, *non conuertendum*

reipſâ. Nam in eodem libro docet, eos poſſe perſeuerare, qui tamen non perſeuerabunt.

Ad 3. negatur. 1. quia nulli in iudicium verti poteſt, quod in eius poteſtate non fuit, recipere, vel non recipere: facere, non facere. 2. vel correptiones præparant electos ad gratiam ſine ſpiritu interno: vel cum illo ſpiritu: ſi prius. Ergo poterit homo præparari ad gratiã ſine operatione ſpiritus ſiue abſque ſpeciali auxilio Dei in anima operãtis. Quæ eſt Pelagianorum hæreſis. ſi poſterius. Ergo male Caluinus voluit operationem verbi externi, ſiue exhortationis, priorem eſſe operatione ſpiritus. [3. vel electus recipit neceſſario exhortationem: vel non ſi prius Ergo non exhortatio, ſed pluſquam imperium eſt: Non ſolum enim imperat: ſed neceſſario ad imperium monet. ſi poſterius: eſt quod intendimus. 4. vel electus recipit omnes exhortationes neceſſario: vel non: ſed aliquas tantum, ſi primum vnde Ergo tot ad multas non conuertuntur exhortationes: conuertuntur verò ad alias: Et etiam inter ipſos iuſtos aliqui nũc mouentur exhortationibus: nunc verò minimè? ſi ſecundum: vel cæteræ exhortationes recipi poſſunt: vel nullo modo poſſunt. Si poſſunt. Ergo liberum arbitrium circa illas erit: ſi non poſſunt. Ergo fruſtra erunt.]

Quintum argumentum.

Cap. XVIII.

[a] *Aug. lib. de libero-arbitrio cap. 2.*

REGVLA [a] *benè viuendi, nobis in Decalogo præſcribitur. At fruſtra regula datur ei, qui ad vnum per ſe determinatus eſt, ſiue bonum, ſiue malum.*

Negat Minorem Caluinus 1. quia datur regula legis vt homo peccatum cognoſcat. 2. quia non tantum lex datur, ſed

etiam promiſſio gratiæ qua impleatur: vt intelligamus legis impletionem non ex libero-arbitrio: ſed ex gratia eſſe.

Ad 1. ſi regula ſolum detur, vt cognoſcatur peccatum: non autem vitetur. 1. plus incommodi, quam commodi regula afferet. 2. non tam regula, aut præceptum, quam declaratio erit. 3. illam tranſgredi nullum erit peccatum. [b] quia nihil præcipiet, ſed ſolum manifeſtabit aliquid, 4. Regula naturæ docet malum, fugiendum eſſe. Sed præcepta Decalogi ſunt præcepta naturæ. Ergo non ſolum oſtendunt malum:ſed etiam præcipiunt fugiendum.

[b] *Si namque aliquis alteri declararet alicubi periculum eſſe: hic verò cõtemneret audire: atque in periculum rueret: non peccaret propriè in monitorem: ſed legem naturæ.*

Ad 2. non eſſe ad rem: Nec enim quæritur an promiſſio gratiæ detur? Sed, an poſito gratiæ auxilio, valeat homo legem implere, & præuaricari ſi velit?

Sextum.

CAP. XIX.

AVT eſt in poteſtate noſtra, recipere conditiones nobis [a] oblatas à Deo: aut non. Si primum. Ergo liberum-arbitrium erit: ſi ſecundum. Igitur irriſorie nobis aliqua ſub conditione promittuntur: & fruſtra vtraque contradictionis ponitur pars: *ſi nolueritis, ſi volueritis.*

[a] *Iſaiæ* 1. *v.* 19. *Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis. Amos* 5. *v.* 14. *Math.* 19. 17. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.*

Reſpondet Caluinus, Deum aliqua ſub impoſſibili conditione polliceri, vt bonos alliciat: impios verò indignos ſua gratia teſtetur.

Contra. 1. quamuis ita foret: non tamen mali corripi poſſent quod non præſtauerint, quæ præcipiuntur ſub conditione. 2. vel impij proficere poſſunt ex promiſſionibus conditionatis: vel non. Si prius. Ergo liberum-arbitrium habent. Si poſterius. Ergo fruſtra illis promiſſiones iſtæ proponuntur.

Septimum.

CAP. XX.

[a] *Numer.* 14. *v.* 43. *Iſaiæ* 5. *v.*4. *Hierem* 7. *Math.* 23. *v.* 37.

[b] *v.* 11.

SCRIPTVRA [a] pluribus conqueritur in locis, hominem, bene noluiſſe agere. At 1. fruſtra eſſet hæc quærimonia ſi homo non potuiſſet bene agere, ſi vellet. 2. ipſamet ſcriptura poſſibilitatem præcepti oſtendit cum ait Deuter. 30. [b] *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie: non ſupra te eſt: neque procul poſitum.* Ergo, *&c.*

Negat Minorem Caluinus. 1. quia homo vitio ſuo, ac hæreditario morbo infirmus eſt: & proinde merito de homine, conqueritur Deus. 2. quia reprehenditur homo, vt redeat ad vitam. 3. quia locus Deuter. 30. *Mandatum, quod ego præcipio,* &c. intelligitur, vel de facilitate cognitionis mandatorum: vel Euangelij promiſſione: vel de præceptis morum: non ſimpliciter: ſed quatenus conducunt ad Chriſtum.

Ad 1. Reſpondeo: 1. non rectè verti in peccatum: quod ex hæreditario morbo neceſſarium fieret. 2. poſtquam Numeror. 14. dixiſſet Moyſes: *Amalech, & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis:* fruſtra addidiſſet: *eo quod nolueritis acquieſcere Domino.*

[c] *Dixerat enim, paulo ante, Reuertetur Dominus, vt gaudeat ſuper te in omnibus bonis: ſi tamen audieris vocem, &c. At ne populus reſponderet, ſe non poſſe præcepta*

Ad ſecundum. Si poſſunt peccatores ad vitam redire: & tamen multi non redeunt. Ergo liberum arbitrium habent.

Ad tertium, Reſpondeo 1. ex facilitate cognitionis [c] deducere velle Moſem facilitatem obſeruationis, mediante auxilio gratiæ. 2. falſum eſſe de promiſſione Euangelij agi in hoc loco. tum quia aperte dicitur: *Mandatum hoc.* tum quia præmittitur: ſi audieris vocem Domini Dei tui: & cuſtodieris præcepta eius, & cæremonias: quæ in hâc

lege ſcripta ſunt. 3. ſiue agatur de præceptis, vt conducunt ad Chriſtum: ſiue non agatur: ſufficere doceri à Moſe, in poteſtate Iudæorum fuiſſe mandata ſeruare: necne.

Obijcitur: Paulum Rom. 10. referre ad Chriſtum, hunc Deuteronomij locum.

Negatur. Alludit equidem Paulus ad huiuſmodi locum: ſed neque illum explicat: aut citat.

implere adiungit Circũcidet Dominus cor tuum, &c. Vbi promittitur auxilium gratiæ, contra excuſationem impotentiæ: & poſtea addit: Mãdatum hoc non ſupra te eſt, &c.

[d] *v.6.7.8.*

Octauum.

CAP. XXI.

DEVTERON. 8. [a] *Adduxit te Dominus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret: & nota fierent quæ in animo tuo verſabantur: vtrum cuſtodires mandata illius, an non.* Item: [b] *Tentat vos Dominus Deus noſter, vt videat ſi diligitis eum in toto corde.* At fruſtra exploraret Deus, quid homines facere velint, niſi poſſent rem eandem facere, & non facere. Ergo, *&c.*

[a] *v.2.*

[b] *cap.13.v.3.*

Negat Minorem Caluinus: quia id Deus facit, vt homo ſuum intelligat *nihil*: quæratque faciem Domini.

Reſpondeo, 1. ſi homo ex neceſſitate agit: nihil illi proderit ſuum cognoſcere. *Nihil.* 2. vel poteſt homo afflictus quærere faciem Domini, quam non quærebat antea: vel non poteſt. Si prius. Ergo liberum-arbitrium habet. Si poſterius. Igitur fruſtra tentatur.

Digitized by Google

Nonum, & decimum.

CAP. XXII.

NONVM, Geneſ. 4. *Quare iratus es, & quare concidit vultus tuus? Nonne ſi bene egeris, recipies ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus eius: & tu dominaberis illius.*

Reſpondet Caluin. 1. illa verba: ſub te erit appetitus eius, &c. ſignificare, [a] Cain, nonobſtante peccato primatum inter fratres ſemper habiturum. 2. hæc Deum dixiſſe, impoſſibilia iubendo.

Ad primum, Reſpondeo 1. pronomen, *eius, illius.* non poſſe, niſi ad proxime præcedens referri: id autem non Abel, ſed appetitus, eſt. 2. contra Caluin. ſentire PP. Ambroſ. [b] *Non frater* (inquit) *ei addicitur, ſed error adſcribitur, cuius ipſe ſibi author eſt. In ſe* (inquit) *reuertetur crimen, quod à te cœpit. Non habet in quo neceſſitatem magis, quam mentem tuam arguas.*

Hieron. [c] *Quia liberi arbitrij es, moneo vt non tibi peccatum, ſed tu peccato domineris* [d] Aug.

[e] Proſper. [f] Gregor. [g] Eucherius Rupert. Abulenſ. Lyranus, Caiet. gloſſa ordinaria, & interlinearis.

Ad 2. negatur. fruſtra enim impoſſibile præciperetur.

Nonum, Eccleſiaſtici 15. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui &c.

Reſpondet Caluin 1. hunc librum canonicum non eſſe. 2. loqui Eccleſiaſticum de homine ante lapſum. 3. hæc dici non ad liberũ arbitrium aſtruẽdum: ſed coercendam carnis malitiam: ne in Deum ſua vitia transferat.

[a] *ita vt ſenſus ſit: quamuis peccaueris, tamen primatum inter fratres obtinebis, & dominaberis fratri tuo iuniori.*

[b] 2. *de Cain cap.* 7.

[c] *in qq. Hebraicis.*

[d] 15. *Ciuit.* 7. *Quieſce* (inquit) *ad te enĩ conuerſio eius, & tu dominaberis illius. Nũquid fratris? Abſit, cuius igitur, niſi peccati?*

[e] 2. *de vocatione Gent.* 13.

[f] 4. *Moral.* 22.

[g] *in hunc locum.*

Ad 1. [h] tom. 1. eſt ſatisfactum Ad 2. negatur Nam pręmittitur: *Ne dicas per Deum abeſt. Non dicas: ille me implanauit.* Deinde ſubiungit. *quoniam Deus ab initio conſtituit*, &c. Qnæ ratio nihil concludit, niſi loquatur Eccleſiaſticus de ſtatu etiam poſt lapſum.

[h] *lib.1.de verbo Dei cap.* 10.

Ad 3. ſi homo neceſſario agat: vel non peccare vel merito peccatum in Deum transferre. Et proinde hæc fruſtra ab Eccleſiaſtico dici.

Vndecimum. 12. 13. 14. 15.

CAP. XXIII.

VNDECIMVM Deuteron.30. [a] *Conſidera quod hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum: & è contrario mortem, & malum.* [b] *Teſtes inuoco cælum & terram, quòd propoſuerim vobis vitam, & mortem, benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum.*

Duodecimum: [c] Optio vobis Datur: *eligite hodie quod placet: cui ſeruire potiſsimum debeatis.*

Decimum tertium, [d] *qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, & facere mala non fecit.*

Decimumquartum: [e] *qui ſtatuit in corde firmus non habens neceſſitatem, ſed poteſtatem habens ſuæ voluntatis*, &c.

Decimumquintum: [f] *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia, aut neceſsitate.*

[a] *v.* 15.
[b] *v.* 19.
[c] *Ioſue* 24. *v.* 15.
[d] *Eccleſiaſtici* 31. *v.* 10. τίς ἐδύνατο παραβῆναι, καὶ οὐ παρέβη, καὶ ποιῆσαι κακίαν, καὶ οὐκ ἐποίησε.
[e] 1.*Cor.* 7.*v.* 37.
[f] 2.*Cor.* 9.*v.* 7. ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης.

Probatur ex PP. Græcis.

CAP. XXIV. & XXV.

[a] CAP. 24. [b] *Lectores* (inquit) *monitos velim non difficulter poſſe inter me, & Pighium hoc loco conuenire: ſi modo Eccleſiæ traditionem ex certo, & perpetuo SS. & Orthodoxorũ conſenſu demonſtraret.* [c] CAP. 25. [d] *epiſt. ad Magneſianos.* [e] 4. *Diuinor. Nomin. par.* 4. *prope finem.* [f] 3. *Recognitionum: qui libri Græcè primùm fuere ſcripti. Dices fuiſſe corruptos. Contra. Non fuerunt corrupti in locis, quibus liberum defenditur arbitrium* 1. *quia ante Ruffini ætatem, nulli extiterunt hæretici, qui nimis libero tribuerent arbitrio: ac proinde, hac in re, hos corrumperent libros* 2. *quia PP. qui docent hos libros fuiſſe corruptos vt Euſeb.* 3. *hiſt.* 38. *obſeruant errores horum librorum: At nullum circa liberum notant arbitrium.* 3. *quia, quæ de libero arbitrio, in his dicuntur libris, habentur paßim in aliis Patribus.*
[g] *Apologia ad Antoninum Imperatorem.*

CALVINVS [a] 2. [b] libro cõtra Pighiũ admittit veteres hac in cauſa iudices. Ergo producemus eos: procedatque Primus.

[c] Ignatius: [d] *Quandoquidem* (inquit) *actiones ipſæ ſua habent præmia, & obedientiæ proponitur vita, mors autem inobedientiæ: & ſinguli qui aut hoc, aut illud elegerunt, in eius, quod elegerunt, locum habituri ſunt: fugiamus mortem, & eligamus vitam.* Et infra. *Si quis pietati ſtudet, Dei homo eſt: ſi impiè agat, diaboli eſt: non id factum per naturam, ſed per animi arbitrium.*

Dionyſ. [e] *Dixit verò quiſpiam, infirmitatem ſupplicium non mereri, ſed veniam. Si igitur non licuiſſet obſiſtere, rectè forſan eſſet obiectum: ſin autem, ex ipſo bono vires ſuppeditantur, quod, vt ſacra eloquia docent, omnibus ſimpliciter conuenientia tribuit: non eſt ignoſcendum, ſi quis, per ignauiam ab ipſo bonorum propriorum habitu diuinitus procedente, aberrauerit.*

Clemens: [f] *Dic quomodo Deus iudicat ſecundum veritatem vnumquemque pro actibus ſuis*, ſi agere aliquid, in poteſtate non habuit? *hoc ſi teneatur conuulſa ſunt omnia,* &c.

Iuſtinus: [g] *Niſi libero arbitrio genus humanum, &*

res turpes fugere poteſt, & pulchras, ac bonas ſequi extra cauſam, culpamque eſt eorum, quæ quoquo modo aguntur. Sed ipſum libero-arbitrio liberaque voluntate & rectè facere, & peccare docemus.

Athenagoras: [h] *Liberi-arbitrij in ipſis* (Angelis) *quoque in vtramque partem, voluntatem conſtituerat Deus: ſicut, & in hominibus liberam, & prauitatis, & virtutis deligendæ poteſtatem habentibus decernere eſt.* — [h] *Apologia ad eundem Imperatorem.*

Irenæ. [i] *Qui operantur bonum, gloriam & honorem percipient: quoniam operati ſunt bonum, cum poſſent non operari. Hi autem, qui illud non operantur, iudicium iuſtum recipient Dei: quoniam non ſunt operati bonum, cum poſſent operari.* — [i] *lib. 4. cap. 71. in fine.*

Clem. Alexandr. [k] *Liberari ab ignoratione, & à mala, & delectabili electione: & ante omnia, non aſſentiri fallacibus illis phantaſiis, & viſis, ſitum eſt in noſtrâ poteſtate.* — [k] *1. Stromatũ pag. 63. Orige. in 17. Mathæi Huic intellectui* (inquit) *repugnant omnes Scripturæ declarantes liberum eſſe arbitrium, dum & accuſant eos, qui delinquunt, & probant eos, qui rectè faciunt.*

Euſeb. [l] *Cæcus profectò* (inquit) *de illis rectè iudicaret, non neceſſitate, ſed libero hoc fieri arbitrio.*

Athanaſ. [m] *Anima libera eſt & ſui arbitrij. Poteſt enim vt ad bona ſe inclinare, ita bona quoque auerſari.*

Baſil. [n] *Quod in homine ſitum eſt liberum arbitrium, in eligendo, & non eligendo ſitum eſt, &c.*

[o] Nyſſenus, Nazianz. [p] *Neque enim Deus neceſſitatem adducet, vt ſis bonus: ſed in electione, & ſententia tua, id ſitum eſt.*

Cyrill. [q] *liberum arbitrium habet anima: & poteſt quidem diabolus incitare: cogere autem, præter voluntatem omninò non poteſt. Subiicit tibi ſcortationis cogitationes: ſi*

[l] *6. Præp. vlt.*

[m] *oratione contra Idola, ſiue contra Gentes pagina poſt initium, iis (ſcilicet inanibus rebus) abutitur ad voluptates quas ſibi effinxit: ἐπεὶ καὶ αὐτεξούσιος ὑπάρχει: Ideo quod ſit liberi arbitrij: δύναται γὰρ, ὥσπερ πρὸς τὰ καλὰ νεύειν, οὕτω καὶ τὰ καλὰ ἀποστρέφεσθαι.*

[n] *orat. de libero-arbitrio.*

[o] *7. de Philoſophia 2. Concupiſcere, & non concupiſcere: mentiri, & non mentiri, & quæcumque talia: in quibus conſiſtunt, virtutis, & vitij opera: hæc ſunt in noſtro libero-arbitrio.*

[p] *carmine de Chriſto patiente.* [q] *Catech. 4.*

Argumentum ſecundum.

CAP. XV.

[a] *ex Aug. cap. 14. libri de vera Religione.*

SECVNDVM [a] Argum. *Si non ſit liberum arbitrium.* Ergo nulla prœmia & pœnæ. Id autem repugnat omnium conſenſu, & ſenſu. Igitur, &c. Negat conſeq. Caluin. 1. quia Pelagiani hac etiam ratiocinatione ſunt vſi 2. quia prœmia gratuito dantur: nec enim debentur: Nulla namque propria habemus merita; quòd libero careamus arbitrio. 3. quia pœna debetur peccato: peccatum autem exiſtit: etſi neceſſario fiat.

[b] *Teſtimonia namque Scripturæ, ac PP. quæ pro ſe Caluinus producit: ſolùm docent nullum eſſe meritum ſine Iuſtificante gratia.*

Ad 1. Pelagianos, alio fine vſos iſto argumento. Nimirum ad euacuandam gratiam: quaſi hæc pugnaret cum libero-arbitrio: & ideo prœmia, & pœnas tolleret. Nos autem gratiam cum libero admittimus arbitrio.

Ad 2. [b] negatur, probet ipſe Caluinus.

Ad 3. reſpondeo 1. [c] petere principium. 2. ſi homo ideo caret merito quia caret libero arbitrio vt fingit Caluinus, ergo pariter, demerito carebit.

[c] *ſcilicet nullum eſſe liberum-arbitriũ: & proinde nec propria merita: nec libera peccata.*

Tertium, & quartum Argumentum.

CAP. XVI. & XVII.

[a] CAP. 16.
[b] *homil. 2. in Geneſ.*
[c] *ſeu potius Proſpero lib. 2. de vocatione Gentium. 4.*

TERTIVM, [a] *Si liberum arbitrium non eſſet: nec eſſent alij boni, alij mali*: Atque inter hos, aliqui peiores: inter illos aliqui meliores.

Reſpondet Caluinus, hoc argumentum à [b] Chryſoſt. & Ambroſio ſumi: non tamen ſolidum eſſe. Quia diuerſitas bonorum, &

malorum, oritur ex electione diuina. Omnes enim deberent eſſe mali: ſed placuit Deo, aliquos eligere ex multis.

Contra. 1. plus eſt tribuendum Chryſoſtom. Auguſt. & Proſpero quam Caluino. 2. vel Deus elegit ſuppoſito libero hominis arbitrio: vel non ſi prius habetur intentum. ſi poſterius ergo etiam poterit electio facere bonos moraliter, furioſos, & animalia bruta. 3. cur inter malos, alij ſint aliis peiores, nequit eſſe electio diuina.

[d] Quartum, *ſublato libero arbitrio, tolli neceſſe eſt præcepta, conſilia, laudes, vituperationes.*

[d] CAP. 17. *Hoc Argum. ſumitur ex Aug. ſupra. cap. 14.*

Negat id ſequi Caluinus. 1. quia Chriſtus hortabatur ac corripiebat omnes: & tamen dicebat: [e] *ſine me nihil poteſtis facere.* Paulus item Rom. 9. *Non eſt currentis* (inquit) *neque volentis* &c. tamen tot vſus eſt exhortationibus. 2. quia propter hanc obiectionem [f] Auguſtinus integrum ſcripſit librum de correptione, & gratia: in quo quidem: [g] *O homo* (inquit) *in præceptione cognoſce, quid debeas habere: in correptione cognoſce tuo te vitio non habere: in oratione cognoſce, vnde accipias, quod vis habere.* Item: [h] *Corripiatur origo damnabilis, vt ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur: ſi tamen qui corripitur, filius eſt promiſſionis.* 3. quia correptiones, ſunt ad iudicium reprobis: electis verò, ad excitationem, vt præparentur ad recipiendam gratiam.

[e] *Ioan. 15. v. 5.*
[f] *Rom. 9. v. 16.*
[g] *cap. 3.*
[h] *cap. 6.*

Ad probationis primæ teſtimonia: ſolùm demonſtrare, neceſſitatem gratiæ in operibus ſalutis: ſed inde non probatur liberum arbitrium excludi.

Ad 2. toto hoc libro Auguſtinum aſſumere pro certo, *non deeſſe auxilium gratiæ, quo poßint, ſi velint proficere correpti.* fruſtra enim homo iuberetur petere, quod accipere non poſſet: fruſtra corriperetur vt dolorem de peccato conciperet: ſi correptionem recipere non poſſet ſi vellet. Quare cum Aug. ait. *Si tamen is qui corripitur* &c. non ſignificat, *reprobum non poſſe conuerti*: ſed, *non conuertendum*

reipſâ. Nam in eodem libro docet,eos poſſe perſeuerare, qui tamen non perſeuerabunt.

Ad 3. negatur.1. quia nulli in iudicium verti poteſt, quod in eius poteſtate non fuit,recipere, vel non recipere:facere, non facere. 2. vel correptiones præparant electos ad gratiam ſine ſpiritu interno: vel cum illo ſpiritu: ſi prius. Ergo poterit homo præparari ad gratiā ſine operatione ſpiritus ſiue abſque ſpeciali auxilio Dei in anima operãtis. Quæ eſt Pelagianorum hæreſis.ſi poſterius. Ergo male Caluinus voluit operationem verbi externi, ſiue exhortationis, priorem eſſe operatione ſpiritus. [3. vel electus recipit neceſſario exhortationem: vel non ſi prius Ergo non exhortatio,ſed pluſquam imperium eſt: Non ſolum enim imperat: ſed neceſſario ad imperium mouet. ſi poſterius: eſt quod intendimus. 4. vel electus recipit omnes exhortationes neceſſario: vel non: ſed aliquas tantum, ſi primum vnde Ergo tot ad multas non conuertuntur exhortationes: conuertuntur verò ad alias: Et etiam inter ipſos iuſtos aliqui nūc mouentur exhortationibus:nunc verò minimè? ſi ſecundum: vel cæteræ exhortationes recipi poſſunt:vel nullo modo poſſunt. Si poſſunt. Ergo liberum arbitrium circa illas erit:ſi non poſſunt. Ergo fruſtra erunt.]

Quintum argumentum.

Cap. XVIII.

[a] *Aug. lib. de libero-arbitrio cap. 2.*

Regula [a] *benè viuendi,nobis in Decalogo præſcribitur. At fruſtra regula datur ei, qui ad vnum per ſe determinatus eſt, ſiue bonum, ſiue malum.*

Negat Minorem Caluinus 1. quia datur regula legis vt homo peccatum cognoſcat. 2. quia non tantum lex datur, ſed

etiam promiſſio gratiæ qua impleatur: vt intelligamus legis impletionem non ex libero-arbitrio: ſed ex gratia eſſe.

Ad 1. ſi regula ſolum detur, vt cognoſcatur peccatum: non autem vitetur. 1. plus incommodi, quam commodi regula afferet. 2. non tam regula, aut præceptum, quam declaratio erit. 3. illam tranſgredi nullum erit peccatum. [b] quia nihil præcipiet, ſed ſolum manifeſtabit aliquid, 4. Regula naturæ docet malum, fugiendum eſſe. Sed præcepta Decalogi ſunt præcepta naturæ. Ergo non ſolum oſtendunt malum: ſed etiam præcipiunt fugiendum.

Ad 2. non eſſe ad rem: Nec enim quæritur an promiſſio gratiæ detur? Sed, an poſito gratiæ auxilio, valeat homo legem implere, & præuaricari ſi velit?

[b] *Si namque aliquis alteri declararet alicubi periculum eſſe: hic verò cõtemneret audire: atque in periculum rueret: non peccaret propriè in monitorem: ſed legem naturæ.*

Sextum.

CAP. XIX.

AVT eſt in poteſtate noſtra, recipere conditiones nobis [a] oblatas à Deo: aut non. Si primum. Ergo liberum-arbitrium erit: ſi ſecundum. Igitur irriſorie nobis aliqua ſub conditione promittuntur: & fruſtra vtraque contradictionis ponitur pars: *ſi nolueritis, ſi volueritis.*

Reſpondet Caluinus, Deum aliqua ſub impoſſibili conditione polliceri, vt bonos alliciat: impios verò indignos ſua gratia teſtetur.

Contra. 1. quamuis ita foret: non tamen mali corripi poſſent quod non præſtauerint, quæ præcipiuntur ſub conditione. 2. vel impij proficere poſſunt ex promiſſionibus conditionaris: vel non. Si prius. Ergo liberum-arbitrium habent. Si poſterius. Ergo fruſtra illis promiſſiones iſtæ proponuntur.

[a] *Iſaiæ 1. v. 19. Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis. Amos 5. v. 14. Math. 19. 17. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.*

Septimum.

CAP. XX.

SCRIPTVRA [a] pluribus conqueritur in locis, hominem, bene noluiſſe agere. At 1. fruſtra eſſet hæc quærimonia ſi homo non potuiſſet bene agere, ſi vellet. 2. ipſamet ſcriptura poſſibilitatem præcepti oſtendit cum ait Deuter. 30. [b] *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie: non ſupra te eſt: neque procul poſitum.* Ergo, &c.

[a] *Numer.* 14. *v.* 43. *Iſaiæ* 5. *v.* 4. *Hierem* 7. *Math.* 23. *v.* 37.

[b] *v.* 11.

Negat Minorem Caluinus. 1. quia homo vitio ſuo, ac hæreditario morbo infirmus eſt: & proinde merito de homine, conqueritur Deus. 2. quia reprehenditur homo, vt redeat ad vitam. 3. quia locus Deuter. 30. *Mandatum, quod ego præcipio,* &c. intelligitur, vel de facilitate cognitionis mandatorum: vel Euangelij promiſſione: vel de præceptis morum: non ſimpliciter: ſed quatenus conducunt ad Chriſtum.

Ad 1. Reſpondeo: 1. non rectè verti in peccatum: quod ex hæreditario morbo neceſſarium fieret. 2. poſtquam Numeror. 14. dixiſſet Moyſes: *Amalech, & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis:* fruſtra addidiſſet: *eo quod nolueritis acquieſcere Domino.*

Ad ſecundum. Si poſſunt peccatores ad vitam redire: & tamen multi non redeunt. Ergo liberum arbitrium habent.

Ad tertium, Reſpondeo 1. ex facilitate cognitionis [c] deducere velle Moſem facilitatem obſeruationis, mediante auxilio gratiæ. 2. falſum eſſe de promiſſione Euangelij agi in hoc loco. tum quia aperte dicitur: *Mandatum hoc.* tum quia præmittitur: ſi audieris vocem Domini Dei tui: & cuſtodieris præcepta eius, & cæremonias: quæ in hâc

[c] *Dixerat enim, paulo ante, Reuertetur Dominus, vt gaudeat ſuper te in omnibus bonis: ſi tamen audieris vocem, &c. At ne populus reſponderet, ſe non poſſe præcepta*

lege ſcripta ſunt. 3. ſiue agatur de præceptis, vt conducunt ad Chriſtum: ſiue non agatur: ſufficere doceri à Moſe, in poteſtate Iudæorum fuiſſe mandata ſeruare: necne.

implere adiungit Circūcidet Dominus cor tuum, &c. Vbi promittitur auxilium gratiæ, contra excuſationem impotentiæ: & poſtea addit: Mādatum hoc non ſupra te eſt, &c.

[d] *v.6.7.8.*

Obijcitur: Paulum Rom. 10. referre ad Chriſtum, hunc Deuteronomij locum.

Negatur. Alludit equidem Paulus ad huiuſmodi locum: ſed neque illum explicat: aut citat.

Octauum.

Cap. XXI.

DEVTERON. 8. [a] *Adduxit te Dominus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret: & nota fierent quæ in animo tuo verſabantur: vtrum cuſtodires mandata illius, an non.* Item: [b] *Tentat vos Dominus Deus noſter, vt videat ſi diligitis eum in toto corde.* At fruſtra exploraret Deus, quid homines facere velint, niſi poſſent rem eandem facere, & non facere. Ergo, &c.

[a] *v.2.*

[b] *cap.13.v.3.*

Negat Minorem Caluinus: quia id Deus facit, vt homo ſuum intelligat *nihil*: quæratque faciem Domini.

Reſpondeo, 1. ſi homo ex neceſſitate agit: nihil illi proderit ſuum cognoſcere. *Nihil.* 2. vel poteſt homo afflictus quærere faciem Domini, quam non quærebat antea: vel non poteſt. Si prius. Ergo liberum-arbitrium habet. Si poſterius. Igitur fruſtra tentatur.

Digitized by Google

Nonum, & decimum.

CAP. XXII.

NONVM, Geneſ. 4. *Quare iratus es, & quare concidit vultus tuus? Nonne ſi bene egeris, recipies ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus eius: &c. tu dominaberis illius.*

Reſpondet Caluin. 1. illa verba: ſub te erit appetitus eius, &c. ſignificare, [a] Cain, nonobſtante peccato primatum inter fratres ſemper habiturum. 2. hæc Deum dixiſſe, impoſſibilia iubendo.

Ad primum, Reſpondeo 1. pronomen, *eius, illius.* non poſſe, niſi ad proxime præcedens referri: id autem non Abel, ſed appetitus, eſt. 2. contra Caluin. ſentire PP. Ambroſ. [b] *Non frater* (inquit) *ei addicitur, ſed error adſcribitur, cuius ipſe ſibi author eſt. In ſe* (inquit) *reuertetur crimen, quod à te cæpit. Non habet in quo neceſſitatem magis, quam mentem tuam arguas.*

Hieron. [c] *Quia liberi arbitrij es, moneo vt non tibi peccatum, ſed tu peccato domineris* [d] Aug.

[e] Proſper. [f] Gregor. [g] Eucherius Rupert. Abulenſ. Lyranus, Caiet. gloſſa ordinaria, & interlinearis.

Ad 2. negatur. fruſtra enim impoſſibile præciperetur.

Nonum, Eccleſiaſtici 15. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui &c.

Reſpondet Caluin 1. hunc librum canonicum non eſſe. 2. loqui Eccleſiaſticum de homine ante lapſum. 3. hæc dici non ad liberũ arbitrium aſtruẽdum: ſed coercendam carnis malitiam: ne in Deum ſua vitia transferat.

[a] *ita vt ſenſus ſit: quamuis peccaueris, tamen primatum inter fratres obtinebis, & dominaberis fratri tuo iuniori.*

[b] *2. de Cain cap. 7.*

[c] *in qq. Hebraïcis.*

[d] *15. Ciuit. 7. Quieſce* (inquit) *ad te enĩ conuerſio eius, & tu dominaberis illius. Nũquid fratris? Abſit, cuius igitur, niſi peccati?*

[e] *2. de vocatione Gent. 13.*

[f] *4. Moral. 22.*

[g] *in hunc locum.*

Ad 1. [h] tom. 1. eſt ſatisfactum Ad 2. negatur Nam prǽmittitur: *Ne dicas per Deum abeſt. Non dicas: ille me implanauit.* Deinde ſubiungit. *quoniam Deus ab initio conſtituit,* &c. Quæ ratio nihil concludit, niſi loquatur Eccleſiaſticus de ſtatu etiam poſt lapſum.

[h] *lib. 1. de verbo Dei cap. 10.*

Ad 3. ſi homo neceſſario agat: vel non peccare vel merito peccatum in Deum transferre. Et proinde hæc fruſtra ab Eccleſiaſtico dici.

Vndecimum. 12. 13. 14. 15.

Cap. XXIII.

VNDECIMVM Deuteron. 30. [a] *Conſidera quod hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum: & è contrario mortem, & malum.* [b] *Teſtes inuoco cælum & terram, quòd propoſuerim vobis vitam, & mortem, benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum.*

Duodecimum: [c] Optio vobis Datur: *eligite hodie quod placet: cui ſeruire potiſsimum debeatis.*

Decimum tertium, [d] *qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, & facere mala non fecit.*

Decimumquartum: [e] *qui ſtatuit in corde firmus non habens neceßitatem, ſed poteſtatem habens ſuæ voluntatis,* &c.

Decimumquintum: [f] *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia, aut neceßitate.*

[a] *v. 15.*
[b] *v. 19.*
[c] *Ioſue 24. v. 15.*
[d] *Eccleſiaſtici 31. v. 10.* τίς ἐδύνατο παραβῆναι, καὶ οὐ παρέβη, καὶ ποιῆσαι κακίαν, καὶ οὐκ ἐποίησε.
[e] 1. *Cor.* 7. *v.* 37.
[f] 2. *Cor.* 9. *v.* 7. ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης.

Probatur ex PP. Græcis.

CAP. XXIV. & XXV.

CALVINVS [a] 2. [b] libro cõtta Pighiũ admittit veteres hac in cauſa iudices. Ergo producemus eos: procedatque Primus.

[c] Ignatius: [d] *Quandoquidem* (inquit) *actiones ipſæ ſua habent præmia, & obedientiæ proponitur vita, mors autem inobedientiæ: & ſinguli qui aut hoc, aut illud elegerunt, in eius, quod elegerunt, locum habituri ſunt: fugiamus mortem, & eligamus vitam.* Et infra. *Si quis pietati ſtudet, Dei homo eſt: ſi impie agat, diaboli eſt: non id factum per naturam, ſed per animi arbitrium.*

Dionyſ. [e] *Dixit verò quiſpiam, infirmitatem ſupplicium non mereri, ſed veniam. Si igitur non licuiſſet obſiſtere, rectè forſan eſſet obiectum: ſin autem, ex ipſo bono vires ſuppeditantur, quod, vt ſacra eloquia docent, omnibus ſimpliciter conuenientia tribuit: non eſt ignoſcendum, ſi quis, per ignauiam ab ipſo bonorum propriorum habitu diuinitus procedente, aberrauerit.*

Clemens: [f] *Dic quomodo Deus iudicat ſecundum veritatem vnumquemque pro actibus ſuis*, ſi agere aliquid, in poteſtate non habuit? *hoc ſi teneatur conuulſa ſunt omnia*, &c.

Iuſtinus: [g] *Niſi libero arbitrio genus humanum, &*

[a] CAP. 24.

[b] *Lectores* (inquit) *monitos velim non difficulter poſſe inter me, & Pighium hoc loco conuenire: ſi modo Eccleſiæ traditionem ex certo, & perpetuo SS. & Orthodoxorũ conſenſu demonſtraret.*

[c] CAP. 25.

[d] *epiſt. ad Magneſianos.*

[e] *4. Diuinor. Nomin. par. 4. prope finem.*

[f] *3. Recognitionum: qui libri Græcè primùm fuere ſcripti. Dices fuiſſe corruptos. Contra. Non fuerunt corrupti in locis, quibus liberum defenditur arbitrium 1. quia ante Ruffini ætatem, nulli extiterunt hæretici, qui nimis libero tribuerent arbitrio: ac proinde, hac in re, hos corrumperent libros 2. quia PP. qui docent hos libros fuiſſe corruptos vt Euſeb. 3. hiſt. 38. obſeruant errores horum librorum: At nullum circa liberum notant arbitrium. 3. quia, quæ de libero-arbitrio, in his dicuntur libris, habentur paſſim in aliis Patribus.*

[g] *Apologia ad Antoninum Imperatorem.*

Digitized by Google

res turpes fugere poteſt, & pulchras, ac bonas ſequi extra cauſam, culpamque eſt eorum, quæ quoquo modo aguntur. Sed ipſum libero-arbitrio liberaque voluntate & rectè facere, & peccare docemus.

Athenagoras: [h] *Liberi-arbitrij in ipſis* (Angelis) *quoque in vtramque partem, voluntatem conſtituerat Deus: ſicut, & in hominibus liberam, & prauitatis, & virtutis deligendæ poteſtatem habentibus decernere eſt.* [h] *Apologia ad eundem Imperatorem.*

Irenæ. [i] *Qui operantur bonum, gloriam & honorem percipient: quoniam operati ſunt bonum, cum poſſent non operari. Hi autem, qui illud non operantur, iudicium iuſtum recipient Dei: quoniam non ſunt operati bonum, cum poſſent operari.* [i] *lib. 4. cap. 71. in fine.*

Clem. Alexandr. [k] *Liberari ab ignoratione, & à mala, & delectabili electione: & ante omnia, non aſſentiri fallacibus illis phantaſiis, & viſis, ſitum eſt in noſtrâ poteſtate.* [k] *1. Stromatũ pag. 63. Orige. in 17. Mathæi Huic intellectui* (inquit) *repugnant omnes Scripturæ declarantes liberum eſſe arbitrium, dum & accuſant eos, qui delinquunt, & probant eos, qui rectè faciunt.*

Euſeb. [l] *Cæcus profectò* (inquit) *de illis rectè iudicaret, non neceſſitate, ſed libero hoc fieri arbitrio.*

Athanaſ. [m] *Anima libera eſt & ſui arbitrij. Poteſt enim vt ad bona ſe inclinare, ita bona quoque auerſari.*

Baſil. [n] *Quod in homine ſitum eſt liberum arbitrium, in eligendo, & non eligendo ſitum eſt, &c.*

[o] Nyſſenus, Nazianz. [p] *Neque enim Deus neceſſitatem adducet, vt ſis bonus: ſed in electione, & ſententia tua, id ſitum eſt.*

Cyrill. [q] *liberum arbitrium habet anima: & poteſt quidem diabolus incitare: cogere autem, præter voluntatem omninò non poteſt. Subiicit tibi ſcortationis cogitationes: ſi*

[l] *6. Præp. vlt.*

[m] *oratione contra Idola, ſiue contra Gentes pagina poſt initium, iis* (*ſcilicet inanibus rebus*) *abutitur ad voluptates quas ſibi effinxit: ἐπεὶ καὶ αὐτεξούσιος γέγονε: Ideo quod ſit liberi arbitrij: δύναται γὰρ, ὥσπερ πρὸς τὰ καλὰ νεύειν, οὕτω καὶ τὰ καλὰ ἀποστρέφεσθαι.*

[n] *orat. de libero-arbitrio.*

[o] *7. de Philoſophia 2. Concupiſcere, & non concupiſcere: mentiri, & non mentiri, & quæcumque talia: in quibus conſiſtunt, virtutis, & vitij opera: hæc ſunt in noſtro libero-arbitrio.*

[p] *carmine de Chriſto patiente.*

[q] *Catech. 4.*

vis probas: ſi nolis, improbas. Si enim ex neceſſitate ſcortareris, cuius gratia gehennam Deus paraſſet?

[r] *hæreſi 16. quæ Phariſæorum eſt.*

Epiph. [r] *Manifeſtum, euidens, & indubium eſt, vnicuique liberum arbitrium conceſſum à Deo, qui per ſeipſum dixerit: Si volueritis, & ſi nolueritis: vt penes hominem ſit benè facere, vel prauè operari.*

[s] *epiſt. 3. Paſchali.*

Theophilus Alexandr. [s] *Nec ambigitur, quin in vtramque partem faciendi, vel non faciendi bona, habeamus liberam faiultatem.*

[t] *homil. 26. in Geneſ.*

Chryſoſt. [t] *Nonne manifeſtum eſt ſua quemuis voluntate, vel malitiam, vel virtutem eligere.* &c.

[u] *homil. 15.*

Macharius Ægyptius, [v] *vt ſemel, & omnino reſonet, & permaneat delectus, & arbitrij libertas: quam primitus homini dedit Deus: ea propter diſpenſatione ſua, res adminiſtrantur & corporum ſolutio fit, vt in voluntate hominis ſitum ſit, ad bonum vel malum conuerti.* [x] Marcus Eremita.

[x] *libro de Baptiſmo vltra medium. Cum ſciat* (inquit) *Scriptura, in noſtra poteſtate, poſitum eſſe, vt hæc agamus, necne. propterea non Sathanam: neque peccatum Adæ, ſed nos increpat.*

Cyrill. Alexand. [y] *liberum arbitrium hominis, his verbis oſtendit, qui ad alterutrum, ſecundum animi ſui iudicium, poteſt proficiſci. Sic enim iuſtè laudem ſi benè agimus: & contraria, ſi mala committimus, inuenimus.*

[y] *1. in Ioã. 54.*
[z] *in illud Pſal. 67. Pluuiam voluntariam, &c. Palladius epiſt. ad Lauſum Damaſc. 2. fid. 6. Theoph. & Euthymius in 15. Lucæ.*

Theodoret. [z] *Pluuiam, doctrinæ irrigationem vocat: voluntariam autem appellauit, ob liberum arbitrium. Non enim ex neceſſitate irrigatur aliquis, ſed doctrinæ acquieſcens conſequitur gratiam.*

Ex PP. Latinis.

Cap. XXVI.

[a] *2. contra Marcionem.*

TERTVLL. [a] *liberum, & ſui arbitrij, & ſuæ poteſtatis inuenio hominem inſtitutum, hunc ſtatum eius confirmauit etiam ipſa lex tunc à Deo poſita. Non enim poneretur lex ei, qui non haberet obſequiũ debitum legi, in ſua poteſtate. Nec rurſus comminatio mortis tranſgreſſioni aſcriberetur, ſi non & contemptus legis in arbitrij libertatem homini deputaretur, ſic & in poſteris legibus Creatoris inuenias*

inuenias proponentis ante hominem bonum, & malum, vitam & mortem.

Cyprian. [b] *Dominus non increpuit recedentes, aut grauiter comminatus eſt: ſed magis conuerſus ad Apoſtolos ſuos dixit: Nunquid & vos vultis abire? ſeruans ſcilicet legem, qua homo libertati ſuæ relictus, & in arbitrio proprio cõſtitutus ſibimetipſi vel mortem appetit, vel ſalutem.*

Minutius Fœlix in Octauiano: Lactant. [c] *Qui dat præcepta amputare debet omnium excuſationum vias, vt imponat hominibus parendi neceſſitatem,* [d] &c.

Iulius Firmicus: [e] *liberum te Deus fecit: in tua manu eſt, vt aut viuas, aut pereas: quid te per abrupta præcipitas?*

[f] Hilarius [g] Optatus Ambroſ. [h] *Non eſt quod cuiquam noſtrã adſcribamus culpam, niſi noſtræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam niſi voluntate propria deflexerit. Voluntarium ſibi militem legit Chriſtus: voluntarium ſibi ſeruum diabolus auctionatur.*

Philaſtrius: [i] *arbitrij ſui eſt omnis homo, quod velit vt eligat facere, permittente Deo.*

Gaudentius, [k] *Conceſſa ſemel voluntatis libertas, non auferetur: ne nihil de eo iudicare poſſit, qui liber fuerit in agendo.* [l] Prudentius.

Non fit ſponte bonus, cui non eſt prompta poteſtas
Velle aliud, flexoſque animi conuertere ſenſus.

Hierony. [m] *Hoc eſt quod tibi in principio dixeram: in noſtra eſſe poteſtate, peccare, vel non peccare, vt liberum ſeruetur arbitrium.*

Paulinus. [n] *Agnoui bonum, & feci malum: cum æquè mihi liberum eſſet, bonum facere.*

[b] *1. epiſt. 3.*

[c] *4. Inſtit. 24.*

[d] *non vi aliqua, ſed pudore: & tamen libertatem relinquat. Vt & præmium ſit conſtitutũ parentibus, quia poterant non parere, ſi vellent: & non parentibus, pœna: quia poterant parere, ſi vellent.*

[e] *libro de erroribus profanarum Religionum cap. 29.*

[f] *in Pſal. 2.*

[g] *7. in Parm.*

[h] *1. de Iacob. 3. Item in Pſal. 41. Homini* (inquit) *dedit eligendi arbitrium, quod ſequatur. Ante hominem vita, & mors. Si deliqueris: non natura in culpa eſt, ſed eligentis affectus.*

[i] *Ambroſij æqualis, libro de hæreſibus capite de Pythoniſſa.*

[k] *Philaſtrij ſucceſſor, tract. 3. in Exodum vide etiam eundem tractatu de Machabæis.* [l] *in Harmatigeni: Item li. 2. aduerſus Symmachum.*

[m] *Dialogo 3. aduerſus Pelagianos.* [n] *epiſtol. 2. ad Seuerum.*

Innocent. I. [o] *In omnibus diuinis paginis voluntati liberæ, non niſi adiutorium Dei, legimus eſſe nectendum: eamque nihil poſſe, cæleſtibus auxilus deſtitutam.* Item: *Liberum arbitrium, cum naſceremus, accepimus.*

Cæleſtinus I. [p] *Auxilio, & munere Dei, liberum arbitrium non tollitur, ſed liberatur: vt de tenebroſo, lucidum: de prauo, rectum: de languido, ſanum: de imprudente, ſit prouidum.*

Proſper. [q] *Nec quia ſpiritu Dei agitur, ideo ſe putet liberum arbitrium non habere: quod nec tunc perdidit, quādo Diabolo, voluntate, ſe dedit: à quo, iudicium voluntatis deprauatum eſt, non ablatum.*

Fulgent. [r] *Gratiâ Dei humanum non aufertur, ſed ſanatur arbitrium.*

Boetius: [s] *manet intemerata hominibus libertas arbitrij nec inique leges, ſolutis omni neceſſitate voluntatibus præmia, pænaſque proponunt.*

Anſelm. [t] *liberum arbitrium dedit nobis Dominus, vt arbitrio propriæ voluntatis recedamus ab iniquitate, vel permaneamus in iniquitate.*

Bernard. [u] *liberum nominatur arbitrium, quòd liceat auerſari in his, pro arbitrio voluntatis. Inde homo ad promerendum potis. Omne enim quod fecerit bonum, malumue, quod quidem non facere liberum ſit, meritò ad meritum deputatur, &c. vbi autem non eſt libertas: nec meritum. Propterea quæ ſunt carentia ratione animalia, nihil merentur: quia ſicut ratione, ita & libertate carent.*

[o] in Reſcripto ad Concilium Mileuitanum.
[p] epiſt. ad Gallos cap. 13. Leo 1. can. 8. & 13. Concilij Arauſicani 2.
[q] 1. de vocatione Gentiū 3.
[r] libro de Incarn. & Grat. cap. 20.
[s] 5. Conſolationis ad finem Gregorius 1. 33. Moral. 25. Arnobius in Pſal. 90. Beda in 4. Geneſ. Leo 9. epiſt. ad Petrum Antiochenum.
[t] in 2. cap poſterioris ad Timoth.
[u] ſerm. 81. in Cantica.

Teſtimonia Auguſtini ante exortam hæreſim Pelagij.

Cap. XXVII.

PRIMVM, libro de quantitate animæ [a] ſupra. [b] Secundum: *Vides (inquit) igitur, iam exiſtimo, in voluntate noſtra eſſe conſtitutum, vt hoc vel fruamur, vel careamus tanto, & tam vero bono.*

[a] lib. 4 cap. 9.
[b] lib 1. de libero-arbitrio. cap. 12.

Digitized by Google

Tertium: [c] *Quantum in ſuperiore libro intelligere mihi viſus ſum: & habemus liberum voluntatis arbitrium, & non, niſi eo, peccamus.*

[c] *ibid.lib.2. cap.1.*

Quartum: [d] *quæcumque iſta eſt cauſa voluntatis, ſi non ei poteſt reſiſti, ſine peccato ei ceditur. Si autem poteſt, non ei cedatur, & non peccabitur. An fortè fallit incautum? ergo caueat, ne fallatur. An tanta fallacia eſt* [e] &c.

[d] *lib.3.cap.18.*

[e] *vt caueri omnino non poſſit? ſi ita eſt, nulla peccata ſunt. Quis enim peccat, in eo, quod nullo modo caueri poteſt? peccatur autem. Ergo caueri poteſt.*

Reſpondet Caluinus loqui Auguſt. de libero arbitrio in ſtatu innocentiæ. Nam 1. retract. 9. tractans dumtaxat quæ dixerat in libris de libero arbitrio. *Cum* (inquit) *de libera voluntate rectè faciendi loquimur, de illa ſcilicet, in qua homo factus eſt loquimur.*

Contra. hæc Auguſt. verba non ſignificant, omnia loca librorum de libero arbitrio, exponenda eſſe de libero arbitrio Adami: ſed ſolum ea, quibus aſſeritur libertas eligendi, ſine reſiſtentia partis inferioris, ignorantia, & difficultate. Nam eo citato Retract. loco, præmittit: *Approbare falſa pro veris, vt erret inuitus: & reſiſtente dolore carnalis vinculi, non poſſe à libidinoſis operibus temperare: non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati.* Deinde ſubiungit: *Cum autem de libera,* &c.

Quintum, [f] *vſque adeo peccatum voluntarium eſt malum, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium. Et hoc quidem manifeſtum eſt adeò, vt nulla hic doctorum paucitas,* [g] &c.

[f] *libro de vera Religione cap.14.*

[g] *nulla indoctorum turba diſſentiat. Et infra. Et Quoniam peccari nō dubium eſt: ne hoc quidem dubitandū video, habere animas liberū voluntatis arbitrium. Tales enim ſeruos ſuos meliores eſſe*

Reſpondet Caluinus Auguſt. explicare ſeipſum. 1. Retract. 10. *Poteſt* (inquit) *videri falſa hæc definitio: ſed ſi diligenter excutiatur, inuenietur eſſe veriſſima. Peccatum quippe illud cogitandum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod etiam eſt pœna peccati,* nimirum peccatum Adami. Ergo loquitur de libero arbitrio in ſtatu innocentiæ.

Contra 1. Auguſt. aſſerit omnes fateri homines peccatum voluntarium eſſe. At non reſpiciunt omnes ad peccatum Adami. 2. cum ait dubium non eſſe quin exiſtat peccatum, non agit de peccato Adami: Ergo neque de illo agit peccato, cum

Deus indicauit, ſi ei ſeruirent liberaliter. Quod nullomodo fieri poſſet, ſi non voluntate, ſed neceſſitate ſeruiret.

ait dubium nec etiam eſſe quin liberum arbitrium ſit.

Ad locum retract. Reſpondeo ſolùm velle Auguſtinum definitionem peccati per *voluntarium*, pleniſſimæ conuenire peccato Adami. At non propterea excludit *voluntarium*, ab aliis peccatis. Dixit autem ſibi alioquin videri falſam hanc definitionem: non quod falſa videatur reſpectu actualium, ſed tantum intuitu originalis peccati: quod minimum habet de voluntario.

Sextum, [h] *Peccatum, eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat: & vnde liberum eſt abſtinere,* &c. *Nonne iſta cantant in montibus paſtores, & in theatris poetæ, & indocti in circulis, & docti in bibliothecis, & magiſtri in ſcholis, & antiſtites in ſacris locis, & in orbe terrarum genus humanum?*

Septimum, [i] *Eſſe liberum arbitrium, & inde peccare quemque ſi velit: non peccare, ſi nolit: non ſolùm in diuinis ſcripturis, quas non intelligitis, ſed etiam in verbis ipſius Manichæi tibi probo,* &c.

[h] *libro de duabus animabus cap.* 11. *Obiicit Caluinus locũ* 1. *Retract.* 15. *ſimilem loco ſuperius allegato ex cap.* 10. *& proinde, qui eodem ſoluitur modo.*

[i] *lib.* 2. *Actorum cum Fœlice Manichæo cap.* 3.

Teſtimonia eiuſdem poſt exortam hæreſim Pelagij.

Cap. XXVIII.

PRIMVM, [a] *Credite diuinis eloquiis, quia liberum eſt hominis arbitrium.*

Secundum, [b] *Quantum potuimus, egimus cum iſtis veſtris, & noſtris fratribus, vt in fide ſana Catholica perſeuerarent quæ neque liberum arbitrium negat,* [c] &c.

Tertium, [d] *Quoniam ſunt quidam qui ſic gratiam*

[a] *epiſt.* 46.

[b] *epiſtol.* 47.

[c] *ſiue in vitã malam, ſiue in bonam: neque tantum ei tribuit, vt ſine gratia valeat aliquid.*

[d] *libro de gratia, & libero arbitrio cap.* 1.

Dei defendunt, [e] &c.

Quartum, [f] *Liberum in hominibus eſſe arbitrium: & Deum eſſe naſcentium conditorem vtrique dicimus: non hinc eſtis Cæleſtiani, & Pelagiani.*

Quintum, [g] *Quis noſtrum dicit, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium, de humano genere?*

Sextum ſumitur ex [h] locis quibus inter Manichæorum hæreſes numerat, *negare liberum arbitrium.*

Septimum, [i] *Si non eſt gratia Dei, quomodo ſaluat mundum? Si non eſt liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum?*

Octauum, [k] *Illa præcepta diuina homini non prodeſſent, niſi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens, ad promiſſa præmia perueniret.*

Nonum, [l] *Neque voluntatis arbitrium ideo tollitur quia iuuetur: ſed ideo iuuatur, quia non tollitur.*

Decimum, [m] *diabolo non conſentire in poteſtate noſtra eſſe voluit qui nos fecit.* [n] *Conſentire vocationi Dei, vel ab ea diſſentire: propriæ voluntatis eſt.*

[e] vt negent hominis liberũ arbitrium, aut quando Gratia defenditur negari exiſtimãt liberum-arbitrium: hinc aliquid ſcribere ad veſtrã Charitatem curaui.
[f] lib. 2. de nuptiis concupiſcentia.
[g] 1. ad Bonifacium 2. Item 4. in Iulian 8.
[h] 4. ad Bonifac. 4. & tribus libris de libero-arbitrio: quos conſtat ſcriptos aduerſus Manichæos.
[i] epiſt. 46. *[k] lib. de gratia, & libero-arb. cap. 2.*
[l] epiſtol. 89. quæſt. 2. *[m] in Pſal. 7.*
[n] libro de Spiritu, & litera cap. 34.

Soluuntur obiectiones ex verbo Dei petitæ.

CAP. XXIX.

[a] PRIMA [b] *Benè agite, aut malè, ſi poteſtis.* Reſpondeo, ibi non agi de hominibus, ſed Idolis.

Secunda, qui non habet cor nouum nequit in præceptis Domini ambulare: qui habet nequit non ambulare Ezech. [c] 36. Ergo nullus habet ſimul poteſtatem ambulandi, & non ambulandi in Dei præceptis.

Ad Antecedens: non poſſe ſine nouo corde am-

[a] Eſt Lutheri.
[b] Iſaiæ 41. v. 23.
[c] v. 26. Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri v. 27. Et faciam vt in præceptis meis ambuletis.

bulari in Dei præceptis, non ob defectum liberi arbitrii: quia poteſt [d] ſi velit habere cor nouum: ſed quia deeſt gratia efficax. Similiter qui cor nouum habet, non poteſt, quandiu habet non ambulare in præceptis Domini: non quia libero caret arbitrio: cum deficere, ſiue peccare poſſit, ſi velit: ſed quia quandiu efficaciter ſequitur vocantem, non poteſt non efficaciter ſequi.

Tertia: [e] *inclina cor meum in teſtimonia tua.* Item: [f] *Inclinet cor noſtrum ad ſe Dominus, vt ſeruemus mandata eius.* [g] *Sicut palmes non poteſt à ſemetipſo ferre fructum, niſi manſerit in vite: ita & vos, niſi in me manſeritis.*

Reſpond. his ſolum probari neceſſitatem auxilij diuini maximè ad præmium vitæ: ſed non inde liberum excluditur arbitrium.

Quarta: [h] *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.*

Reſpondeo, *ſeruitutem peccati*, opponi *libertati à peccato*: non autem libertati naturæ. At liberum-arbitriū ſpectat ad naturam. Itaque ſeruus peccati, non poteſt quidem, proprijs viribus, excutere peccatum: poterit tamen conſentire vocanti: & ſic à peccato liberari.

Quinta, [i] *Quid habes quod non accepiſti.*

Reſponſio ſupr. cap. 5. ad finem.

Soluuntur obiectiones ex Auguſtino.

Cap. XXX.

PRIMA, [a] *Libero arbitrio malè vtens homo, & ſe perdidit, & ipſum. Nam cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato amiſſum eſt, & liberum arbitrium.*

Reſpondeo, dici, *hominem perdidiſſe liberum-arbitrium*: quia illud deterius reddidit: ſicut dicitur is perdere filium, qui ſua lenitate ſinit eum flagitioſum fieri. Dici *amiſiſſe*: quia ſub diaboli

[d] *Ezech.* 18. *v.* 31. *facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum.*

[e] *Pſal.* 118. *v.* 36.

[f] 3. *Reg.* 8. *v.* 58.

[g] *Ioan.* 15. *v.* 4. καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ· οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε.

[h] *Ioan.* 8 *v.* 34. ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας.

[i] 1. *Corinth.* 4. *v.* 7.

[a] *cap.* 30. *Enchiridij.*

Digitized by Google

poteſtate ſeruit: quomodo dicuntur, *amiſſa*, quæ tempore belli in poteſtatem hoſtium deuenerunt. ita intelligendum eſſe Auguſtinum probatur. 1. quia dicit hominem ſe etiam perdidiſſe. At non ſe perdidit, extinguendo ſeipſum: ſed deteriorem efficiendo. 2. quia ita explicat ſemetipſum Auguſtinus libro 1. [b] ad Bonifacium.

Secunda, [c] *Liberum-arbitrium vſque adeò in peccatore non perijt, vt per illud peccent, maximè omnes qui cum delectatione peccant.* [Sed quid inde, non ſatis video.] non enim ſignificat, *libertatem ſitam eſſe in delectatione peccandi*: alioquin non peccaret, niſi qui cum delectatione ageret: ſed maximè eos liberè peccare, qui cum delectatione peccant: quod nihil contra liberum-arbitrium facit.

Tertia, [d] *ſine gratia Dei, non poteſt eſſe libera voluntas: cùm cupiditatibus vincentibus, & vincientibus ſubdita eſt.*

Reſpondeo, ſemper [e] hanc adeſſe gratiam, qua homo vti poteſt, ſi velit: & ſuo vti arbitrio ne peccet.

Quarta, [f] *Per legem, cognitio peccati: per fidem, impetratio gratiæ contra peccatum: per gratiam ſanatio animæ à vitio peccati: per animæ ſanitatem libertas arbitrij: per arbitrij libertatem dilectio iuſtitiæ: per dilectionem iuſtitiæ, impletio legis.*

Reſpondeo loqui Auguſt. de libero-arbitrio vt denominatur à libertate gratiæ: non à libertate naturæ.

Quinta, libro [g] de corrept. & gratiâ aſſerere videtur, *iuſtos cum adiutorio gratiæ ſanantu, perſeuerare non poſſe*, niſi *à ſpiritu Dei perpetuo agantur.*

Reſpondeo, quamuis nequeat iuſtus, ſine ſpeciali auxilio perſeuerare: id tamen auxilium ſemper adeſſe.

Septima, cum [h] ibidem dixiſſet peccatores peccare per *liberum-arbitrium*, ſe continuò corrigit: *arbitrium inquam liberum*: ſed *non liberatum*, ait.

Reſponſio vt ad quartam.

[b] *contra duas epiſt. Pelagianorum, cap. 2. vide ſupra lib. 4. cap. 11. ad finem.*

[c] *1. ad Bonif. 2. & 3. Argumentum ex 1. Retract. 15. Qui cogenti cupiditati, &c. non ſemel a nobis ſupra ſolutum eſt.*

[d] *epiſt. 144.*

[e] *nimirum auxilium neceſſarium ad non peccandum.*

[f] *libro de ſpiritu & litera cap. 30.*

[g] *cap. 12.*

[h] *cap. 13.*

Digitized by Google

Octaua, [l] *Per arbitrij libertatem factum eſt, vt eſſet homo cum peccato, ſed iam pœnalis vitioſitas ſubſequuta ex libertate fecit neceſſitatem.* Et infra: *Quia peccauit voluntas, ſubſecuta eſt peccantem peccatum habendi dura neceſſitas, donec tota ſanetur infirmitas.*

Reſpondeo, ſextuplicem eſſe neceſſitatem. 1. patiendi motus carnis. 2. ignorantiæ. Atque de his duabus loquitur in priori loco Auguſtinus. 3. [k] diuinæ gratiæ. 4. habendi peccatum veniale. Et de hac loquitur Auguſt. in poſteriori loco. 5. faciendi actus malos, poſita efficaci mala voluntate. Quarum nulla cum libero pugnat arbitrio. Non prima: quia ſi velimus, illis motibus non conſentimus. Non ſecunda: quia poſſumus non velle ignorare. Non tertia, quia Deus nulli denegat neceſſariam gratiam. Non quarta: quia poſſumus ſingula venialia vitare. Non quinta: quia conditionalis eſt. Poteſt enim homo, ſi velit, non velle finem, ex cuius amore eligebat media praua. 6. neceſſitas eſt faciendi abſolutè aliquid: ita vt homo non ſit ſuarum actionum Dominus. Et hæc reuera libertatem euellit. Sed quam nullibi Auguſtinus introduxit.

[l] *libro de perfectione Iuſtitiæ reſponſione 9.*

[k] *[hac neceſſitas æquiuocè cum aliis conuenit. Nã aliæ neceſſitates intelliguntur de re quæ neceſſario ineſt: vel qua neceſſario aliquid fit. Neceſſitas verò gratiæ intelligitur de re quæ neceſſaria eſt, vt habeatur, & aliquid fiat.]*

LIBER SEXTVS.

DE GRATIA, ET LIBERO ARBITRIO.

Quo tractatur de viribus gratiæ, & liberi arbitrij in rebus ſupernaturalibus.

An poſſint credi myſteria fidei, ſine auxilio ſpeciali.

CAP. I. & II.

CONSENTIVNT [a] omnes requiri. 1. *prædicationem Euangelij.* 2. perſuaſionẽ aliquã ſiue miraculis: ſiue ratione. 3 *imperiũ volũtatis*, quo moueatur intellectus ad aſſentiendum. Controuerſia autẽ eſt, *vtrum, præterea, requiratur ſpecialis illuſtratio diuina.*

Negant [b] Ticonius, [c] Pelagiani, [d] Caſſianus, [e] Fauſtus Regienſis. Cæteri affirmant: quorum ſententia probatur.

[f] Primò, Ioan. 6. [g] *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt: propterea dixi vobis: quia nemo poteſt ad me venire niſi datum ei fuerit à patre meo.*

Secundò, Math. 11. [h] *Confiteor tibi pater Domine*

[a] CAP. 1.
[b] *ante exortam Pelagianã hæreſim, apud Aug. 3. de Doctrina Chriſtiana 33.*
[c] *apud Aug. epiſt. 106. & 107.*
[d] *apud Proſperum libro contra Collatorem.*
[e] *libris de libero-arbitrio.*
[f] CAP. 2.
[g] v. 64. εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινες οἳ οὐ πιστεύουσιν. v. 65. διὰ τοῦτο εἴρηκα ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου.
[h] v. 25. ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν, καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. v. 26. ναί ὁ πατήρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

cæli, & terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater quoniā ita placitum fuit ante te. Et, [i] *nemo nouit Filium niſi Pater: neque Patrem quis nouit niſi Filius: & cui voluerit filius reuelare.*

Tertiò, 1. Corinth. 12. [k] *Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto.*

Quartò, Actor. 13. [l] *Crediderunt quotquot præordinati erant in vitam æternam 16.* [m] *loquebamur mulieribus, quæ conuenerant, & quædam mulier nomine Lidia purpuraria audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo.*

Quintò, Concil. Arauſic 2. [n] *ſi quis ſicut augmentum ita etiam initium fidei, non per gratiæ donum nobis ineſſe dicit, Apoſtolicis dogmatibus aduerſarius approbatur*, Item: [o] *ſi quis per naturæ vigorem, euangelizanti prædicationi conſentire poſſe confirmat, abſque illuminatione ſpiritusſancti, hæretico fallitur ſpiritu.*

Trident. [p] *ſi quis dixerit, ſine præueniente ſpiritusſancti inſpiratione, atque eius adiutorio hominem credere poſſe ſicut oportet, Anathema ſit.*

Sextò, Aug. [q] *Si non ſumus* (inquit) *idonei cogitare aliquid quaſi ex nobis ipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: profecto non ſumus idonei credere aliquid ex nobis, ſed ſufficientia noſtra, quâ credere incipimus ex Deo eſt.*

Proſper: [r] *Abunde, quantum arbitror, his teſtimoniis demonſtratum eſt, fidem, quâ iuſtificatur impius, niſi ex Dei munere non haberi, eamque nullis meritis præcedentibus tribui.*

Fulgent. [s] Vita noſtra à fide ſumit initium, quia iuſtus ex fide viuit. quam fidem non ex voluntate noſtra naſci ſed ſpiritumſanctum vnicuique dati B. Paulus oſtendit.

Septimò, Eccleſia pro infidelibus orat. At, ſi ad ſolam prædicationem conuerti poſſent non eſſet orationibus, ſed tantum prædicatoribus opus.

Octauò, ſequeretur gratiam ſecundum merita noſtra dari. quoniam [t] nonnullum eſt meritum

[i] *v. 27.* οὐδεὶς ἐπιγνώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τὶς ἐπιγνώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

[k] *v. 3.* οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν, κύριον ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Itē. 2. *Cor. 3. v. 5. Non quod ſufficientes ſimus à nobis cogitare aliquid quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt Epheſ. 2. v. 8: Gratia eſtis ſaluati per fidem: & hoc non ex vobis. Dei enim donum eſt.*

[l] *v. 48.*

[m] *v. 13. & 14.*

[n] *can 5.*

[o] *can. 7.*

[p] *ſeſſ. 6. can. 3.*

[q] *1. de Prædeſtinatione SS.*

[r] *1. de vocat. Gent. 24.*

[s] *lib. de Incar-*

Digitized by Google

fidei, ratione cuius oratio impetrat quidquid poſtulat. Meretur enim exaudiri, qui poſtulat cum fide.

Nonò, initium ſalutis eſſe ex nobis. Quia initium ſalutis eſt à fide. Si initium: poterit & continuatio. Difficilius namque eſt inchoare opus, quam perſequi.

Decimò, tolleretur fundamentum diuinæ prædeſtinationis & electionis. Non enim ſaluæ fierēt reliquiæ ſecundum electionem gratiæ.

Vndecimò. Quia probabitur [u] infra nullum pietatis opus fieri poſſe ſine ſpeciali auxilio Dei.

nat. & Grat. Chriſti cap. 20. Item: Ibidem. In hominis corde, nec concipi fides poterit, nec augeri: niſi eam Spiritusſanctus effundat, & nutriat. Ex eodem namque ſpiritu renati ſumus, ex quo natus eſt Chriſtus.

[t] *Aug. epiſt.* 106.

[v] *cap.* 4.

Soluuntur obiectiones.

Cap. III.

Prima, Infideles credunt multa non minus difficilia quam ſint fidei noſtræ articuli: vt continuum eſſe potentia diuiſibile, in partes infinitas.

Secunda, Pagani, atque hæretici multos fidei noſtræ articulos credunt: eadem authoritate (nimirum Doctorum ſuorum) qua ſuos credunt errores.

Quidni ergo tam illi Philoſophi, quam Pagani, atque hæretici credent articulis fidei?

Tertia, ſine ſpeciali auxilio credimus hiſtoricis prophanis: quidni & ſacris?

Quarta, res quædam falſæ omnem excedentes rationem firmiſſimæ creduntur ſine ſpeciali auxilio, quidni & veræ?

Quinta, articuli fidei noſtræ tot ſunt miraculis, alijſque magni ponderis teſtimonijs confirmati: vt omnium iudicio credibiles cenſeri debeant. At quod credibile eſt, cur ſine auxilio ſpeciali credi non poterit?

Sexta, ſi quis ab ineunte ætate verſaretur ſine

Baptiſmo inter Chriſtianos: ex conſuetudine credet, quod alij credunt. Cur ergo idem fieri non poterit ex electione?

Reſpondeo, aliud eſſe, *credere ſimpliciter articulos fidei*: aliud *credere ſicut oportet*. prius non negamus poſſe fortaſſe viribus haberi naturæ: ſed poſterius haberi poſſe negamus: cuius tres ſunt conditiones. 1. *rem credendam reuelari indubitanter à Deo*: atque ita credi. 2. adeo firmam eſſe fidem, vt omnibus præferatur ſupplicijs, ac morti. 3. vt pio affectu, ſiue pia inclinatione in Deum credatur: qua incipiat homo ceruicem flectere Deo ad obediendum fidei.

Ad primum, hos philoſophos: vel habere demonſtrationem rerum quas credunt: vt diuiſionis continui: vel non firmiter: vel non pio affectu adhærere articulis fidei.

Ad 2. carere prima & tertia conditione.

Ad 3. humanam ſufficere fidem ad credendum hiſtoricis prophanis: diuinam requiri omnino inuariabilem, ad articulos Chriſtianæ fidei.

Ad 4. reſpondeo 1. facile eſſe adhærere malo, difficile bono. 2. primam, & tertiam deficere cōditionem.

Ad 5. argumenta quibus fides Chriſtiana credibilis facta eſt, non talia eſſe, quæ fidem omnino indubitatam generent: niſi mens diuinitus iuuetur.

Ad 6. hunc, vel ſcire ſe non baptizatum: vel neſcire, ſed credere ſe eſſe. Si prius, reuera non credet indubitanter articulos fidei noſtræ, ſi prius inſtar illius erit qui baptizatur in voto, & proinde diuinitus ad credendum, illuſtratur à Deo.

Non poſſe voluntatem humanam aliquid velle ad pietatem pertinens ſine auxilio gratiæ Dei.

CAP. IIII.

PROBATVR primò, ex ſcripturis Iſaiæ.65.[a] *Inuentus ſum à non quærentibus, palam apparui his, qui me non interrogabant.* Lucæ 19.[b] *venit filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat.* Philipp.1.[c] *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in Diem Chriſti Ieſu.*

Secundò, ex Concilijs,[d] Paleſtino, quo, aſſentiente Pelagio ipſo, definitur gratiam ad ſingulos dari actus: ac proinde nullum actum bonum ad ſalutem pertinentem fieri, ſine gratia poſſe. Africano, apud[e] Proſperum: *Cum ducentis* (inquit Proſper.) *quatuordecim ſacerdotibus: quorum conſtitutionem, contra inimicos gratiæ Dei, totus mundus amplexus eſt: veraci profeſſione quemadmodum ipſorum habet ſermo, dicamus gratiam Dei, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, non ſolum ad cognoſcendam: verum etiam ad faciendam iuſtitiam, nos per actus ſingulos adiuuare: ita vt ſine illa, nihil veræ, ſanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus,*[f] Arauſican.[g] ſupr.

Tertiò, ex ſummis Pontificibus Innocentio 1.[h] *Adiutorio quotidiano nos egere, negare non poſſumus.* Item:[i] *In omnibus diuinis paginis, voluntati liberæ niſi adiutorium Dei legimus eſſe nectendum, eamque nihil poſſe cœleſtibus auxilijs deſtitutam.*

Zozimo:[k] *Quod tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? in omnibus igitur actibus, cauſis cogitationibus, motibus adiutor, & protector orandus eſt.*

Cælestino:[l] *Quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium: &*

[a] v. 1.
[b] v. 10. ἦλθε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι, καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. Ioan. 15. *ſine me nihil poteſtis facere.*
[c] v. 6. ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας Χριστοῦ Ἰησοῦ. *& cap. 2. v. 13. Deus eſt, qui operatur in vobis velle & perficere.*
[d] *can. 7. apud Aug. epi. 106.*
[e] *Reſponſione ad 8. capitulum Gallorum.*
[f] *cap. 2.*
[g] *can. 7.*
[h] *epiſtola ad Concil. Carth. apud Aug. 91.*
[i] *epiſt ad Concil. Mileuit. apud Aug. 93.*
[k] *epiſt. ad omnes Epiſcopos apud Cæleſtinũ epiſt. ad Gallos cap. 9.*
[l] *ſup. cap. 8.*

in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis motibus magis illius valere, non dubitemus, auxilium.

Quartò, ex PP. Cypriano: [m] *In nullo gloriandum, quando noſtrum nihil eſt.* Ambroſ. [n] *vides quia vbique Domini virtus ſtudiis cooperatur humanis: vt nemo poſsit ædificare, ſine Domino: nemo cuſtodire, ſine Domino: nemo quicquam incipere, ſine Domino.*

Hierony. [o] *Hoc longa diſſertione concluſum eſt, vt gratia ſua Dominus, qua nobis conceſsit liberum arbitrium in ſingulis operibus iuuet, atque ſuſtentet.*

Auguſt. [p] *Liberum arbitrium dicimus ad benè, pieque viuendum non valere, niſi ipſa voluntas hominis, Dei gratia, fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, ſermonis, cogitationis adiuta.*

Proſpero, [q] *Non conturbat nos ſuperbientium inepta querimonia: quia liberum arbitrium cauſantur auferri, ſi & principia, & profectus, & perſeuerantia in bonis vſque in finem, Dei dona eſſe dicantur. Quoniam opitulationes diuinæ gratiæ, ſtabilimenta ſunt voluntatis humanæ*, &c.

Fulgent. [r] *Sic iacuit oppreſſus* (homo) *ditione peccati, vt nullatenus aliquod bonæ voluntatis initium habere potuiſſet niſi hoc Deo gratis donante ſumpſiſſet.*

Gregor. [s] *Nos præuenit vt velimus, & volentes ſubſequitur, ne inaniter velimus.*

Bernard. [t] *Conatus noſtri & caſsi ſunt ſi non adiuuentur, & nulli ſi non excitentur.*

Quintò, propterea reiecit [v] Gelaſius libros Caſſiani & Fauſti quem Fauſtum pro hæretico Pelagiano habitum fuiſſe teſtantur, [x] Iſidorus, & [y] Ado.

[m] *3. ad Quirinum 4.*
[n] *2. in Lucam 12.*
[o] *3. contra Pelagianos non longè à principio.*
[p] *2. contra duas epiſt. Pelagianor. 5. Itē libro de prædeſtinatione SS. cap. 2. Quod attinet ad pietatem, & Religionem non ſumus ſufficientes cogitare aliquid quaſi ex nobis: & nemo ſufficit ſibi ad incipiendū, vel perficiendum quodcumque opus bonum.*
[q] *contra Collatorem cap. 38.*
[r] *libro de Incarn. Chriſti cap* 13.
[s] *homil. 9. in Ezechielem.*
[t] *libro de Gratia, & libero-arbitrio.*
[u] *diſt. 16. Canone Sancta Romana.*
[x] *libro de Scriptoribus.*
[y] *in Chronico: & author vitæ Sancti Fulgentij cap. 26.*

Non poſſe hominem ſe, ſolis viribus naturæ, ad gratiam præparare.

CAP. V.

PROBATVR, Primò argumentis quibus ſuperior ſententia. Nam quæcumque præparatio illa eſſe poſſet, ſine dubio ad ſalutem ſpectaret.

Secundò, conuerſio eſt diſpoſitio, ſicut enim auerſus à Sole, non incipit diſponi ad recipiendam lucem, niſi cum incipit conuerti ad aſpiciendum Solem. Sic etiam auerſus à Deo non incipit ad gratiam diſponi: niſi cum ad Deum incipit conuerti. At noſtra conuerſio tribuitur in [a] ſcripturis Deo.

Tertiò, ex ſcripturæ locis quibus comparatur peccator [b] terræ ſine aqua, [c] luto, & [d] mortuo: hæc enim nullam habent ex ſe præparationem ad formam: ſed totam ab agente.

Quartò, [e] quibus comparatur generationi iuſtificatio. Nam materia non ſeipſam diſponit, ſed à generante diſponitur.

Quintò, ex [f] Concil. Paleſtino, *quo definitur non ſecundum merita noſtra gratiam dari: ſed ab illa potius originem ducere merita noſtra*. Dari autem ſecundum merita noſtra, eſt idem apud [g] PP. quod dari intuitu alicuius naturalis virtutis. Arauſicano: [h] *Hoc ſalubriter profitemur, quod in omni bono opere nos non in-*

b

[a] *Pſal.84.v. 4. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Pſal.76.v.10. Threnor.5.v. 21. Conuerte nos Domine ad te: & conuertemur Rom.11. v.35. Quis prior dedit ei: & retribuetur?*

[b] *Pſal.142.v. 6.*

[c] *Iſaiæ 45. v. 9. Hierem. 18. v.6. Rom.9. v. 20.21.*

[d] *Luc.15.v. 32. Epheſior. 2.v.1.*

[e] 1. *Petri* 1. *verſ.* 23. *Iacobi* 2. *verſ.* 18.

[f] *apud Auguſt. epiſtol.* 106.

[g] *Auguſt.* 2. *ad Bonifac.* 8. *& libro de prædeſtinat. Sanctorum cap.* 2. *Proſperum contra Collatorem cap.*6. *Fulg. ſup. cap.*18.

[h] *can. vlt. vide etiam can.* 3. & 14.

cipimus,& poſtea per Dei miſericiordiam adiuuamur: ſed ipſe nobis nullis præcedentibus bonis meritis: & fidem, & amorem ſui prius inſpirat: vt Baptiſmi Sacramenta fideliter requiramus, & poſt Baptiſmum, cum ipſius adiutorio, ea quæ ſibi ſunt placita implere poſsimus.

Sextò, eius eſt diſponere cuius eſt introducere formam, Diſpoſitio enim eſt effectus agentis, non alterius cauſę. At gratiam iuſtificantem ſolus Deus introducere poteſt. Ergo, &c.

Nec dicas ſe diſponere poſſe ad diſpoſitionem, ita namque daretur in infinitum progreſſus.

Soluuntur argumenta.

CAP. VI.

PRIMA, Zachariæ 1. [a] *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Prouerb. 16. [b] *Hominis eſt præparare animam, & Domini gubernare linguam.*

Reſpondeo cum [c] Auguſtino, his ſolum commendari liberum arbitrium: cuius aſſenſum ad conuerſionem requirit Deus: ſed non propterea gratiam præuenientem excludi.

Secunda, Chryſoſt. [d] docet Abraham accepiſſe à Deo magna gratiæ dona: ſed antea, ſe ad illa per opera bona diſpoſuiſſe homil. 17. in Ioan. ſcribit, Deum noſtras non præuenire voluntates: ſed vbi præparati fuerimus, tum demum illum adeſſe ac per gratiam iuuare.

Reſpondeo, Chryſoſtomum nonnunquam tribuere nobis, quæ nos cum Deo facimus, vt Deo tribuat quæ ſolus ipſe facit, quo modo [e] intelligendus eſt, locis allegatis.

Tertia, Hierony. [f] aſſerit noſtrum eſſe, *velle*: Dei autem, *implere.*

Reſpondeo, non [g] excludere gratiam præuenientem à noſtro *velle*: ſed ſolum intendit docere, *nos poſſe*

[a] v. 5.
[b] v. 1.
[c] 2. ad Bonifacium. 8.
[d] homil. 42. in Geneſim.
[e] *ſolus enim Deus præſtitit Abrahæ magna illa dona, ſcilicet eſſe patrem multarum gentium, & vt in eius ſemine benedicerentur omnes gentes, ſed hæc nõ præſtitit, niſi poſtquam Abraham, ſe in virtutum ſtadio diu exercuit. Quod quidem opus fuit Abrahæ, ſed non ſine auxilio Dei.*
[f] 3. in Pelag.
[g] *velle* (in-

nos poſſe multa velle cum adiutorio Dei: quæ cum eodem nequimus implere, ſed [h] *ſolius Dei eſt efficere, vt aliquando illa, quæ voluimus impleamus: velle.*

Quarta, facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam.

[i] Reſpondeo, id verum eſſe quando cooperando gratiæ à qua mouetur, homo quod in ſe eſt facit.

Quinta Cornelius operibus ſuis impetrare meruit à Deo ſanctum Petrum, qui eum inſtrueret in fide.

[k] Reſpondeo, hæc opera non fuiſſe ſine auxilio gratiæ Dei.

Sexta, bona moralia opera viciniorem ſaluti conſtituunt hominem, quam ſi nulla feciſſet.

[Reſpondeo dupliciter aliquid dici vicinius alteri. 1. analogia quadam remota, nimirum quod etſi non habeat ordinem ad illud tamen magis eſt aliquomodo conforme, quam ſit aliquid aliud. 2. analogia proxima qua quis per ſe ad aliud ordinem habet. priori modo vera eſt propoſitio argumenti.] ſed hæc vicinitas non ſufficit ad diſpoſitionem: poſteriori falſum eſt.

Septima poteſt homo naturaliter pœnas inferni timere. Ergo, & harum intuitu de peccatis dolere: nimirum attritionem habere. Sed attritio eſt ad gratiam diſpoſitio. Ergo, &c.

Ad conſeq. hominem non poſſe de peccatis ſeriò dolere ſine auxilio Dei.

Octaua, poteſt quis de offenſa amici dolere. Ergo de offenſa Dei.

Negatur conſeq. Etſi enim noſcat ſumma Dei erga ſe beneficia, non tamen ad ea conſideranda mouetur, vt inde concipiat peccati odium niſi præueniatur à Deo.

quit epiſt. ad Ctheſiphontem) *& currere, meum eſt: ſed ipſum, meũ, ſine auxilio Dei non erit meum. Dicit enim idem Apoſtolus: Deus eſt qui operatur in nobis velle, & perficere*

[h] *exempli gratia volumus ſine omni peccato viuere: & nullum omnino motum partis inferioris rebellem ſentire: ſed non poſſumus id adimplere, etſi adiutorium illud non deſit, per quod velle iſta potuimus: ſed cum Apoſtolo dicere cogimur: velle adiacet mihi: perficere autem non inuenio.*

[i] *D. Thom. 1. 2. q. 109. ar. 6. ad ſecundum Bonauent. 2. diſt. 28. ar. 2. q. 1.*

[k] *Auguſt. cap. 7. de prædeſt. Sanctorum.*

1. *Dilectionis partitio.*

CAP. VII.

- ***Dilectio Dei.***
  - *Propenſiua tantum*: nimirum ipſa voluntas: prout ex ſe ordinata eſt ad ſummum bonum, & vltimũm. Atque de hac hîc quæſtio non eſt
  - *Elicita*: nimirum actus voluntatis: quo Deus amatur. Atque de hac hoc in loco agimus.
    - *Supernaturalis*: quæ amatur Deus vt fœlicitatis ſupernaturalis donator.
      - *Perfecta*
        - *qua præponitur Deus omnibus rebus.*
        - *qua præponitur, & ardentius amatur.*
          - *qua etiam perſeueratur in tali dilectione, vſque ad omnium impletionem mandatorum.*
      - *imperfecta*
        - *quæ non præfert Deum omnibus rebus.*
        - *præfert*. ſed ardentius amat creaturas.
        - *quæ occurrente tentatione facilè deficit.*
    - *Naturalis*, qua amatur Deus vt author naturæ.
      - *perfecta.*
      - *imperfecta.*
      - (perfecta & imperfecta:) vt in diſtributione dilectionis ſupernaturalis.

2. *Non poſſe ſine auxilio gratiæ diligi Deum.*

PRIMÒ, Rom. 5. [a] 1.Ioan.4. [b] *Charitas ex Deo.* Secundò, Eph.6. [c] *Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre.* Dices hæc ſolum de ſupernaturali intelligi charitate.

Contra. 1. nullibi hanc poſuit reſtrictionem Scriptura. Deus enim non minus eſt author naturalium, quam ſupernaturalium bonorum. 2. Qui diligit Deum vt authorem naturæ, & proximum propter Deum, implet totam legem naturalem. Nam plenitudo legis eſt dilectio. At qui totam legem naturalem implet, in eo ſine dubio Charitas eſt, quam Scriptura commendat. Rom. enim 13. cum dixiſſet Paulus. [d] *Qui diligit proximum, legem impleuit:* ſubiungit naturalia mandata: *Non occides, non furaberis*, &c.

Tertiò, ex Conciliis Mileuit. [e] *Vtrumque donum Dei, & ſcire, quid facere debeamus, & diligere vt faciamus.* [f] Arauſicano 2. *Prorſus donum eſt, diligere Deum.*

Quartò, ex PP. Aug. [g] *Nec initium eius ex nobis: & perfectio eius ex Deo, ſed ſi charitas ex Deo eſt, tota nobis ex Deo eſt. Aduertat enim Deus hanc amentiam, vt in eius donis nos priores faciamus, poſteriorem ipſum, quoniam miſericordia eius præueniet me.* Item: [h] *liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus.* Proſpero [i] lib contra Collatorem quo naturam humanam, gratia omni deſtitutam, comparat glaciali rigori: ex quo nihil omnino caloris excuti poteſt.

Quintò, Amor Dei ſuper omnia, etiam ſolum naturalis, nullum patitur inordinatum affectum.

[a] *v.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.*

[b] *v.7.* ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστί.

[c] *v. 23.* εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἀγάπη μετὰ πίστεως, ἀπὸ θεοῦ πατρός. *Galat. 5. v. 22. fructus Spiritus eſt Charitas, &c.*

[d] *v. 8.*

[e] *can. 4.*

[f] *can. vlt.*

[g] *2. ad Bonifac. 9.*

[h] *epiſt. 107. & 4. in Iulianum 3. Amor Dei quo peruenitur ad Deũ, non eſt niſi ex Deo. Per hunc amorem. Creatoris benè quiſque vtitur creaturis: ſine hoc amore Creatoris nemo bene vtitur creaturis. Item libro de gratia, & libero-arbitrio cap. 18. Si non ex Deo: ſed ex hominibus eſt dilectio Dei, & proximi, vicerunt Pelagiani: ſi autẽ ex Deo, vicimus Pelagianos.*

[i] *cap. 30.*

Atque legem implet. At id poſſe præſtari ſine auxilio Dei, Pelagianum eſt.

Tertiò, Dilectio Dei ſuper omnia eſt vltima diſpoſitio ad gratiam remiſſionis peccatorum. Ergo ſi quis poteſt Deum naturaliter diligere ſuper omnia, poterit naturæ viribus ad remiſſionem peruenire peccatorum.

Quartò, huiuſmodi Dilectio eſt pietatis opus. At
[k] *ſupra c. 4.* probatum [k] eſt nullum poſſe pietatis opus ſine auxilio Dei perfici.

Soluuntur argumenta.

CAP. VIII.

PRIMA, Dilectio Dei ſuper omnia eſt homini naturalis Ergo naturæ viribus poterit haberi.

Negatur conſeq. Nam multa ſunt naturalia: quæ tamen ſine medio ſupernaturali, aut artificiali haberi nequeunt: ſicut animæ cum corpore vnio, [& forma ſubſtantialis panis.]

Secunda, Amor Dei oritur in nobis, ex amore noſtri: At amor noſtri naturaliter haberi poteſt. Ergo, &c.

Ad maiorem, veram eſſe de amore noſtri ordinato: quo quis amat ſe vt partem & figmentum Dei: hinc enim oritur amor erga Deum vt totum, atque Creatorem.

Ad minorem, negatur de ordinato amore in
[a] *1. Ioan. 4. v. 7.* ſtatu naturæ corruptæ is enim procedit à Deo iuxta illud: *Diligamus inuicem, quia charitas ex Deo eſt.*

Tertia, Poteſt voluntas elicere actum rationi conformem. At naturaliter ratio dictat, *Deum eſſe ſuper omnia diligendum. Ergo*, &c.

Ad maiorē: eſſe verā, de iudicio rationis vltimo.

Ad maiorem iſtud iudicium non poſſe ſiue ſpe-

ciali auxilio haberi.

Quarta poteſt homo diligere naturaliter proximum, parentes, patriam, ſuper omnia. Ergo & Deum.

Negatur conſeq.1. quia illa tanquam præſentia, magis mouent.2.quia natura corrupta magis inclinat ad ſe,& ſua: quam ad alia.

Quinta, poteſt peccator velle ſine auxilio gratiæ, Deum eſſe Deum: ſe autem hominem, non Deum. Hoc autem eſt, pluſquam ſeipſum, amare Deum. Ergo, &c.

Ad maiorem, eſſe veram, quia nequit prohibere peccator, quin ita ſit.

Ad minorem negatur: quia interim peccator magis vult, *ſe hominem eſſe*: quam *Deum eſſe Deum*: quod eſt, ſeipſum Deo præferre.

Sententiæ hæreticorum de libero-arbitrio in operibus ſpectantibus ad ſalutem.

CAP. IX.

PRIMA eſt [a] Lutheri: *liberum-arbitrium ſe mere in his actionibus paſſiuè habere.*

Secũda, [b] Caluini, & [c] Kemnitij: *quamuis voluntas actiuè in his operibus concurrat: tamen neceſſario tanquam merum inſtrumentum moueri à Deo. Voluntaté mouet* (inquit Calu.) *non qualiter multis ſæculis traditum eſt, & creditum vt noſtræ poſtea ſit electionis motioni, aut obtemperare, aut refragari: ſed illam efficaciter efficiendo.*

[a] *in diſgreſſione quadam libri inſcripti: Operationes in Pſalmos.*
[b] *2. Inſtit.3. §.11.*
[c] *in Examine ſeſſionis.6.*

Probatur ex diuinis literis liberum-arbitrium in actionibus piis, & ſalutaribus.

CAP. X.

PRIMÒ, ex locis quibus dicuntur homines in huiuſmodi actionibus [a] operarij, [b] ædificatores, [c] plantatores, rigatores, [d] cooperatores ſiue coadiutores Dei. Nam ſi homines ſolum mouerentur tanquam inſtrumenta, potius deberent vocari ligones, raſtra, ſecures &c.

Secundò, ex locis [e] quibus ſuadentur vel imperantur opera pietatis, imo & ipſa conuerſio.

Reſpondet, [f] Caluinus, his ſolum probari locis nos non moueri à Deo tanquam ſtipites: ſed tanquam ratione præditos.

Contra. 1. ſi ita eſt cur ergo nemini imperatur vt velit ſe fœlicem: nolit ſe miſerũ eſſe? 2. quando ſcriptura dicit: *Deum operari velle, & perficere, Deus operatur omnia in omnibus*, &c. contendunt aduerſarij, ſignificari *Deum propriè operari*: quidni ergo & aliis locis ſignificabitur homines proprie, ac verè operari?

Tertiò, ex locis quibus dicimur iuuari à Deo in operibus pietatis vt [g] 1. Corinth. 15. *Plus omnibus laboraui: non autem ego, ſed gratia Dei meçum.*

Reſpondet [h] Caluinus, ſi ad verbum reddatur textus Græcus, non dici: *gratiam fuiſſe cooperatricem*, ſed, *gratiam, quæ ſibi aderat, omnium fuiſſe effectricem.*

Contra. in Græco legitur: ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ

[a] *Math. 20. v. 8.*
[b] *2. Cor. 3. v. 10.*
[c] *ibid. v. 6.*
[d] *ibid. v. 8.*
[e] *Zachar. 1. v. 3. Ioëlis 2. v. 12. Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Hierem. 3. v. 1. tu fornicata es cũ amatoribus tuis multis: tamen reuertere ad me: & ego ſuſcipiam te. Ezech. 18. v. 31. facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouũ. Iſaiæ 1. v. 16. Lauamini, mũdi eſtote. Ioã. 6. v. 27. Operamini non cibũ, qui perit: Philipp. 2. v. 12.*
[f] *2. Inſtit. 5. §. 14.*
[g] *v. 10.* περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα, οὐκ ἐγὼ δὲ ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. *Pſal. 26. v. 9. Adiutor meus eſto: ne derelinquas me. Rom. 8. v. 26.*
[h] *ſupr. cap 3. §. 12.*

σὺν ἐμοί : quod ad verbum, redditur. *ſed gratia Dei, quæ mecum.* illud autem *Quæ mihi aderat*, vel, *in me erat*, ex ſuo capite Caluinus adiunxit. Vult ergo Paulus dicere : iuxta [i] Auguſt. *Non ego ſed gratia Dei mecum : id eſt, non ſolus : ſed gratia Dei mecum. Ac per hoc nec gratia Dei ſola : nec ipſe ſolus : ſed gratia Dei cum illo.*

[i] *libro de gratia, & libero arbitrio ca.* 15.

Quartò, ex locis [k] quibus patet hominem vocatum à Deo renuere poſſe. Nam cum per gratiam venire poſſit, vt aduerſarij concedunt : certè ad vtramque partem liber erit.

[k] *Prouerb.* 11. *v.*24. *Math.* 23.*v.*37. *Act.* 7.*v.*51. *Apoc.* 3.*v.*20. *Ego ſto ad oſtium & pulſo : ſi quis aperuerit mihi intrabo ad eũ.*

Probatur ex traditione PP.

CAP. XI.

IGNATIVS, [a] Irenæ. [b] *Non tantum,* (inquit) *in operibus, ſed etiam in fide : liberum, & ſuæ poteſtatis arbitrium homini ſeruauit Dominus, dicens : ſecundum fidem tuam, fiat tibi*

[c] Cyprian. Hilar. [d] *Eſſe filios Dei non neceſſitatem eſſe voluit, ſed poteſtate.*

[e] Hierony. [f] Ambroſ. [g] Chryſoſt. *Neceſſitatem non imponit, ſed congruis remedijs appoſitis, totum in ægroti ſententiâ, iacere permittit.*

Cæleſtinus Papa : [h] *Nec ocioſa in nobis eſſe patitur quæ exercenda, non negligenda donauit : vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei.*

Auguſt. in ſingulis tomis tomo 1. [i] *Niſi quiſquam voluntatem mutauerit, bonum operari non poteſt. Quod in noſtra poteſtate eſſe poſitum alio loco Dominus*

[a] *epiſt. ad Magneſianos.*

[b] 4.*cap.*72.

[c] *libro* 3. *ad Quirinum cap.* 52, *cui præfixit titulum, ſiue argumentum hoc :* Credendi, *& non credendi libertatem in arbitrio poſitam.*

[d] 1. *Trinit.*

[e] *in* 5. *Math.* *Ergo* (inquit) *non eſt naturâ filius : ſed arbitrio ſuo.*

[f] 2. *in Lucam* 12. *Vides quia vbique Domini virtus ſtudiis cooperatur humanis?*

[g] *homil.* 19. *in Geneſ. differens de Iuſtificatione.*

[h] *epiſtola ad Gallos cap.* 12.

[i] 1. *Retract.* 22.

docet, vbi ait: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: quod non eſt contra gratiam Dei quam prædicamus, [k] &c.

Tom. 2. [l] *Liberum-arbitrium non ideo tollitur, quia iuuatur: ſed ideo iuuatur, quia non tollitur. Proinde in ijs, qui per electionem gratiæ, ſalui fiunt, adiutor Deus operatur, & velle, & operari,*

Tom. 3. [m] *Conſentire vocationi, aut non conſentire, propriæ voluntatis eſt.*

Tom. 4. [n] Vt velimus, [o] *&c.*

Tom. 5. [p] *Si neceſsitas noſtra illa dicenda eſt, quæ non eſt in noſtra poteſtate, manifeſtum eſt voluntates noſtras, quibus rectè vel perperam viuitur, ſub tali neceſsitate non eſſe,* &c.

Tom. 6. [q] *Nemo, niſi Deus, facere arbores poteſt: ſed habet vnuſquiſque in voluntate, aut eligere, quæ bona ſunt,* & eſſe arbor bona: *aut eligere, quæ mala ſunt, & eſſe arbor mala.*

Tom. 7. [r] *Conuerſos Deus adiuuat, auerſos deſerit: ſed etiam, vt conuertantur, ipſe adiuuat.*

Item: [s] *Vtrumque noſtrum eſt* (velle ſcilicet credere, & amare) *propter arbitrium voluntatis: & vtrumque datum eſt per ſpiritum fidei, & charitatis.* [t] *Ne putetur nihil ibi facere homines per liberum arbitrium, ideò in Pſalmo dicitur: Nolite obdurare corda veſtra,* &c.

Tom. 8. [v] *Non erat in poteſtate tua, vt non naſcereris ex Adam: eſt in poteſtate tua, vt credas in Chriſtum.*

Tom. 9. [x] *In hoc opere facimus opera Chriſti: quia & ipſum credere in Chriſtum, eſt opus Chriſti. Hoc operatur in nobis, non tamen ſine nobis.*

Tom. 10. [y] *Totum ex Deo: non tamen quaſi dor-*

[k] *In poteſtate quippe hominis eſt, mutare voluntatem. Sed ea poteſtas nulla eſt, niſi detur à Deo, De quo dictum eſt: Dedit eis poteſtatē filios Dei fieri.*

[l] *epiſt. 89 q. 2.*

[m] *lib. de Spiritu, & litera cap. 34.*

[n] *1. ad Simplicium q. 2.*

[o] *Et ſuū eſſe voluit, & noſtrum, ſuum, vocādo: noſtrū, ſequendo.*

[p] *5 Ciuit. 10.*

[q] *lib. 2. Actorum cōtra Fœlicem.*

[r] *2. de peccator. mer. 5. & infra: Non ideo de hac re, ſolis votis agendum eſt, vt nō ſubinferatur ad benè viuendum noſtræ efficacia voluntatis. Adiutor enim Deus dicitur: nec adiuuari poteſt, niſi qui ſponte aliquid conatur.*

[s] *libro de prædeſt. SS. cap. 3.* [t] *libris de gratia & libero-arbitrio, cap. 15.*

[u] *tract. in titulum Pſalm. 71. propè finem.*

[x] *tract. 72. in Ioan.* [y] *ſerm. 15. de verbis Apoſtoli.*

Digitized by Google

mientes: non quaſi, vt non conemur: non quaſi, vt non velimus. Sine voluntate tua non erit in te iuſtitia Dei. Qui fecit te ſine te, non te iuſtificat, ſine te.

Proſper: [z] *Gratia quidem Dei in omnibus iuſtificationibus præcipaliter præeminet*, &c. *ſed etiam voluntas hominis ſubiungitur ei, atque coniungitur: quæ, ad hoc, prædictis eſt excitata præſidiis, vt diuino inſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium*, [a] &c.

Concil. Toleb. 4. [b] *ſicut homo propria arbitrij voluntate ſerpenti obediens periit: ſic vocãte ſe gratia Dei, propria mentis conuerſione, quiſque credendo ſaluatur.*

Trident. [c] *Si qui dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti: quod ad obtinendam iuſtificationis gratiam, ſe diſponat, ac præparet nec poſſe diſſentire ſi velit: ſed velut inanime quoddam, nihil omnino agere, mereque paſſiue ſe habere: Anathema ſit.*

[z] *2. de vocatione Gent. 26.*

[a] *De ſua habens mutabilitate, ſi deficit: de gratiæ opitulatione, ſi proficit.*

[b] *can. 55.*

[c] *ſeſſ. 7. can. 4. de Iuſtificatione.*

Rationibus probatur.

CAP. XII.

PRIMA, ſi dumtaxat non eſſet liberi arbitrij homo: qni nolunt credere aut à peccatis conuerti certè non peccarent, qui verò crederent, non eſſent præmiis donandi.

Secunda, fruſtra monitiones, conſilia præcepta.

Tertia fruſtra, diligentia omnis in pietate colenda, ſicut hæc omnia in animantibus fruſtra: ſic & in homine contingere oporteret vide plura [a] ſupra.

[a] *lib. 4. cap. 14. & ſeqq.*

Diluuntur obiectiones ex ſcripturis.

CAP. XIII.

[a] v.26. PRIMA, Ezech. 36. [a] *Auferam vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum,* &c. At cor lapideum nulla ſui cooperatione, carneum fieri poteſt.

Reſpondeo, ſimilitudinem in eo ſitam eſſe: quod ſicut lapis ex ſe nequit cooperari ad conuerſionem ſuam in carnem: ſic nequeat voluntas hominis ex ſe, ad ſuam cooperari conuerſionem: ſed hæc habet ex Deo. In eo verò ſimilitudo diſſentit, quod lapis, nec quidem per aliud, poſſit cooperari ad ſuam tranſmutationem: poſſit autem voluntas: & quidem liberè. Non enim neceſſe eſt ſimilitudines in omnibus conuenire. Nam & quidem aduerſarij fatentur non excludi actionem voluntatis, in eius conuerſione: & tamen excluderetur actio lapidis in eius conuerſione in carnem.

Secunda, Pſal. 50. *Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum,* &c.

Reſpondeo, *Cor mundum creari,* eſſe, *cor mundari:* in qua mundatione per gratiam, cooperatur homo per liberam gratiæ ſuſceptionem.

[b] v. 2. Tertia, Pſal. 99. [b] *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* At loquitur propheta de regeneratione. Ergo, &c.

[c] *in hūc Pſalmum.* 1. Negatur Minor. Nam, teſte Aug. loquitur Pſalmiſta de prima creatione. 2. reſpectu termini iuſtificationis, nimirum habitus Charitatis infuſi: Deus ipſe fecit nos, ſiue regenerauit: & non ipſi nos, reſpectu verò diſpoſitionum ad iuſtificationem ipſi nos facimus adiuuante Deo: iuxta illud Ezech. 18.

[d] v. 27. de pœnitente: [d] *Ipſe animam ſuam viuificabit.*

[e] v. 45. Quarta, Ioan. 6. [e] *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.*

Reſpondeo, etſi eo ipſo quo venit, non poſſit non venire: tamen liberè venire: quia poterat, *non venire*, ſi voluiſſet.

Quinta, [f] *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid, ex nobis.* f 2. Corint. 3. v. 5.

Reſpondeo, nos equidem non poſſe cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis: poſſe tamen ex Deo: quia vt ibidem habetur: *Sufficientia noſtra ex Deo eſt.*

Sexta, [g] *Qui operatur omnia in omnibus.* g 1. Cor. 12. v. 6.

Reſpondeo Deum operari quidem ſalutem noſtram: ſed cooperantibus nobis.

Septima: [h] *Deus operatur velle, & perficere.* At ipſum operari, *velle*: non eſt iuuare, vt poſſimus velle: ſed ſimpliciter facere, vt velimus. h Philip. 2. v. 13.

Reſpondeo Deum operari velle: non eſt ſolum iuuare vt poſſimus velle, ſed vt reipſa velimus: quod ſine libera actione noſtra non fit.

Octaua, [i] *Qui natus eſt ex Deo, non poteſt peccare: quia ſemen Dei manet in eo.* i 1. Ioan. 3. v. 9.

Reſpondeo, per *ſemen* non intelligi auxilium gratiæ [k] determinans ad vnum, ſed [l] Charitatem infuſam, quæ quandiu manet: peccatum læthale homo habere non poteſt. k ſicut vult Caluinus. l Hieron. 2. in Iouinianum, & Aug. tract. 5. in epiſt. Ioan.

Nona, dicuntur peccatores, mortui, ſepulti, &c. At mortui non cooperantur ad ſuam vitam.

Reſponſio vt ad primum.

Soluuntur obiectiones ex Auguſtino.

Cap. XIIII.

PRIMA, [a] *Laborant* (inquit) *homines inuenire in noſtra poteſtate, quid boni ſit noſtrum, quod nobis non ſit ex Deo, & quomodo inueniri poſſit, ignoro.* a 2. de peccat. mer. 18.

Secunda, [b] *Arbitriũ ſic ad iuuatur, vt non ſolùm quod faciendum ſit,* b lib. de gratia Chriſti cap. 14.

ſed quod ſcierit, etiam faciat. At per hoc, quando Deus docet, non per legis literam, ſed per ſpiritus gratiam, ita docet, vt quod quiſque didicerit, non tantum cognoſcendo videat, ſed etiam volendo appetat, agendoque perficiat.

Reſpondeo, his ſolum probari: nihil nos boni operari poſſe, ſine gratia præueniente & diuina cooperatione: ac nos in omnibus adiuuari.

[c] *lib. de bono Perſeuerantiæ cap. 13.*

Tertia, [c] *Hoc nobis expedit, & credere, & dicere hoc eſt pium, hoc verum, vt ſit humilis, & ſubmiſſa confeſſio, & detur totum Deo.*

Reſpondeo, *nos etiam totum dare Deo, quia nihil habemus quod non ſit ex Deo.*

[d] *de correptione, & gratia cap. 12.*

Quarta, [d] *volenti ſaluum facere nullum hominum reſiſtit arbitrium. Sic enim velle, aut nolle, in volentis, aut nolentis eſt poteſtate, vt diuinam voluntatem non impediat nec ſuperet poteſtatem.*

Reſpondeo, hæc, & ſimilia loca ſolum probare gratiam efficacem.

[e] *libro de gratia, & libero arbitrio cap. 17.*
[f] *cap. 32. Enchiridij.*

Quinta, [e] *vt velimus, ſine nobis operatur cùm autem volumus, & ſic volumus vt operemur, nobiſcum cooperatur.* Item: [f] *Totum Deo dandum eſt, qui hominis voluntatem bonam & præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam*, &c.

Reſpondeo, his ſolum probari gratiam præmentem ſiue excitantem atque cooperantem, illam ſine nobis, hanc non ſine nobis.

Summa diſputationis de cooperatione gratiæ, cum libero arbitrio.

CAP. XV.

[a] *lib. de Spiritu & litera cap. 33.*
[b] *lib. de cõcordia liberi arbitrij & prædeſt. cap. 3.*
[c] *explicatione art. 7.*

PRIMA propoſitio, *Homo ante omnem gratiam, liberum habet arbitrium, non ſolum ad opera naturalia, & moralia, ſed etiam pietatis, ac ſupernaturalia.*

Probatur primò, ex [a] Auguſt. [b] Driedone, [c] Tappero.

Secundò, quia liberum arbitrium, neque datur, neque tollitur per gratiam, aut peccatum.

Secunda, *habet homo, ante omnem gratiam, potentiam remotam, & imperfectam ad opera pietatis facienda.*

Probatur 1. ex [d] Auguſt. & [e] Driedone. 2. quia intelligi nequit, quomodo ad opera pietatis actiuè concurrat voluntas, niſi habeat, actiuam potentiam, ſaltem dumtaxat, remotam.

Tertia, *Non habet homo, ante omnem gratiam, potentiam proximam, & perfectam, ad opera pietatis: & ideò nihil omninò in hoc genere, ex ſe, facere poteſt.*

Probatur 1. ex Auguſt. [f] *In poteſtate hominis eſt,* (inquit) *mutare in melius voluntatem: ſed ea poteſtas, nulla eſt, niſi detur à Deo: de quo ſcriptum eſt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* 2. Ante gratiam, liberum arbitrium vim non habet de facto operandi bonum: ſed vt ſuam potentiam exerat requiritur neceſſario gratia: ſicut ad videndum, neceſſariò exigitur ſpecies intentionalis. Ergo non habet potentiam proximam ad opera pietatis.

Quarta, *Gratia excitans interna, neceſſariò debet præcedere hominis conuerſionem: nec ſufficit adiuuans gratia.*

Probatur primò, ex Ioan. 9. *Nemo poteſt venire ad me niſi Pater meus traxerit eum.* At tractus non eſt gratia adiuuans, ſed excitans: quia præuenit nolentem, vt faciat volentem.

Secundò ex Concilijs Arauſic. [g] *Nullus miſer, de quantulacumque miſeria liberatur, niſi eum miſericordia diuina præueniat.* Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. & 14. ac can. 3. & 5.

Tertiò, ex PP. Auguſt. [i] *Quod nos ad Deum conuertimus: niſi ipſo excitante, & adiuuante, non poſſumus.* [k] Gregor. Fulgent. [l] *Fruſtra ſermo diuinus exterioribus auribus ſonat, niſi Deus, ſpirituali munere, auditum hominis interioris aperiat.*

Proſpero. [m] *Ad perfectionis incrementum ſemina hæc peruenire non poterunt: niſi opitulatione diuina fuerint excitata.* Bernard. [n] *Conatus liberi-arbitrij, & caſſi ſunt, ſi non adiuuentur, & nulli, ſi non excitentur.*

[d] *libro de prædeſt. SS. cap. 5. Poſſe* (inquit) *habere fidem, & charitatem, naturæ eſt hominum.*
[e] *ſupra.*
[f] 1. *Retrac.* 22.
[g] *can.* 14. *Trident. ſeſſ.* 6. *cap.* 6. & 14. *ac can.* 3. & 5.
[i] 2. *de peccat. mer.* 18.
[k] 11. *Mor.* 5.
[l] *lib. de Incarnat. ad finem.*
[m] *contra Collatorem.* 28.
[n] *lib. de gratia, & libero-arbitrio.*

Quartò, requiritur ad opus pietatis tum exercitium: tum ſpecificatio actus. At gratia adiuuans, ad exercitium equidem ſpectat: ſed gratia præueniens ad ſpecificationem.

Obijcitur Primò. Quomodo ergo aliqui conuertuntur in momento?

Secundò, ſi requiritur ſemper gratia præuiens, non ērit in poteſtate noſtra conuerſio. Quia hæc gratia in noſtra poteſtate non eſt.

Tertiò, fideles peccatores, fidem habent: Ergo per eam orare poterunt, nec requiretur gratia præueniens.

o *lib. de Spiritu & litera. cap. 34.* Quartò, *viſorum ſuaſionibus* (inquit o Auguſt.) *agit Deus, vt velimus, & credamus ſiue extrinſecus per Euangelicas exhortationes, ſiue intrinſecus, vbi nemo habet in poteſtate, quid ei veniat in mentem.* Quibus verbis oſtendit ſufficere extrinſecas exhortationes cum gratia interius adiuuante: nec requiri abſolutè internam gratiam præuenientem: de quâ hîc agimus.

Ad primum, ſi conuerſio accipiatur pro voluntatis actu, quo vocationi conſentimus, fieri in momento. Si includat quidquid p ad reſipiſcentiam ſpectat: non fit in momento: quamuis fiat breuiſſimo tempore.

p *nimirũ gratiam præueniẽtem, & adiuuantem cum noſtra cooperatione.*

Ad 2. negatur, quia Deus ſemper ſuam gratiam offert, quam reijcere & admittere poſſumus ſi velimus.

Ad 3. hanc fidem nihil operari poſſe ad pietatem, niſi præueniatur per gratiam.

Ad 4. gratiam præuenientem tria præſtare. 1. proponit obiectum congruum. 2. excitat mentem ad illud conſiderandum. 3. mouet voluntatem ad acceptandum obiectum. primum præſtari poteſt, per ſolam prædicationem: & de hoc agit Auguſtinus: non autem alia duo.

q *cap. 4. & 5.* Quinta, *Gratia excitans datur homini, ſine vllis meritis præcedentibus, ac ſine vlla præparatione.* vide q ſupra.

Sexta: *Gratia excitans non datur homini, ſine actione*

eius: quamuis ſine cooperatione liberi-arbitrij detur. Nam initium eſt, tum bonæ cogitationis: tum deſiderij boni. Cogitare autem, & deſiderare ſunt vitales actus intellectus atque voluntatis. Quia tamen omnem præueniunt conſenſum: propterea extra liberum dicuntur arbitrium.

Septima, *Ad aſſentiendum gratiæ excitanti, ſeu internæ vocationi requiritur neceſſariò gratia adiuuans.*

Probatur 1. teſtimonio Auguſtini & Concil. Trident. pro quarta propoſitione. 2. ex eodem Auguſt. 32. Enchiridij, *Hominis* (inquit) *voluntatem, & preparat adiuuandam, & adiuuat præparatam.*

Octaua; *Neque gratia excitans, neque adiuuans vllam imponit homini neceſſitatem.*

Probatur 1. Nam *gratia excitans*, ſi tantum ſufficiens ſit: reijcitur reuera: ſi verò efficax ſit, non poteſt quidem ex hypotheſi reijci: abſolute tamen reijci poſſet: quia non determinat voluntatem: ſed eſt ſuaſio inclinans voluntatem, per modum proponentis obiectum. *Gratia adiuuans* dirigẽs, & protegens cum non attingat ipſum actum electionis liberæ: ſed tantum impedimenta remoueat, nullam neceſſitatem inferre poterit. *Cooperans intrinſecus*, concurrit ad modum auxilij generalis. ſicut enim ad naturalia opera exigitur generale auxilium: ſic ſpeciale ad ſupernaturalia. ſicut illud, nuſquã deeſt habentibus formam naturalem: ſic nec iſtud habẽtibus, vel excitantem gratiam, vel infuſas virtutes. Et ſicut illud non impedit libertatem, & contingentiam: ſic nec iſtud. 2. ex Concilio Trident. ſeſſ. 6. can. 4.

Reſpondent, Primò, loqui Concilium quidem de ſpontaneo motu: ſed tamen neceſſario.

Contra. aperte Concilium dixit, *gratiam iſtam recipi, & non recipi poſſe.*

Reſpondent, Secundò, hominem diſſentire poſſe ſi velit: tamen non poſſe id velle, ſi gratiam habeat: & hanc eſſe Concilij mentem.

Contra. 1. ait Concilium, abſolutè, gratiam

reijci poſſe. 2. *non poſſe id velle*, non eſt, *ſolùm non poſſe contrarium actum elicere*: ſed neceſſario determinari ad vnum. At quid eſt hoc, niſi liberum-arbitrium non habere?

Reſpondent, Tertiò, *conſentire, & diſſentire*, eſſe, *gratiam Dei habere*: & non habere poſſe [prout placuerit Deo.]

Contra. id non probat hominem liberi-arbitrij, ſed Deum.

Reſpondent Quartò, loqui Concilium de gratia Excitante, non de Adiuuante.

Contra. 1. vtramque Concilium exprimit. 2. gratia adiuuans datur ne reſpuatur excitans. ſi ergo adiuuans reijci nequit. quomodo poterit excitans?

Nona Propoſitio, *Fieri poteſt vt eadem motione interna quoad ſubſtantiam, duobus adhibita, vnus conuertatur: alius non conuertatur, vnus magis, alius minus proficiat.* Homo enim ſuæ relinquitur libertati. Deus autem pro ſuo beneplacito vnã, & eandem motionem, in vno facit congruentem: in alio non: in vno minus cõgruentem: in alio magis. Ita vt vnus, maiori cum ardore concurrat: alter cum minori: quamuis, ſi vellet, cum maiori concurreret. Etſi enim gratia, non ſit adeo congrua & efficax: ſufficiens eſt tamen. Quare ſicut qui cum maiori ardore concurrit non niſi in Domino gloriari poteſt: ſic neque, qui cum minori, niſi de ſeipſo reprehendi poteſt.

Decima: *Quodlibet opus pium (qualis conuerſio eſt) quatenus opus, à ſolo libero-arbitrio eſt*: quia eius cauſa efficiens, eſt arbitrium liberum: *non tamen ſecluſo auxilio generali. Quatenus pium, à ſola gratia eſt.* quia eſt diuinum ſemen, & auxilium tali conueniens ſemini. *Quatenus opus pium, à libero arbitrio eſt, & gratia ſimul.* quia ab vtroque dependet.

Vndecima: *Ad opera quæ ſequuntur conuerſionis actum, non videtur requiri neceſſario aliqua noua gratia: ſed ſolum continua directio, protectio, ac conſeruatio diuini ſeminis*

ni ſeminis, iam concepti, & formati.

Probatur: quia poſita voluntate efficaci, non eſt dubium quin cætera opera neceſſario conſequantur. Qui vult enim efficaciter vitam mutare, orare, &c. iſta non difficulter exequitur. 2. ex Auguſt. [r] *Certum eſt, nos mandata ſeruare, ſi volumus: ſed quia præparatur voluntas à Domino: ab illo petendum eſt, vt tantam velimus, quantam ſufficit, vt volendo faciamus.* 3. ſicut in operibus intellectus, ex principijs cognitis, poſſumus, diſcurrendo, concluſiones colligere: ſic etiam in operibus voluntatis, ex amore finis: progredi poſſumus ad inquiſitionem, & electionem mediorum, ſine noua inſpiratione.

[r] *libro de gratia & libero-arbitrio ca. 16. Et infra certũ eſt nos facere, cum facimus: ſed ille facit, vt faciamus præbens vires efficaciſſimas voluntati.*

Obijcitur: nos dixiſſe, *nullum poſſe pium opus ſine ſpeciali auxilio Dei, haberi.*

Reſpondeo: id verum: quia omnia opera pia, ex gratia oriuntur: requiruntque ſpecialem directionem, & protectionem.

Duodecima: *habitus gratiæ iuſtificantis à ſolo Deo infunditur non ſine præuia diſpoſitione noſtra.* 1. quia non educitur hæc gratia de potentia naturali, ſed per quandam quaſi creationem producitur: creare autem, ſolius eſt Dei. [2. cum gratia ſit ſupernaturalis ordinis excedit virtutem omnis naturalis agentis.]

Decimatertia: *Iuſtus non indiget ordinariè ad bona opera, gratia excitante: ſed adiuuante.* Si enim homo nondum iuſtificatus non eget, iuxta ſenſum vndecimæ propoſitionis: quanto minus, iuſtificatus? Diximus, *ordinarie*, quoniam in arduis quibuſdam operibus, non eſt negandum, indigere.

Adiuuante indigere, quoad directionem, & protectionem probatur 1. ex Scriptura: [s] *Sine me nihil poteſtis facere.* [t] *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* 2. ex Concilio Arauſ. [v] *Non poteſt natura humana, ſine gratia ſalutem cuſtodire, quam accepit.*

[s] *Ioan. 15. v. 5.*
[t] *Pſal. 126. v. 2.*
[u] *can. 19.*

DE IVSTIFICATIONE

LIBER PRIMVS.

In quo tractatur de Iuſtificatione.

Varia iuſtitiæ, & Iuſtificationis acceptio.

CAP. PRIMVM.

IVSTITIA Eſt ordinis rectitudo. Interdū autem in ſcripturis idem ſonat quod

- 1. *Ius* — Geneſ.30.v.33. *Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea.*
- 2. *Rectitudo ſcripta:* ſiue *iuſtitia legis.* — Pſal. 18. v. 9. *Iuſtitia Domini rectæ.* Rom.2. *v.26. Si præputium iuſtitias legis cuſtodiat.*
- 3. *Rectitudo externorum operū.* Math.5.v.20. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum.* Item Rom.4. v. 2.
  - *vniuerſalis,* ſiue *legalis*: conſtans ex aggregatione virtutum omnium. Iuxta illud. 5. Ethicor. 1. *Iuſtitia virtutes in ſe continet omnes.*
  - *Particularis*
    - *commutatiua.*
    - *Diſtribntiua.*
- 4. *Rectitudo interna,* qua homo in DEū, & proximum ordinatur, diciturque *Iuſtitia ſimpliciter.* Et *Iuſtitia fidei.* Quia à fide incipit. Item *Iuſtitia Dei:* quia à DEO eſt. Atque de hac nobis eſt quæſtio, cum de Iuſtificatione diſſerimus.
  - *habitualis.*
  - *actulis.*

IVSTIFICATIO ſumitur in ſcripturis pro

1. *Ipſa lege iuſtitiam docente.* Pſal. 118. v. 5. *Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.*

2. *acquiſitione iuſtitiæ.* 1. Corinth. 6. v. 10 *ſed ſanctificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis.* Rom. 8. v. 30. *Quos vocauit, hos iuſtificauit.*

3. *incremento iuſtitiæ.* Eccleſiaſtici 18. v. 23. *Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari.* Apocaly. 22. v. 11. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.*

4. Declaratione iuſtitiæ, modo quodam forenſi. Iſaiæ 5. v. 23. *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus.* Luc. 10. v. 29. *Ille autem volens iuſtificare ſeipſum.*

Digitized by Google

Cauſa iuſtificationis.

Cap. II.

Cauſa iuſtificationis.

- **Finalis.**
  - *Gloria Dei, & Chriſti.*
  - *Salus iuſtificatorum.* Rom. 6. v. 22.
    1. Epheſior. 1. *Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorũ per Ieſum Chriſtum in laudem gloriæ ſuæ.* v. 5. 6.
    2. Hebræor. 2. *Decebat eum propter quem omnia, & per quem omnia: qui multos filios in gloriam adduxerat: authorem ſalutis eorum: per paſſionem conſummari.*
    3. Chriſtus eſt caput iuſtorum omnium. At gloria membrorum, ad gloriam capitis pertinet.
- **Efficiens.**
  - *Principalis, ſiue primaria*: Bonitas, ac Miſericordia Dei. Iſaiæ 43. v. 25. Rom. 3. v. 30.
  - *Meritoria*: Paſſio Chriſti Iſaię 53. v. 10. Rom. 3. v. 24
  - *Inſtrumentalis*
    - Coniuncta: nempe humanitas Chriſti. Iſaiæ 53. v. 1. & 2. vide Cyrill. 2. in Ioan. 12. 14. 23.
    - Separata
      - verbum prædicationis. Iacobi 1. v. 18.
      - Sacramenta. de quibus ſufficiẽter. to. 3.
      - Miniſtri Eccleſiæ. 1. Corinth. 3. v. 9. Ioan. 20. v. 23.
- **Materialis.**
  - *Anima ſiue voluntas.*
  - Diſpoſitio præparans ad formam.
- **Formalis.**
  - Intrinſeca: habitus gratiæ.
  - Extrinſeca, ſiue exemplaris: nimirum iuſtitia Chriſti. Rom. 8. v. 29.

Digitized by Google

Qui ſcripſerint de iuſtificatione.

CAP. III.

SCRIPSERVNT de iuſtificatione [a] Ioan. Driedo, [b] Iacobus Latomus, [c] Pighius, [d] Roffenſis, [e] Dominicus à Soto, [f] Petrus à Soto [g] Alphonſus à Caſtro, [h] Vega, [i] Catharinus, [k] Caietanus, Staniſlaus Hoſius, [l] in Confeſſione Polonica: [m] Ioan. à Louanio, [n] Turrianus, [o] Henricus Helmeſius, [p] Theodorus Peltanus, [q] Tiletanus, [r] Sanderus, [ſ] Payua, [t] Tapper, Stapletonus, libro de iuſtificatione, & alij apud Fabritium Leodum in Harmonia confeſſionis Auguſtanæ, Gregorius à Valentia.

[a] *lib. de captiuit. & Redēpt. generis humani tract. 4. cap. 1.*
[b] *lib. de fide, & operibus.*
[c] *controuerſia 2.*
[d] *refutatione artic. Lutheri.*
[e] *lib. 3. de natura, & gratia.*
[f] *Inſtit. Sacerdotum lect. 11. & 12. de Pœnitentia.*
[g] *contra hæreſes.*
[h] *opuſculo de Iuſtificatione.*
[i] *opuſcul. de Iuſtificat. fide, & operibus.*
[k] *de fide, & operibus.*

Quid ſit fides iuſtificans.

CAP. IIII.

HÆRETICI, [v] diſtingunt fidem in *hiſtoriam*, qua credimus vera in ſcripturis narrata: *fidem miraculorum*, qua miracula fiunt: & *fidem promiſſionum*, quæ in promiſſiones diuinas de remiſſione peccatorum fertur, hanc rurſus partiuntur *in genera-*

[l] *à cap. 61. vſque ad 75.* [m] *libro de fide ſpeciali.*
[n] *tractat. de Iuſtificatione.*
[o] *de Iuſtificatione.* [p] *de Iuſtificatione.* [q] *Apologia pro Concil. Trident.*
[r] *lib. de Iuſtificatione.* [ſ] *lib. 6. orthodoxar. explicationum.*
[t] *explicat. articulor. Louanienſ.*
[v] *Caluin. 3. Inſtitut. 2. Kemnit. 1. par. Examina.*

lem,qua omnibus promiſſam credimus ſalutem: *&* *ſpecialem*,qua vnuſquiſque ſibi diuinam promiſſionem applicans,credit,ſiue potius confidit ,peccata omnia per Chriſtum ſibi dimiſſa eamque volunt *iuſtificantem eſſe.* [b] Caluinus autem *pro fiducia*, notitiam poſuit.

[b] *ſup.* §. 7.

Catholici,variam equidem fidei acceptionem in ſcripturis agnoſcunt. ſumitur enim pro [c] *voto*, ac *promiſſione*: pro [d] *conſtantia* in promiſſione ſeruanda: [e] *pro conſcientia*:pro [f] *rebus credendis.* Tamen ipſam fidem,de qua controuerſia eſt , volunt eſſe propriè, *aſſenſum certum,atque firmiſſimum,ob authoritatem primæ veritatis: cuius aſſenſus obiectum ſit , quidquid reuelatur à Deo.*

[c] 1. *ad Timo.* 5. *v.* 12. *Primã fidem irritam fecerunt.*
[d] *Rom.* 3. *v.* 3. *Nunquid incredulitas eorũ, fidem Dei euacuauit.*
[e] *Rom.* 14. *v.* 24. *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.*
[f] *Epheſior.* 4. *v.* 5. *vnus Dominus, vna fides.*

Refellitur hæreticorum error de fide iuſtificante.

CAP. V. & VI.

[a] PRIMÒ, [b] *fides*(inquit Apoſtolus) *eſt ſperandarum ſubſtantia rerum: argumentum non apparentium.* At ideo fides dicitur *ſubſtantia rei futuræ*,quia facit præſentia, ea quæ ſunt alioquin futura: vnde ſubiungitur: [c] *fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei:* dicitur *argumentum* ſiue, *demonſtratio*: quia intellectum facit aſſentiri,non intellectis, *repræſentare* autem & *aſſentiri per iudicium*, ad intellectum pertinet:fiducia verò ad voluntatem ſpectat. Ergo fides non eſt fiducia.

[a] CAP. V.
[b] *Hebræor.* 11. *v.* 1. ἔστι πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.
[c] *v.* 3. πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας.

Secundò, fides aliquando gignit metum,ibidem [d] *fide Noë metuens,aptauit arcam.* At fiducia nuſquam gignit metum.Ergo non eſt fides.

[d] *v.* 7.

Tertiò, ſpecialis miſericordia Dei , non eſt res aliqua ſperanda: ſed donum præſens, aut præteritum, vt [e] aduerſarij concedunt. At in ea definitio-

[e] *qui volunt ad ſuam illam pertinere fidẽ,*

ne Pauli, omnes res ſperandæ ponuntur pro obiecto fidei: [t] multaque, in eo capite, tribuūtur fidei: quæ ad ſpecialem miſericordiam remiſſionis peccatorum non ſpectant. Ergo fides non reſtringitur ad ſpecialem illam miſericordiã, & fiduciam in ea.

Quartò, ad fidem iuſtificantem refert Paulus intelligentiam aptationis ſeculorum: & patrationem miraculorum, hæc autem excludunt hæretici à ſua fide iuſtificante, ſiue fiducia. Ergo hæc non eſt re-uera fides iuſtificans.

Reſpondet Kemnitius. 1. multa eſſe fidei obiecta: verùm quæſtionem eſſe, *quodnam illorum proprie reſpiciat fides iuſtificans*. 2. Apoſtolum agere, de variis exercitiis fidei, non autem de obiecto.

Ad 1. vel ad vnam, & eandem fidem ſpectant ea omnia obiecta propriè: vel non, ſi poſterius mentitur Paulus qui ad vnam & eandem refert: ſi prius, cum ea ſit fides iuſtificans: hæc propriè vnumquodque reſpiciet eorum.

Ad 2. reſpondeo, 1. mirum videri Apoſtolum definiuiſſe fidem iuſtificantem: atque de ea adeo accurate diſſerere: nec tamen variis propoſitis obiectis proprium obiectum ſemel attigiſſe. 2. fides quæ verſatur circa hæc exercitia eſt iuſtificans iuxta Paulum. At fiducia illa hęreticorum non ita verſatur. Ergo nõ eſt illa fides de qua loquitur Paulus.

[g] Quintò, Rom. [h] *Non infirmatus eſt* (ſcilicet Abraham) *fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, & emortuam vuluam Saræ. In repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia* (id eſt incredulitate, in Græco ἀπιςίᾳ) *ſed confortatus eſt fide dans gloriam Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcumque promiſit Deus, potens eſt, & facere: & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. At conſiderare,* & *pleniſſimè ſcire*, ad intellectum pertinēt. Ergo, &c.

Sextò, 2. Corinth. 10. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.* Quare non dixit, *captiuantes voluntatem*: niſi quia, fides captiuans, ad intellectum ſpectat?

vt vnuſquiſque credat, ſibi eſſe remiſſa peccata.

[t] *vt credere aptata eſſe ſecula verbo Dei: accedentem ad Deum, credere, quia eſt, &c.*

[g] CAP. 6.

[h] *v. 19.* μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, *centũ annorum ferè cum eſſet.* καὶ νέκρωσιν τῆς μήτρας σάῤῥας. *v.* 20. εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει. δοὺς δόξαν τῷ θεῷ.

[i] *v.* 5.

Septimò, [k] Apoſtolus diſtinguit fidem à ſpe. At Fiducia nihil aliud eſt, quam ſpes roborata.

Octauò, actus Fidei eſt *credere* : nec vſquam in ſcripturis dicitur fidere. Ergo fides non eſt fiducia.

Reſpondet Kemnitius, quatuor ſpectare ad Fidem .1. notitiam, ſiue cogitationem promiſſionum Dei. 2. aſſenſum, quo vnuſquiſque hanc promiſſionem ad ſe pertinere ſtatuit. 3. deſiderium iuſtificationis, ortum ex notitia, & aſſenſu. 4. fiduciam accedendi ad thronum gratiæ: quæ fiducia iuſtificationem apprehendit. duo priora ad intellectum quidem pertinere: ſed duo poſteriora ad voluntatem ſpectare.

Contra. 1. nequit vna ſimpliciſſima virtus, qualis eſt fides ad diuerſas, genere, potentias, pertinere, quonam ergo ex his quatuor enumeratis propriè fides erit? Si dicas vnum ex duobus primis. Ergo fides ad intellectum pertinet. Si vnum ex poſterioribus, deberet probari. Quia argumenta noſtra demonſtrant Fidem ad voluntatem non ſpectare. 2. [l] Auguſtinus docet, *credere*, nihil aliud eſſe niſi, *cum aſſenſu cogitare*, hic autem nullus concurrit voluntatis actus.

Obiicit Kemnitius. 1. actus voluntatis, & intellectus [m] tribui cordi. Ergo fidei etiam poterunt tribui.

Negatur conſeq. quia cor eſt ſubiectum tam intellectus, quam voluntatis. Non autem Fides.

Secundò, [n] Bonauentura docet, pertinere Spem ad intellectum ratione certitudinis: & tamen conſtat ad voluntatem Spem attinere. Ergo vna virtus poterit eſſe potentiarum duarum.

1. Negatur prima pars Antecedentis. Nam contrarium docet Bonauentura: nimirum Spem ratione certitudinis ad voluntatem pertinere. 2. poni Spem in intellectu ratione certitudinis, cauſaliter: nō eſſentialiter. Ideò enim Spes certa eſt, quia

[k] *1. Cor. 13. v. 13. Epheſior. verò 3. v. 12. diſtinguitur Fides à Fiducia ipſa : In quo* (inquit *Paulus*) *habemus fiduciam, & acceſſum in cōfidentia, per Fidem eius. Si nāque hîc non diſtingueretur* Fides à *Fiducia. ſenſus eſſet: habemus acceſſum in confidētia, per confidentiam.*

[l] *de prædeſt. S.S. cap 2.*

[m] *Math 9. v. 4. vt quid cogitatis mala in cordib. veſtris. Math. 22. v. 37.* Diliges Do*minum Deum tuum ex totò corde tuo, &c.*

[n] *3. diſt. 26. ar. 1. q. 5.*

præſupponit certitudinem fidei de omnipotentia, & fidelitate Dei.

Fidem Iuſtificantem non tam eſſe notitiam quam aſſenſum.

CAP. VII.

PRIMÒ, [a] *ſi nouerim myſteria omnia & omnem ſcientiam: Et ſi habuero omnem fidem*,&c. Quibus apertè diſtinguitur notitia, ſiue ſcientia, à fide.

Secundò, vbi eſt notitia veritatis, non captiuatur Intellectus ad credendũ: quia videt. At [b] Paulus per Euangelij prædicationem ait ſe captiuare intellectum ad obediendum fidei.

Tertiò, ex PP. Irenæo: [c] *Melius eſt nihil omnino ſcientem credere Deo, & perſeuerare in eius dilectione, quæ hominem viuificat: quam per quæſtionum ſubtilitates, & multiloquium in impietatem cadere.*

Clemente Alexandr. [d] *Illa* (ſcilicet fides) *etiam abſque literis diſcitur.* Hilario: [e] *habet non tam veniam, quam præmium, ignorare quod credas: quia maximum ſtipendium fidei eſt, ſperare quæ neſcias.*

Aug. [f] *ſi propter eos ſolos Chriſtus natus eſt, qui certa intelligentiâ poſſunt iſta diſcernere, penè fruſtra in Eccleſia laboramus.*

Proſpero: [g] *Dicente Apoſtolo, niſi credideritis, non intelligetis, datur intelligi, quod non fides ex intellectu. ſed ex fide Intellectus exiſtat: nec qui intelligit credat, ſed qui credit intelligat.*

Quartò, in credente duo ſunt: *Apprehenſio* & *Iudicium* ſiue *aſſenſus*. Apprehenſio non ſpectat intrinſecè ad fidem: quia Infideles poſſunt apprehẽdere myſteria fidei. Et quamuis ſpectaret: non tamen quatenus notitia eſſet. Nam ad notitiam re-

[a] 1. *Corinth.* 13. *v.* 2.
[b] 2. *Corinth.* 10. *v.* 5.
[c] 2. *cap.* 45.
[d] 3. *Pædagogiæ* 11.
[e] 8. *Trinit. ante medium.*
[f] *epiſt.* 102. *Item: contra epiſt. Fundamenti cap.* 4. *Turbam non intelligendi viuacitas: ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit, & tract.* 40. *in Ioan. Non quia cognouerunt: crediderunt: ſed vt cognoſcerent crediderunt. Quid enim eſt Fides, niſi credere quod non vides?*
[g] 1. *de vita contemplatiua cap.* 19.

quiritur diſtincta rei perſpexio. At quã plurimi rudes, ſine hac diſtincta cognitione fidẽ habẽt? Iudicium autem duplex eſt, vnum ſequens euidentiam rei: alterũ authoritatem dicentis. prius dicitur quidem notitia: ſed conſtat illud non ſpectare ad fidem. Reſtat ergo poſterius, quod proprie ſit Fides.

Obiicit Caluinus: Ab [h] Apoſtolo damnari, *ſemper diſcentes: & nuſquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.*

Reſpondeo, nos non excludere ſcientiam in fidelibus: ſed contendimus ſolùm illam non ſpectare ad Fidem.

[h] *2. ad Timo. 3. v. 7.*

[i] *[neque excuſare curioſos illos qui cum de omnibus quærant: nihil aut parũ de aliquo vno ſolidè intelligunt.]*

Fidei Iuſtificantis obiectum non eſſe ſpecialem Miſericordiam, ſed omnia reuelata à Deo.

CAP. VIII.

PRobatvr Primò, fides, quam exigebat Chriſtus in eiuſque cõfirmationem faciebat miracula, erat fides iuſtificans. At non [a] exigebat fiduciam circa ſpecialem miſericordiam illam.

Secundò, Phariſæus habebat ſpecialis beneuolentiæ fidem. Nam gratias agebat Deo: ne dicas putaſſe, à ſeipſo iuſtitiam habere. Publicanus contra: de hac beneuolentia diffidebat. Et tamen hic iuſtificatus deſcendit, ille repulſus fuit.

Tertiò, Marci vlt. ad fidem, de qua dixerat Dominus: [c] *qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus*

[a] *Math. 9. v. 28. Creditis, quia hoc poſſũ facere? cap. 16. v. 16. & 17. Ioan. 1. v. 47. & 50. Ioan. 11. v. 25. Ego ſum Reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet. Ioan. 14. v. 11. Non creditis. quia ego in patre, & pater in me eſt? Ioan. 20. v. 29. Quia vidiſti me Thoma credidiſti. At quid crediderat: niſi Chriſtum eſſe dominum Deum? Marci 1. ambigebat Leproſus de voluntate Domini. Alioquin non dixiſſet: Si vis, potes me mundare: Et tamen in fide ſua ſanatus eſt.*

[b] *Luc. 18.* [c] *verſ. 16.*

erit, & proinde iuſtificantem, refert ipſemet patrationem miraculorum: [d] *Signa* (inquit) *eos qui crediderint hæc ſequentur: In nomine meo Dæmonia eijcient,* &c. At fides miraculorum non reſpicit, tanquam obiectum, ſpecialem miſericordiam remiſſionis peccatorum.

Quartò, conciones P[redacted] & Pauli in [e] Actis quibus explicatur doctrina fidei, nullam faciunt mentionem ſpecialis huius miſericordiæ.

Quintò, Rom. 10. [f] *Hoc eſt* (inquit Paulus) *verbum fidei, quod prædicamus: quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quia Deus eum ſuſcitauit à mortuis: ſaluus eris.*

Sextò, 1. Corinth. 15. explicans Paulus quæ prædicauerat Corinthiis: huius miſericordiæ non meminit.

Septimò, 1. Ioan. 5. [g] *Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt.* [h] *Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius Dei?*

[d] *v.* 17.
[e] *cap.* 2. 4. 10. 13. 17.
[f] *v.* 8. τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν. *v.* 9. ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ.
[g] *v.* 1. Πᾶς ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται.
[h] 4. αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη ἡ νικήσασα τὸν κόσμον ἡ πίστις ἡμῶν. *v.* 5. τίς ἐστὶν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

Probatur ex traditione Eccleſiæ.

CAP. IX.

PRIMÒ, omnia Symbola, in quibus, quid credendum ſit, traditur, nuſquam huius miſericordiæ meminerunt. Id aduerſarij negant. 1. quia in Symbolo credimus Eccleſiam ſanctam: id eſt nullum eſſe amplius in Eccleſia peccatum. 2. quia expreſſus extat articulus, de remiſſione peccatorum.

Ad primum, *Credi ſanctam*, non quod careat malis, ſicut probatum eſt, tom. [a] 2. ſed quia nihil, niſi ſanctum docet.

Ad 2. hunc articulum non ſpectare ad ſpecialem beneuolentiam, per quam vnuſquiſque confidat

[a] *lib.* 3. & 4. *de Eccleſia.*

ſibi remiſſa eſſe peccata, ſed ad generalem: qua credimus, in Eccleſia, poteſtatem eſſe remittendi peccata, per Sacramentorum applicationem.

Secundò, [b] Irenæ. [c] Tertull. [d] Baſil. [e] Cyril. Hieroſoly. [f] Nazianz. [g] Chryſoſt. [h] Emiſſen. [i] Ruffin. proponendo, vel explicando fidei articulos: nec quidem ſemel huius hæreticorum ſpecialis fidei memoriam fecerunt.

Auguſt. verò, poſtquam multa de fide, & ſpe [k] diſputauit. *Quæ cum ita ſint* (inquit) *propter has cauſas, diſtinguenda erit fides à Spe,* (& proinde à fiducia) *ſicut vocabulo ita & rationabili differentia.*

Leo: [l] *Hoc eſt* (inquit) *quod iuſtificat impios, hoc eſt quod ex peccatoribus facit ſanctos, ſi in vno eodemque Domino noſtro Ieſu Chriſto, & vera deitas, & vera credatur humanitas.*

[Tertio, ex [m] Concilio Trident. *Si quis dixerit, Fidem iuſtificantem, nihil aliud eſſe, quam fiduciam diuinæ miſericordiæ, peccata remittentis propter Chriſtum: vel eam fiduciam, ſolum eſſe, qua iuſtificamur: Anathema ſit.*]

Probatur rationibus.

CAP. X.

PRIMA, fides iuſtificans in ſolum Dei verbum collimare debet. At in verbo Dei nuſquam inuenitur annuntiata remiſſio peccatorum abſolute particularibus niſi paucis: vt [a] paralytico, [b] Peccatrici, [c] Adulteræ, [d] Zachæo [e] Latroni. Igitur nequeunt cæteri homines ex verbo Dei credere, ſibi remiſſa peccata eſſe.

Reſpondent, generalem eſſe promiſſionem: [f]

[b] 1. cap. 2. 3. 4.
[c] aduerſus Praxeam.
[d] orat. de confeſſione fidei.
[e] Catech. 5.
[f] orat. in Sanctum Lauacrũ: & in tractatu de fide Nicana.
[g] duabus homiliis de Symbolo.
[h] duabus item homiliis de Symbolo.
[i] explicatione Symboli.
[k] cap. 8. Enchiridij.
[l] ſerm. 4. de Epiphan. Proſper 1. de vita contemplatiua cap 18. & 19. Fulgent. 1. de Fide ad Petrũ in ipſo prolog. Bernard. ſerm. 6. in Vigilia Natiuitatis.
[m] ſeſſ. 6. can. 12. de Iuſtificatione.

[a] *Math. 9. verſ. 2.* [b] *Luc. 7. verſ. 48.*
[c] *Ioan. 8. verſ. 11.* [d] *Luc. 19. verſ. 9.*
[e] *Luc. 23. verſ. 43.*
[f] *Ioann. 5. ver. 36.* ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

Qui credit in filium, habet vitam æternam. At particularis promiſſio in generali continetur. Ergo.

Contra. 1. nuſquam ſcriptura dixit, *qui credit ſibi remiſſa eſſe peccata, habet vitam æternam*: ſed *qui credit in filium* id eſt, ipſomet Ioanne interprete, [g] *Qui credit Ieſum eſſe filium Dei.* 2. Maior propoſitio eſt conditionata, nimirum ſi credas. Ergo abſolutam promiſſionem particularem inferre nequit. Nec enim ſcriptura vſquam abſolutè affirmauit, hunc, vel illum credere 3. non ſufficit ad iuſtificationem, *credere*: ſed oportet *toto credere corde*, quod nullus de ſeipſo aſſerere valet.

Secunda ratio, fides iuſtificans præcedere [h] debet iuſtificationem: nam fides eſt iuſtificationis cauſa. At fides ſpecialis miſericordiæ, iuſtificationem ſequitur. 1. quia ſi præcedat, falſa erit: credes enim remiſſa tibi peccata, cum tamen nondum adſit remiſſio. 2. quia pendet à conſcientia bona, & perſeuerantia in dilectione Dei. Pſal. [i] 4.

Tertia, fides illa ſpecialis tollit orationem, Sacramenta, & opera bona. Nā ſi certo credo mihi remiſſa peccata: quomodo cum publicano dicere potero? *Deus propitius eſto mihi peccatori*: aut cum Eccleſia, *Dimitte nobis debita noſtra.* Ergo hæc fides non iuſtificans, ſed exitialis eſt.

Quinta, fides iuſtificans tranquilitatem animi parit. At [k] Caluin. non ſolum vult, per hanc fiduciam, certò credendum, remiſſa eſſe peccata: ſed planè cognoſci, *nos ſpectare ad prædeſtinatorum numerum*: ac fidem ſemel habitam nuſquam amitti poſſe. Quę prorſus impoſſibilia ſunt. quare hæc ſpecialis fides ſiue fiducia non niſi perturbationis generare poterit. Ergo Iuſtificans non erit.

[g] *1. Ioan. 5. v. 1. & 5.*

[h] *ſaltem natura.*

[i] *v. 6. Sacrificate Sacrificiū iuſtitiæ, & ſperate in Domino. 1. Ioan. 3. v. 21. Si cor noſtrum non reprehēderit nos, fiduciam habemus ad Deum.*

[k] *3. Inſt. 2.*

[l] *tot vanitatis receſſus ſunt* (inquit Caluinus ibidem) *tot mendacij latebris ſcatet cor humanum: tam fraudulenta hypocriſi obtectum eſt: vt ſeipſum ſæpè fallat. At verò qui talibus fidei ſimulachris gloriantur, intelligant diabolis nihilo ſe in hac parte præcellere.*

Soluuntur obiectiones.

Cap. XI.

PRIMA, Hebræorum 11. vocatur fides *ſubſtantia*, Græce ὑπόςασις *rerum ſperandarum.* At ὑπόςασις ſignificat expectationem ſiue fiduciam 1. ex Pſal. 38. [m] *Quæ eſt expectatio mea? nonne Dominus*, & תּוֹחַלְתִּי *tochalti expectatio mea*, in vulgata verò editione: *ſubſtantia mea apud te eſt*. 2. cum dixiſſet Paulus [n] *ſi fiduciam, & gloriam ſpei vſque in finem, firmam retineamus*: paulo poſt in eandem ſententiam ait: *Participes Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ eius, vſque in finem firmũ retineamus*, vbi quod priori loco *fiduciam*: *poſteriori ſubſtantiam nominat.*

Reſpondeo, 1. Chryſoſt. linguæ Græcæ peritiſſimum per ὑπόςασιν non intellexiſſe *expectationem*: ſed: [p] *Quoniam* (inquit) *ea quæ ſunt in ſpe: ſine ſubſtantia eſſe putantur, fides ei tribuit ſubſtantiam: magis autem eis non tribuit, ſed ipſa eſt eſſentia eorum: vt puta, Reſurrectio*: nec dum facta eſt, & nec dum *eſt ſubſtantia: ſed fides facit eam ſubſiſtere, in anima noſtra: hoc eſt, quod dixit*, Subſtantia.

Ad 1. probationem. Septuaginta non ignorantes per *Expectationem*, ibi ſignificari *rem expectatam*, quæ eſt *vita æterna*, ac *vera ſubſtantia*, ideò vertiſſe, ὑπόςασιν.

Ad 2. per *initium ſubſtantiæ Chriſti*, non ſignificari, *initium fiduciæ*: ſed nouæ creaturæ, nimirum fidem, cum enim iuſtificamur, formatur Chriſtus in nobis: huiuſque principium formationis eſt *Fides.*

Reſpondeo 2. etſi nomen *ſubſtantiæ*, ibi expectationem ſignificaret; tamen cum ſit rerum futurarum: nimirum vitæ æternæ ac reſurrectionis: non poterit hæc expectatio fides iuſtificans eſſe, etiam

[m] *v. 11. apud Hebræos Pſal. 39. v. 8.*

[n] *Hebr. 3. v. 6.* ἐὰν περ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν.

[o] *v. 14.* μέτοχοι γεγόναμεν τοῦ χριςοῦ, ἐάν περ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποςάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν.

[p] *homil. 12. in epiſtolam ad Hebræos eodẽque modo hunc Pauli locũ interpretantur ceteri Græci PP.*

ſecundum aduerſariorum doctrinam. Nam volunt hac fide remitti, aut remiſſa eſſe peccata, noſque iuſtos reputari à Deo. Ergo non erit expectatio, qua expectamus, vt iuſti reputemur.

Secunda, dicitur in ſcripturis, fides, *fiducia*. 1. [q] *Qui contra ſpem in ſpem credidit* (Abraham) [r] *Non haſitauit diffidentia*. 2. [s] *Quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis*. 3. [t] *Poſtulet autem in fide nihil haſitans*. 4. [u] *Credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis*.

Reſpondeo, his omnibus locis accipi *fidem*, vt nos accipimus, non autem pro *fiducia*: quamuis ingenuè fateamur fidem fiduciam gignere poſſe impetrandi quod petitur: ſi rectè petatur. Ad primum teſtimonium, ſenſum eſſe: *crediſſe Abraham, ob diuinam promiſſionem*, ſe poſſe ex Sara ſperare filium. Ad 2. ad fidem proprie dictam ſpectare: ſed intelligitur cum conditione, ſi *recta petamus*: & expediat nobis, tunc enim credere debemus nos accepturos quæcumque petamus. Ad 3. excludi tantum dubitationem contrariam Fidei. Ad 4. explicari [x] cum dicitur. *Credite prophetis eius*: id eſt verbis prophetarum: *& cuncta euenient proſpera*. quibus apertè cōſtat agi de fide qua reuelata creduntur.

Tertia, Math. [x] 6. [y] 8. [z] 14. arguuntur diſcipuli modicæ fidei, ob fiduciæ defectum.

Reſpondeo, id merito, quia fiducia ſicut & fortitudo oritur ex Fide: nec tamen ſunt propterea confundendæ inter ſe.

Quarta, Rom. 4. [a] *Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam, firma ſit promiſſio*. Id eſt ſicut in humanis contractibus, non eſt rata donatio, vel promiſſio, donec is acceptauerit, cui facta eſt: ſic etiam promiſſio remiſſionis peccatorum, non eſt firma: ſcilicet non ſortitur effectum: niſi homo per fidem amplectatur illam, ac dicenti Deo, *Remittuntur tibi peccata tua*, dicat homo, *Credo remitti mihi peccata*. Alioquin ſi intelligeretur fides hiſtorica, eſſet ineptiſſima Pauli ſententia.

[q] *Rom. 4. v.* 18. ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν.
[r] *v.* 20. οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ.
[s] *v.* 24. πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν.
[t] *Iacobi* 1. *v.* 6. αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος.
[u] 2. *Paral.* 20. *v.* 20.
[x] *ibidem.*
[x] *v.* 30.
[y] *v.* 26.
[z] *v.* 31.
[a] *v.* 16. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι.

Reſpondeo, per *Fidem*, non intelligi fiduciam: ſed dogmaticam Fidem,(quam illi hiſtoricam vocant) vt patet ex illis : [b] *Sed confortatus eſt fide: dans gloriam Deo: pleniſſimè ſciens,* &c. Per *promiſſionem*: non intelligi promiſſionem remiſſionis peccatorum: ſed factam Abrahæ quod pater futurus eſſet multarum gentium: ſicut conſtat ex his : vt firma ſit promiſſio omni ſemini: non ei qui ex lege eſt ſolum: ſed ei qui ex Fide eſt Abrahæ : qui pater eſt omnium noſtrum, &c.

[b] *v.20.21.*

[c] *v.16. ὀυ τῷ ἐκ τῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως ἀβραὰμ, ὅς ἐστὶ πατὴρ, πάντων ἡμῶν.*

Quinta, fides non iuſtificat. 1. vt reſpicit in verbo Dei res geſtas: quia potius pauores auget, & deſperationem. 2. vt reſpicit comminationem: quia potius fugere compellit à Deo. 3. vt reſpicit leges quia exactã requirunt obſeruationẽ, quæ á nobis præſtari nequit 4. vt reſpicit generales promiſſiones: quia promiſſio tranquillitatem non affert, niſi in ſpeciali applicetur. Ergo illa ſola iuſtificat quæ fiducia ſpecialis eſt miſericordiæ Dei.

Negatur Antecedens. Ad 1. & 2. reſpondeo 1. fidem pauores augendo iuſtificare : non ſecuritatem afferendo : ſed à peccato reuocando: & ad Iuſtitiam diſponendo 2. hiſtoriâ mortis Chriſti non ſolùm proponi ſummã in Dei peccatores iram: ſed etiam Chriſtum pro peccaroribus ſoluiſſe pretium : quod non mediocrem generat conſolationem 3. multas hiſtorias eſſe : quæ in ſpem peccatorem erigunt vt conuerſionis Pauli, Matthæi, Zachæi, Magdalenæ. Ad 3. fidem ideò iuſtificare proponendo leges : quia ad bene viuendum excitat: docetque poſſe non viribus naturæ: ſed auxilij Dei, leges obſeruari Ad 4. reuera debere generales applicari promiſſiones : ſed non applicari per fiduciam qua quis credat certo ſibi remiſſa peccata: [quia nulla particularis applicatio, debet excedere vim promiſſionis generalis] nulla autem eſt generalis, qua promittatur remiſſio peccatorum, cuicumque credenti ſibi eſſe remiſſa peccata : ſed includit ſemper conditionem penitentiæ & applicationis Sacramentorum.

Sexta, ſine conditione Ioannes ait: [d] *Hæc ſcribo vobis, qui creditis in filium Dei, vt ſciatis, quia vitam habetis æternam.* d 1. *Ioan.* 5. *v.* 13.

Negatur. Nam conditio ſemper intelligitur: ſi credant: nec enim niſi verè credentibus vita promittitur æterna.

Solam fidem non Iuſtificare per modum diſpoſitionis.

CAP. XII. XIII. XIIII.

[a] LVTHERVS, [b] affirmauit *ſolam fidem formaliter Iuſtificare.* Alij nunc ferè omnes hæretici volunt eam ſolam Iuſtificare non per modum cauſæ formalis: aut efficientis Phyſicæ, vel meritoriæ: ſed ſolum relatiuè: quia reſpicit, & recipit oblatam Indulgentiam, qua Deus non imputat peccata.

a CAP. 12. b *in 2. ad Galatas.*

[c] At *ſolam. Fidem non Iuſtificare per modum diſpoſitionis ſiue non eſſe ſolam Iuſtificationis diſpoſitionem*, Septem argumentis probatur.

c CAP. 13.

Primum. *Fides eſt ſolum initium Iuſtificationis: ſiue prima ad Iuſtificationem diſpoſitio. Ergo ſola non Iuſtificat per modum diſpoſitionis.* Conſequentia eſt clara. Antecedens probatur.

Primò, [d] Apoſtolus ordinem Iuſtificationis diſtribuens ponit 1. miſſionem prædicatorum 2. Euangelij prædicationem 3. Fidem 4. inuocationem Dei. 5. ſalutem ſiue Iuſtificationem ipſam. Ex quibus miſſio, & Prædicatio extra nos ſunt: quarum prima diſpoſitio in nobis erit. Fides: deinde inuocatio Dei & cætera ſi quæ ſunt. Ergo Fides non eſt ſola diſpoſitio.

Secundò, timor concurrit etiam ad ſalutem 1. quia [e] *qui ſine timore eſt, non poterit Iuſtificari.* 2. [f] *Timor domini eſt initium Sapientiæ* 3. [g] *A timore tuo*

d *Rom.* 10. e *Eccleſiaſt.* 1. *v.* 28. f *Pſal.* 110. *v.* 9. *Prouerb.* 1. *v.* 7. *Eccleſiaſt.* 1. *v.* 16. g *Iſaiæ* 26. *v.* 17. 18 *iuxta Interpretationem Septuaginta.*

Digitized by Google

concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis 4. [h] *Timor Domini, fons vita* 5. [i] *Timor Domini expellit peccatum* 6. quia per timorem fugimus mala & remedia querimus.

Tertiò, quia ſpes ad iuſtificationem quoque ſpectat. 1. [k] *Qui ſperat in Domino ſanabitur.* 2. [l] *Saluabit eos quia ſperauerunt in eo.* 4. [m] *Quoniam in me ſperauit, liberabo eum.* 5. *Nemo* (inquit [n] Ambroſius) *poteſt bene agere Pœnitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam.* Quartò requiritur etiam ad iuſtificationem pœnitentia, & propoſitũ percipiendi Sacramenta: atque vitæ nouæ. vide tom. 3. tract. de Sacram. pœnit. [o]

Quartò, requiritur etiam dilectio. 1. *Qui timetis Dominum diligite illum: & illuminabuntur corda veſtra.* 2. [p] *Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* 3. [q] *Neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: ſed fides quæ per dilectionem operatur.* 4. [r] *Tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.*

Obijcitur, Primò: Nemo diligit Deum, niſi [s] habeat inhabitantem Spiritum ſanctum. Ergo dilectio non præcedit iuſtificationem: & proinde diſpoſitio non erit.

Secundò, nemo poteſt diligere Deum, niſi credat eum ſibi pacatum. Ergo dilectio iuſtificationem ſequitur.

Tertiò, Deus, prius diligit, quam diligatur. At diligendo, iuſtificat.

Ad primum, verum eſſe Antecedens, de dilectione conſummata: falſum de inchoata.

Ad 2. negatur Antecedens ſi credatur Deus iuſte iratus: & tamen in miſericordiam propenſus.

Ad tertij, Minorem, Deũ diligendo nos, vel iuſtificare: vel ad iuſtificationem perfectam præparare.

[t] Argumentum ſecundum. *Si tota vis iuſtificationis dumtaxat in ſola fide reſideret: poſſet abſentibus alijs virtutibus iuſtificare: ſiue ſufficeret ad iuſtificationem recipiendam.* Nam, iuxta aduerſarios, fides relatiuè

[h] *Prouerb.* 14. *v.* 27.
[i] *Eccleſiaſt.* 1. *v.* 27. *Auguſt. tract.* 9. *in ep. Ioan. Baſil. in Pſal.* 33. *Hier. in* 1. *Malachiæ. Gregor. homil.* 34. *in Euang.*
[k] *Prouerb.* 28. *v.* 25.
[l] *Pſal.* 36. *v.* 41.
[m] *Pſal.* 90. *v.* 14.
[n] 1. *de Pœnit. cap.* 1. *Aug. de catech. rudib. cap.* 4. *Cypr. ſer.* 5. *de lapſis.*
[o] *Eccleſiaſt.* 2. 10.
[p] *Luc.* 7. *v.* 47.
[q] *Galat.* 5. *v.* 6.
[r] 1. *Ioan.* 3. *v.* 14.
[s] *Rom.* 5. *v.* 5.
[t] CAP. 14.

iuſtificat. Igitur poſita fide in homine, eodem momento erit iuſtitia: quia relatiua ſunt ſimul. *At fides ſine dilectione*, [u] *mortua eſt.* Ergo, &c.

Fidem veram à charitate aliiſque virtutibus ſeparabilem eſſe.

Cap. XV.

PRIMÒ, Ioan. 12. [a] *Multi ex principibus crediderunt in eum: ſed non confitebantur. Dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam gloriam Dei.* Agi de vera fide probatur. 1. quia ibidem, eadem phraſi, dicitur de vera fide: [b] *Multi propter illum* (Lazarum) *abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.* [c] *Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui me miſit*, &c. 2. ex Auguſt. *Videte quemadmodum notauerit Euangeliſta: & improbauerit quoſdam, quos tamen in eum crediſſe dixit: qui in hoc ingreſſu fidei, ſi proficerent, amorem quoque humanæ gloriæ proficiendo ſuperarent.* ficta autem fide nemo proficere poteſt & humanam calcare gloriam. Ergo, &c.

Secundò, [d] *Si habuerim* (inquit Paulus) *omnem fidem, ita vt montes transferam, Charitatem autem non habuero nihil ſum.*

Reſpondent, ducere Paulum argumentum ab impoſſibili: quaſi diceret: *ſi fieri poſſet Fidem à Charitate ſeparari: nihil eſſet Fides.* quomodo dixerat. *Si linguis Angelorum loquar.*

Contra. 1. non argumentatur ab impoſſibili: cum ait, *ſi linguis Angelorum*, &c. ſed ab hyperbole. ſenſus enim eſt. *etſi eloquentiſſimus, ac ſcientiſſimus eſſem*, &c. tamen ſine charitate id nihil mihi prodeſſet. Ergo ſicut ſcientia, & eloquentia poſſunt ſine charitate eſſe, ita & Fides. 2. loquitur

[u] 1. Ioan. 3. v. 14. *Qui non diligit, manet in morte. Aug. lib. de natura & gratia cap. vlt. inchoata Charitas* (inquit) *inchoata Iuſtitia: perfecta Charitas, perfecta iuſtitia eſt.*

[a] v. 42. ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς φαρισαίους, *ſed propter Phariſæos* οὐχ ὡμολόγουν. v. 43. ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ.

[b] v. 11. πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν.

[c] v. 44. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλὰ εἰς τὸν πέμψαντά με.

[d] 1. Cor. v. 2.

ibi de fide miraculorum, quam eſſe iuſtificantem patet: quòd eam poſtea cum [c] charitate ac ſpe enumeret. At fidem miraculorum ſine charitate eſſe poſſe: docet Chriſtus. Math. 7. [f] *Multi mihi dicent in illa die*, &c. 3. etſi nequirent ſeparari: quia tamen Paulus manifeſtè ait, fruſtra Fidem eſſe, ſine Charitate: ipſa Fides non iuſtificabit, niſi quatenus Charitate iuuatur.

[c] *v. vltimo.*

[f] *v. 22.*

Tertiò, Iacob. 2. [g] *Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides ſaluare illum?*

[h] Reſpondent, loqui de inani quadam articulorum fidei cognitione.

[g] v 14. τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ, μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν.

[h] *ita Caluin. 3. Inſtit. 2. & 17.*

Contra. 1. eam abſolute Iacobus fidem appellat. 2. de eadem loquens, ait fidem Abrahami cooperatam fuiſſe operibus eius. Abraham autem veram habuit fidem. 3. [i] aſſerit Iacobus hanc fidem iuſtificare, quamuis non ſolam. At vmbra fidei nullo iuſtificat modo. 4. quia [k] PP. ſemper hunc locum de vera intellexerunt fide.

[i] *v. 24 videtis, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum.*

Obijcitur Primò, non dixiſſe Iacobum: *Quid proderit ſi quis habeat fidem?* ſed: ſi quis dicat ſe habere? 2. eam cum fide dæmonum comparat. 3. mortuam ait ſine charitate, at quod mortuum: nihil eſt.

[k] *in 5. ad Gal. Chryſoſt. hom. 2. in Geneſ. & 2. in epiſt. ad Philemo. Aug. 21. Ciuit. 26. Cyrill. 10. in Ioan. 18.*

Ad 1. nihil referre quomodo dixerit. Nam reprehendit eos qui ſuam fidem iactabant. At certe non iactabant ſe fidei vmbram habere. Ergo non intendit de ſola fidei vmbra loqui Iacobus: alioquin facilè reſponderi poſſet. *tu loqueris de vmbra fidei: nos autem veram fidem habere dicimus.*

Ad 2. dæmones reuera veram habere fidem ex parte obiecti ſicut Auguſtinus [l] docet quamuis pia voluntate careant captiuante intellectum in obſequium Chriſti.

[l] *libro de vnico Baptiſmo cap. 10.*

Ad 3. non dici mortuam fidem, inſtar hominis mortui: quia vita non eſt de eſſentia fidei, ſicut eſt hominis: ſed inſtar corporis mortui: quodquidem eſt, verùm non viuit.

Quartò, [m] ſcriptura docet, in Eccleſia malos

[m] *Math. 3. v. 12. cap. 13 in ſimilitudine piſcium bonorũ, & malorum.*

eſſe, & bonos: nec mali reprehenduntur de amiſſione fidei, ſed charitatis & operum. Ergo fidem habent ſine charitate: & operibus bonis.

cap. 22. in ſimilitudine nuptiarum. vide plura tom. 2. lib. 3. de Eccleſia.

Quintò, ſi Fides, & charitas ſunt inſeparabiles: vel id, quia vna ſit de alterius eſſentiâ: vel quod vna, ex alia naſcatur: non prius. Nam non vna ſunt virtus. ſed duæ: habentque diuerſa ſubiecta, & formalia obiecta. neque poſterius: quia charitas non oritur ex Fide vt propria paſſio: ſed, quia Fides diſponit, & inclinat ad charitatem: diſpoſitio autem & inclinatio non cogit ad dilectionem.

Sextò, ſi ideo Fides inſeparabilis eſt à charitate & operibus bonis quia ſine charitate, Fides eſt tantum vmbra: pendebit Fides ab operibus charitatis. At ideò contendunt ſolam Fidem iuſtificare: quia ſi iuſtificatio penderet ab operibus, incerta eſſet iuſtificatio, & proinde nulla. Ergo ſi Fides ſine charitate eſſe nequit, iuſtificatio nulla erit: vt pote ab operibus dependens.

Septimò, ex PP. Auguſt. [n] *Fides ſine charitate poteſt quidem eſſe, ſed non prodeſſe.* Chryſoſt. homil. 9. in Ioannem. Ambroſ. 9. epiſtola 74. Hierony. 2. in Iouinian. Cyrill. 10. in Ioann. 18.

[n] 15. *Trinit.* 18. *vide tract.* 10. *&* 83. *in Ioan. de agone Chriſtiano cap.* 13. *Clementem Alexandr.* 2. *&* 4. *Strom.*

Obijcitur Primò, [o] *Qui ſuorum, maximè domeſticorum, curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.*

[o] 1. *Timot.* 5. *v.* 8. εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

Reſpondeo, cum interpretibus, illum dici Fidem negare, ratione operum: quia aliud operatur quam credat. iuxta illud: [p] *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.*

[p] *ad Titum* 1. *v.* 16. θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται.

Secundò, Ioan. 6. [q] Iudas dicitur non credidiſſe: quia Chriſtum traditurus erat.

[q] *v.* 64.

Reſpondeo, verè Iudam amiſiſſe Fidem. Si enim Filium Dei Chriſtum crediſſet, nunquam tradidiſſet.

Tertiò, [r] *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non ſeruat, hic mandax eſt.*

[r] 1. *Ioan.* 2. *v.* 4. ὁ λέγων ἔγνωκα αὐτὸν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηρῶν, ψεύστης ἐστί.

Reſpondeo, agi de amicitiæ notitia, ſicut cum dicitur Math. 7. [s] *Non noui vos,* 25. [t] *neſcio vos.*

[s] *v.* 23.

[t] *v.* 12.

Quartò, [u] *Omnis qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt.* Ergo charitatem habet.

Reſpondeo, cum Auguſt. loqui Ioannem de Fide formata, quæ per Fidem operatur.

[u] 1. Ioan. 5. v. 1. πᾶς ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ χριστὸς, ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται.

Tertium, 4. 5. 6. 7. argumentum.

Cap. XVI. XVII. XVIII.

Tertivm argum. *Nullibi ſcriptura docet, ſolam iuſtificare fidem: probari nequit, Deum velle ſola conditione fidei iuſtificare: cum ſcriptura apertius exigant conditionem pœnitentiæ ac Sacramentorum,* quam fidei: *falſum eſt, ipſam fidem ſolam, apprehendere iuſtificationem, eamque nobis applicare.* 1. quia neque fides, neque fiducia, eſt apprehenſio: nam cōfidere eſt firmiter adhærere rei apprehenſæ. Qui enim ſe doctum eſſe confidit, doctrinam ſuam nō apprehendit: ſed ſolùm inhæret opinioni de ſua concepta doctrinâ. 2. quia ſola apprehenſio nequit rem reipſa facere præſentem: ſed ſolùm repræſentat obiectiuè in intellectu: quare ſi ideo iuſtificat fides, quia iuſtitiam apprehendit, dum credo, vel confido me iuſtum per Chriſtum: multo magis charitas, quæ magis aliena facit noſtra, iuſtificabit, dum diligo, me iuſtum eſſe per Chriſtum. 3. quia fatentur aduerſarij Sacramēta etiam applicare iuſtificationem. *Ergo fides non iuſtificat ſola.*

Reſpondent primò, idem eſſe, [a] *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis.* Item: [b] *iuſtificati gratis, per gratiam ipſius.* Ac, *ſola fides iuſtificat.*

Contra: vel per opera legis excluduntur opera omnia: vel certa quædam, ſi prius. Ergo etiam excluditur Fides, ſiue fiducia, tum quia *credere,* ac *fidere* reuera aliquod opus eſt: tum quia excludetur ipſa lex Fidei, de qua. [c] Rom. 3. quæ eſt [d] ipſamet fides. ſi poſterius. Igitur non ſola iuſtificat fides

[a] *Rom. 3. v. 28.* λογιζόμεθα πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου.

[b] *ibid. v. 24.* δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι.

[c] *v. 27.*

[d] *vt communiter docent Interpretes.*

iuſtificari enim gratis, ſine operibus legis, non eſt, *iuſtificari ſine operibus*: ſed ſine operibus naturæ, vel moſaicæ legis.

Reſponderent ſecundò, excludi etiam Fidem vt opus: non tamen vt inſtrumentum apprehendens iuſtitiam.

Contra. Fides non eſt inſtrumentum, niſi quatenus actio: nimirum apprehenſio. Actio autem eſt opus. Ergo, &c.

Reſponderent tertiò, non excludi opera, niſi in quantum merita: At fides non ſolum habet rationem meriti: ſed etiam apprehenſionis: cætera autem opera bona: non niſi meriti rationem habere poſſunt. Ergo Fides ad iuſtificationem ſpectare poterit: non autem opera cætera.

Contra. 1. Fides non eſt apprehenſio propriè: impropriè verò apprehenſio, etiam dilectioni conueniet. [2. ſicut in fide eſt duplex ratio vna meriti: altera apprehenſionis, vt appreheſio eſt: ſic in pœnitentia, dilectione, &c. duplicem facile inueniri poſſe: vnam generalem nimirum meriti, & aliam ſpecialem, qua proprium reſpicit obiectum, & qua dilectio vnit per affectum, pœnitentia dolet propter dilectum: vel timorem pœnæ, *&c.* Ergo pari ratione cæteræ virtutes, ob illam ſpecialem rationem, poterunt ſpectare ad iuſtificationem. 3. vel Fides nullum habet meritum: vel apprehenſio ipſa non poterit ſeparari in genere moris à ratione meriti. Quia ipſamet apprehenſio eſt meritoria. Ergo Fides vt meritorium opus ſpectat ad iuſtificationem.]

[e] Quartum argumentum: *Fides iuſtificat promerendo, impetrando, & ſuo quodam modo inchoando iuſtificationem. At nequit id negari dilectioni pœnitentiæ aliiſque bonis actibus. Ergo*, &c.

Maior probatur. 1. [f] *Vnus eſt Deus qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem* [g] *iuſtificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum*, &c. Præpoſitiones namque *Per* &, *ex* veram ſignificant cauſam vt

[e] CAP. 17.

[f] *Rom.* 3. *v.* 30. εἷς ὁ θεὸς ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως.

[g] *Rom.* 5. *v.* 1. δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεόν.

Epheſ. 2. *v.* 8. *Gratia ſaluati eſtis per fidem.*

patet [h] ex ſimilibus locutionibus. 2. [i] Apoſtolus multis exemplis docet præclaros viros per fidem placuiſſe Deo:non placemus autem Deo per opus non meritorium. 3. [k] *Fide purificans corda eorum.* At puritas cordis quid eſt niſi iuſtitia incoata,vel perfecta? 4. ex PP. Ignatio: [l] *Principium vitæ eſt fides,finis vero eius dilectio Ambæ autem ſimul iunctæ , & in vnitate factæ,hominem Dei perficiunt.* Clem. [m] *Fides eſt prima ad ſalutem inclinatio: poſtquam timor, & ſpes, & pœnitentia.* Item: *Præcedit fides,timor autem ædificat: perficit autem dilectio,* [n] Origen. *puto quod prima ſalutis initia, & ipſa fundamenta,fides eſt: profectus verò, & augmentum ædificij ſpes,perfectio autem , & culmen totius ædificij , Charitas.* Ambroſ. [o] *Fides principium Chriſtiani eſt plenitudo autem Chriſtiani,iuſtitia eſt.* Aug. [p] *A fide incipit homo,ſed quia & Dæmones credunt, neceſſe eſt addere ſpem, & Charitatem.* [q] *Nec ipſa remiſſio peccatorum ſine aliquo merito eſt,ſi fides hanc impetrat. Neque enim vllus eſt meritum fidei* [r] *Lex adducit ad fidem: fides impetrat ſpiritum largiorem : diffundit ſpiritus Charitatem: implet Charitas legem. Ex* [s] *fide ideo dicit Apoſtolus iuſtificari hominem , non ex operibus : quia ipſa prima datur ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupentur in quibus iuſtè viuitur ,* [t] &c.

[u] Quintum argumentum: *iuſtificatio importat iuſtitiam , non per apprehenſionem , ſed inhærentem animæ qualitatem,* vt probabitur [x] infra. Ad iuſtitiam autem non ſolum fides,ſed etiam aliæ virtutes,maximè dilectio diſponunt, tum quia exiguntur etiam in ſcripturis: tum quia diſponitur materia ad formam per actus ſimiles actibus , formam conſequentibus.

Sextum, *ſi Fides ſola iuſtificaret, ipſa quoque ſola ſaluaret: nec enim amitti poſſet,quibuſcumque operibus malis.* At probabimus [y] infra, requiri ad ſalutem ope-

[h] *Hebr.* 11. *v.* 33. *Sancti per Fidem vicerūt regna,&c. Nec enim ſignificatur eos ſolùm apprehendiſſe regna in mente: ſed reuera fide armatos regna obtinuiſſe Chanaam, &c.*
[i] *ſupra.*
[k] *Actor.* 15 *v.* 9. τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν.
[l] *epiſt.ad Philipp.*
[m] 2 *Stromat.*
[n] *in* 4. *Rom.*
[o] *in Pſal.* 118. *ſerm.* 20.
[p] *ſerm.* 16. *de verbis Domini:* *Item lib. de ſpiritu & litera cap.* 30. *Per legem* (inquit) *cognitio peccati per Fidem impetratio gratiæ : per gratiam, ſanitas animæ.*
[q] *epiſt.* 105.
[r] *epiſt.* 144.

[s] *libro de prædeſt. SS. cap.* 7. [t] *Proſpero* 3. *de vita Contemplat.* 21. *Greg.* 2. *Moral.* 33. [v] C A P. 18.
[x] *libro ſequenti.* [y] *libro* 4. *cap.* 18. & 19.

rabona. Ergo, &c.

[Septimum: ex Concilio Trident. [aa] *Si quis dixerit ſola Fide impium iuſtificari: ita vt intelligat nihil aliud requiri, quo ad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſt, eum ſuæ voluntatis motu præparari, atque diſponi: Anathema ſit.*]

Soluuntur argumenta.

CAP. XIX. vſque ad XXIIII. incluſiuè.

ARGVMENTVM primum ſumitur à ſcripturæ locis quibus docemur hominem ſine operibus iuſtificari. 1. [a] *Excluſa eſt gloriatio tua, per quam legem? factorum? non: ſed per legem peccati.* 2. [b] *Arbitramur iuſtificari hominem per fidem, ſine operibus.* 3. [c] *Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam: ſed non apud Deum.* 4. [d] *vt inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt ex fide.*

Reſpondeo, aliud eſſe, *legem factorum*, aliud, *legem fidei*: aliud, *iuſtitiam legis*, aliud iuſtitiam, *in*, ſiue, *ex lege*: aliud, *opera ante fidem*, ſiue *abſque reſpectu fidei*, & opera fidei.

Lex factorum, eſt quæ quid faciendum ſit, iubet. *Lex fidei*, eſt ipſa fides, quæ gratiam impetrat faciẽdi. *Iuſtitia legis*, ſunt opera iuſta, quæ lex facienda præſcribit: & hanc, non ſolum Apoſtolus haud excludit: ſed maximè [e] commendat: *Iuſtitia ex lege*, ſunt opera, ſine gratia fidei facta: quæ inutilia vocat, Apoſtolus. Nam, *Intelligendum eſt* (inquit Aug) *iuſtitiam legis, non impleri ſecundum Iuſtitiam hominis: ſed ſecundum iuſtitiam, quæ eſt in ſpiritu Gratiæ. quod planius, & breuius ita dici poteſt: iuſtitiam legis Dei non impleri, cum lex iubet, & homo quaſi ſuis viribus facit: ſed cum ſpiritus adiuuat, & hominis non libera, ſed Dei gratia liberata voluntas facit.*

Opera ante fidem, ſunt opera ſolis viribus naturæ

[aa] *Seſſ. 6. can. 9. de Iuſtific.*

[a] *Rom. 3. v. 27.*

[b] *27. ibid. v. 28.*

[c] *cap. 4. v. 1.* εἰ ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλὰ οὐ πρὸς τὸν θεόν.

[d] *Philip 4. v. 9.* εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως χριστοῦ.

[e] *Rom. 2. v. 13. factores legis Iuſtificabũtur. cap. 8. v. 3. Deus ſuum filium mittens in ſimilitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne. v. 4. vt Iuſtificatio legis impleretur in nobis.*

[f] *3. contra duas epiſt. Pelag. cap. 7.*

facta. *Opera verò fidei*, opera ſunt ſupernaturali auxilio producta.

In Primò Ergo teſtimonio, Paulus non excludit gloriationem legis factorum ſed tantum legis fidei. Quòd ipſa fides gratis detur, ex qua cætera impetrantur Quare nemo poterit gloriari, quaſi fidem à ſe habuerit.

In 2. loquitur de operibus prioris generis, vt interpretantur. [g] PP. Nec enim potuit omnia excludere opera vt probatum eſt [f] ſupra.

In 3. de iiſdem operibus & ex hypoteſi agit ac ſi diceret: *ſi Abraham iuſtificatus eſt ex operibus naturæ: non habebit gloriam coram Deo: quia tamen reuera habet gloriam coram Deo: propterea non eſt Iuſtificatus ex operibus naturæ, ſed ex* fide ex qua, opera bona Abrahæ procedebant.

In 4. [h] denique de operibus factis ante Fidem loquitur.

Obiicitur, Paulus Philipp. 3. [i] ait ſe arbitratum fuiſſe opera damnum: vbi, cùm in præterito tempore loquatur, agit ſine dubio, de operibus factis ante legem. At ibidem, ſimiliter ait, ſe arbitrari, opera vt ſtercora; vbi cùm præſenti tempore vtatur: certe agit de operibus, quæ tunc faciebat, ideſt procedentibus ex fide. Ergo opera tam ante, quam poſt fidem facta, contemnit.

Reſpondeo, illud, *Arbitrari*: non referri ad diuerſitatem operum ſed temporum: Non enim de diuerſis operibus agit: ſed de operibus ſolis, factis ante legem. Siquidem ſenſus eſt. *Opera ante fidem facta, & arbitratus ſum aliquando detrimentum, & nunc etiam arbitror vt ſtercora*, 2. quia ibidem opponit Iuſtitiam ſuam ex fide Iuſtitiæ ex lege. Ergo

[g] *Aug. lib. de gratia, & libero-arbitrio cap. 7. Homines (inquit) non intelligentes, quod ait ipſe Apoſtolus Paulus: Arbitramur hominẽ. iuſtificari per fidem ſine operibus legis: putauerunt eũ dicere, ſufficere homini Fidem, etiamſi malè viuat: & bona opera non habeat. Quod abſit, vt ſentiret vas electionis. Hieronym. epiſt. ad Cteſiphontem vltra medium.*

[h] *itẽ ad Galat. 2. v. 16. in quo quidẽ cap. Paulus duas quæſtiones tractat. 1. an cæremoniæ legales ad Chriſtianos pertineant. 2. an per legem, ac vires naturæ, poſſit contingere Iuſtificatio, Non autem (vt Kemnitius fingit) vtrum opera ex fide Iuſtificent: an ſola Fides.*

[i] *verſ. 7. & 8.*

non excludit opera facta ex lege Iuſtitiæ 2. quia de operibus ſuis per Fidem productis: *Bonum* (inquit) *certamen certaui: curſum conſummaui: Fidem ſeruaui: In reliquo repoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ.*

[k] Secundum petitur ex locis, quibus ſola nominatur Fides. 1. [l] *Crede tantum, & ſalua eris.* 2. [m] *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.*

Ad 1. teſtimonium reſpondeo non loqui Dominum de iuſtificatione: ſed corporali ſanatione. fatemur autem ſolam fidem interdum ſatis eſſe, ad miracula impetranda: videlicet cum referuntur ad ipſam fidem confirmandam.

Ad 2. & ſimilia, interdum etiam [n] alias virtutes ſolas nominari in Iuſtificatione: nec tamen propterea vellent aduerſarij ſolas iuſtificare. Quando ergo multæ cauſæ ad vnum effectum concurrunt: Scriptura modo vni, modo alteri effectum tribuit.

Tertium [o] ſumitur [p] ex locis, quibus dicitur homo iuſtificari gratis: & proinde non ex operibus.

Reſpondeo, hominem iuſtificari gratis, tum quia diſpoſitiones ad gratiam dantur etiam gratis, tum quia nec ipſæ diſpoſitiones merentur de condigno iuſtificationem, ſed ſolum de congruo. Etſi enim quæſtio ſit inter Catholicos an nomen meriti eis [q] debeat tribui: tamen, fatentur omnes requiri huiuſmodi diſpoſitiones.

[r] Quartum ſumitur ex locis, [s] quibus omnes, qui credunt, ſaluari dicuntur.

Reſpondeo, 1. rectè particulam, *Omnes*, negatiuè exponi poſſe, vt ſenſus ſit: *Quotquot ſaluantur: non ſaluari ſine fide.* ſicut ſi in aliqua vrbe vnus tantum Doctor eſſet Grammaticæ: rectè diceretur: *Omnes*

[k] CAP. 20.
[l] *Luc. 8. v. 50.* πίστευε καὶ σωθήσεται.
[m] *Ioan. 1. v. 12. & cap. 3. v. 36. Rom 5. v. 1.*
[n] *Luc. 7. v. 47. Remittuntur ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Tobiæ 12. v. 9. Eleemoſyna à morte liberat. Rom. 8. v. 24. ſpe ſalui facti ſumus.*
[o] CAP. 21.
[p] *Rom. 3. v. 24. Rom. 4. v. 4 Rom. 11. v. 6 &c.*
[q] *veriſimilius eſt debere tribui. Quia tribuitur à PP. Tertull. 4. in Marc. Cypr. 6. de orat. Dominica. Ambroſ. 7. & 10. in Lucam Hierony. 2. contra Pelagianos. Auguſt. epiſt 89. quæſt. 4. tract. 44. in Ioan.*
[r] CAP. 21.
[s] *Ioan. 3. v. 15. Actor. 10. v. 43. cap. 13. v. 39. Rom. 1. v. 16. &c.*

in hac vrbe Grammaticam diſcunt ab iſto: id eſt, quot-
quot diſcunt, non niſi ab ipſo diſcunt. 2. *omnes*, re-
ferri ad omnia hominum genera. 3. ad ſingulos ho-
mines, ſi cætera non deſint: ſicut ſimili dicitur
[t] 1.*Ioan*.4.*v*. phraſi: [t] *Omnis qui diligit, ex Deo natus eſt*. &c.
7. [v] Quintum, ducitur ex [x] locis, quibus commen-
[v] Cap. 23. datur efficacia verbi Dei, verbum enim ſola appre-
[x] *Pſal*.106. henditur fide.
v.20. *Ioan*. 15. Reſponſio, ſicut tertia ſuperioris Arg. vt enim
v.3. & 1.*Cor*. verbum Dei ſaner, Charitate impleri debet.
15. & *v*.1. &c. Occurrit [y] Lutherus: Fides implet omnia man-
[y] *libro de li-* data. Ergo ſufficit cum verbo Dei: Probatur An-
bertate Chri- tecedens 1. quia intelligens ex Verbo, non poſſe
ſtiana. mandata ſeruari, recurrit ad promiſſiones, quibus
promittitur credentibus ſalus. 2. quia ſummum
exhibet obſequium Deo, cum namque confite-
tur veracem, in promiſſionibus: 3. copulat ani-
[z] *v*.20. mam Deo. Oſeæ 2. [z] *Sponſabo te mihi in fide*.

Ad Antecedens: Negatur.

Ad 1. probationem, nullas eſſe promiſſiones ſa-
lutis ſolam habentibus fidem.

Ad 2. huiuſmodi obſequium, ſine charitate non
placere Deo. Nam credunt etiam dæmones Deum
eſſe veracem: ſed hoc eis proficit nihil.

Ad 3. reſpondeo 1. præcedere: *Sponſabo te mihi
in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & miſeratio-
nibus*, atque huius ſenſum eſſe videri. *Sponſabo te
mihi iuſtè, miſericorditer, atque fideliter*. Quare Fides
hoc in loco non accipietur pro Fide iuſtificatio-
nis: ſed pro fidelitate, qua Deus promiſſa præſtat.
2. nos non coniungi perfecte Deo in matrimo-
[a] *Coloſſ*.3.*v*. nium, niſi per charitatem quia [a] *Charitas eſt vincu-*
14. *lum perfectionis*. Et, [b] *qui manet in charitate in Deo*
[b] 1.*Ioan*.4.*v*. *manet, & Deus in eo*.
16. [c] Sextum, ſumitur [d] ex locis, quibus irrita dici-
[c] Cap. 24. tur promiſſio, ſi lege, aut operibus nitamur.
[d] *Rom*.4.*v*. Reſponſio vt ad primum.
4. *Galat*.3.*v*.
22. &c.

Soluuntur argumenta ex PP.

CAP. XXV.

PRIMÒ, *Dicit* (Apoſtolus) *ſufficere ſolius fidei iuſtificationem* (inquit [a] Origenes) *ita vt credens quis tantummodo, iuſtificetur: etiamſi nihil ab eo operis fuerit expletum.* [a] *in 3. ad Rom.*

Reſpondeo, loqui de opere externo. Nec enim illud opus neceſſarium eſt abſolutè ad ſalutem, de opere autem interno: *Credentibus Chriſto* [b] (inquit) *nec tamen deponentibus veterem hominem, cum actibus ſuis, fides reputari non poteſt ad iuſtitiam.* [b] *in 5. ad Romanos.*

Secundò, [c] Hilar. *Mouet ſcribas:* (inquit) *remiſſum ab homine peccatum. Hominem enim tantum in Ieſu Chriſto intuebantur: & remiſſum ab eo, quod laxare non poterat Fides enim ſola iuſtificat.* [c] *can. 8. in Matthæum.*

Reſpondeo, particulam *Sola*, ſolùm excludere legem Moſis: de qua loquebatur Hilarius. Qui alioquin opera coniungit cum fide: *Salus gentium* [d] (inquit) *omnis in fide eſt, & in præceptis Domini vita eſt vniuerſorum.* [d] *can. 7. in Math.*

Tertiò, [e] Baſil. *Hæc eſt perfecta, & integra gloriatio in Deo: quando neque ob iuſtitiam, quis ſe iactat, ſed nouit quidem ſeipſum veræ iuſtitiæ indignum: ſola autem fide in Chriſtum, iuſtificatum.* [e] *homilia de humilitate.*

Reſpondeo ſenſum eſſe: *nos ex dono Dei iuſtificari: non ex operibus præuenientibus donum.* Baſilius Namque hortatur ibi vnumquéque vt intelligat, quidquid habet, donum Dei eſſe: ponitque Apoſtoli exemplum: qui noluit ſuam fidem, ex operibus legis habere [f] Alio verò in loco poſtquam Baſilius docuit neceſſitatem fidei: adiungit prætereà neceſſitatem Charitatis. [f] *ſermone de fide.*

Quartò, Ambroſ. [g] *ſicut ſuffecit Iudæ ad ſcelera* [g] *ſerm. 45.*

Chriſtum deſeruiſſe, ita ſuffecit latroni ad innocentiam Domino credidiſſe [h] Item *Iuſtificati ſunt gratis: quia nihil operantes, neque vicem reddentes ſola fide iuſtificati ſunt dono Dei*,.&c.

h *in 3. ad Rom.*

Reſpondeo, ſolum ab Ambroſio excludi vel opera legis: vel opera externa. Nam alioquin: *Magna res* (inquit) *fides, & ſalutaris & ſine hac non eſt ſaluari poſsibile. Sed ſola fides non ſufficit. Operari fidem per dilectionem neceſſarium eſt, & conuerſari digne Deo.*

i *in 4. ad Hebraeor.*

Quintò, Chryſoſt. [k] *Eum qui operatur opera Iuſtitiæ ſine fide, non poſſum probare viuum eſſe: fidelem, abſque operibus, poſſum monſtrare, & vixiſſe & regnum cælorum* [l] &c. Item. [m] *Si credis fidei, cur alia infers, quaſi fides iuſtificare non ſufficiat ſola?*

k *homil. de fide, & lege naturæ.*
l *aſſecutum. Nullus ſine fide vitam habuit: latro autem credidit tantùm: & Iuſtificatus eſt.*
m *homil. 3. in epiſt. ad Titū.*

Reſpondeo, in priori loco, loqui de opere externo. In poſteriori: excludere ſolùm cæremonias legis: ſubiungit enim: *quid te ſpontaneæ ſeruituti ſubdis, & legis iugo collum ſubmittis? abſolutè autem ſolam non ſufficere fidem*, homil. 70. in Matth. docet: *Ne fideles* (inquit) *ſola ſe fide ſaluari poſſe confidant, de pœna malorum diſſerit. Ita infideles ad fidem: fideles verò ad rectè viuendum cohortatur.*

Sextò, Aug. [n] *quantalibet fuiſſe virtutis antiquos predices iuſtos: non eos ſaluos fecit, niſi fides Mediatoris.* Item. [o] *ſi quis, eum crediderit, mox de hac vita deceſſerit, iuſtificatio fidei manet cum illo: nec præcedentibus bonis operibus: quia non merito ad illam, ſed gratia peruenit: nec conſequentibus: quia in hac vita eſſe non ſinitur.*

n *1. contra duas epiſt. Pelagian cap. 21.*
o *lib. 83. qq. q 76.*

Reſpondeo, in priori loco: propoſita lege naturæ, Moſis, & Fide Auguſtinum, ſolùm velle nullam ex his tribus ad ſalutem antiquis profuiſſe, præter Fidem: ſed non inde ſequitur minimè neceſſariam fuiſſe Charitatem. In poſteriori agit de fide formata, ſiue viua: quæ ſine operibus in actu eſſe poteſt: ſed non in habitu,

Septimò, Leo. [p] *Sola fides Catholicos viuificat, & ſanctificat.*

p *epiſt. 70.*

Reſpondeo, ſolum excludere alias ſectas, apud quarum nullam, ſalus reperiri poteſt.

Octauò, Theophy. [q] *Fides ſola habet in ſe iuſtificationis virtutem.* q *in 3. ad Galat.*

Reſpondeo ſolum ſignificare, nihil ſine fide iuſtificari poſſe.

Nonò, Bernard. [r] *Quiſquis pro peccatis compunctus eſurit, & ſitit iuſtitiam: credat in te qui iuſtificas impium, & ſolam iuſtificatus per fidem pacem habebit in te.* Item: [s] *Cautè non repetit: qui vero Baptizatus non fuerit, condemnabitur ſed tantum: qui vero non crediderit: innuens nimirum, ſolam fidem interdum ſufficere ad ſalutem: & ſine illa ſufficere nihil.* r *ſerm. 22. in Cantica.* s *epiſt. 77.*

Reſpondeo, in loco priori loqui Bernardum de viua fide. Ipſa enim ſola eſt, quæ iuſtitiam ſitit. In poſteriori, excludit ſolùm neceſſitatẽ Baptiſmi, quando facultas illum percipiendi non habetur: Sed tunc fides, non ſine voto Baptiſmi, & pœnitentia iuſtificat. Quare ipſemet Bernard. [t] *Non facit* (inquit) *hominem rectum fides etiam recta, quæ non operatur ex dilectione.* Et infra. *Neque opera ſine fide, neque fides ſine operibus ſufficit ad animi rectitudinem.* t *ſerm. 24. in Cantica.*

DE IVSTIFICATIONE

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt de iuſtitia inhærente.

Variæ de formali cauſa iuſtificationis ſententiæ.

CAP. I. & II.

[a] CAP. I.
[b] *Luther. in 2. ad Galatas.*
[c] *Illyrici Centur. 1. lib. 2. col. 238.*
[d] *Oſiandri.*
[e] *Caluini in Antidoto ſeſſionis 6.*
[f] *Pighij & Buceri.*
[g] CAP. II.

[a] PRRIMA, [b] *formalem iuſtificationis cauſam eſſe fidem, aſſerit.* [c] Secunda, *eſſe Chriſti obedientiam ac iuſtitialem nobis imputatam.*

Tertia, [d] *eſſe iuſtitiam Dei eſſentiam, nos inhabitantem.*

Quarta, [e] *remiſsionem eſſe peccatorum, cum imputatione iuſtitiæ Chriſti.*

Quinta, [f] *duplicem eſſe: vnam nobis inhærentem, alteram Chriſti iuſtitiam nobis imputatam.*

[g] Sexta, eaque vera Concilij Tridentini eſt: cuius hæc ſunt verba ſeſſ. 6. cap. 7. *Hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem, iuſtificatio ipſa conſequitur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſsio ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis, per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum: vnde homo ex iniuſto fit iuſtus: & ex inimico amicus, vt ſit hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt finalis quidem gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna. Efficiens verò miſericors Deus, qui gratuito abluit & ſanctificat ſignans, & vngens Spiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.*

noſtræ. Meritoria autem, dilectiſſimus unigenitus ſuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, &c. *Inſtrumentalis, Sacramentum Baptiſmi*, &c. *Demum vnica formalis cauſa eſt, iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit, quâ videlicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtri: & non modo reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes*, &c. *Quamquam enim nemo poßit eſſe iuſtus, niſi cui merita paßionis Domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur: id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum ſanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur atque ipſis inhæret. Vnde in ipſa iuſtificatione, cum remiſſione peccatorum, hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum.* Et can. 10. *Si quis dixerit, homines ſine Chriſti iuſtitia, per quam nobis meruit, iuſtificari: aut per ipſam formaliter iuſtos eſſe: anathema ſit.* can. 11. *Si quis dixerit hominem iuſtificari: vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti: vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum ſanctum diffundatur, atque illis inhæreat: aut etiam gratiam quâ iuſtificamur, eſſe tantum fauorem Dei: Anathema ſit.*

Cum dicitur: *Vnica formalis cauſa*, excluditur opinio quinta.

Cum dicitur, *eſſe iuſtitia Dei: non qua ipſe iuſtus.* excluditur tertia opinio.

Qua renouamur ſpiritu, & quæ inhæret. reijcitur ſecunda.

Non conſiſtere in ſola remiſſione peccatorum. Excluditur quarta.

Cum dicitur, ad eam ſpectare Fidem, Spem, & Charitatem, prima diſſoluitur opinio.

Status ergo quæſtionis eſt: *Sitne formalis cauſa abſolutæ iuſtificationis iuſtitia in nobis inhærens:* ſicut decernit Concilium Tridentinum: *Necne.*

Pars affirmatiua probatur ex ſcripturis.

CAP. III.

PRIMÒ Rom.5. [a] *Sicut per inobedientiam vnius hominis,peccatores conſtituti ſunt multi: ita per vnius obedientiam,iuſti conſtituentur multi.* Sed conſtituti ſunt peccatores multi per Adamum , verâ iniuſtitiâ inhærente. Ergo, ſi quid antitheſis valet,conſtituuntur iuſti,per Chriſtum,inhærente iuſtitia: & quidem vera, & abſoluta. tum quia eodem [b] capite vocat eam Apoſtolus, *abundantiam iuſtitiæ*. tum quia [c] dicit, maius eſſe Dei donum , peccato Adæ.

Reſpondent *iuſtificari* ſiue *iuſtum conſtitui*, ſignificare ſolùm *pronunciare Iuſtum eſſe*.1. quia id verbum opponit Paulus verbo , [d] *condemnare* 2. Apoſtolus phraſim Hebraicam imitatus eſt.Iuſtificare autem forenſem,Hebraicè, ſignificationem habet 3. quia vox ipſamet latina,ſi diligenter attendatur, id propriè ſignificat.

Ad 1. probationem,reſpondeo 1. *condemnare*, aliquando [e] importare actum iudicis deputantis ad pœnam: aliquãdo effectũ culpæ, promerentis pœnam: quomodo Adam nos condemnauit: non iudicãdo: ſed culpam originalem transfundendo. Similiter ergo,*iuſtificare* duplicem importat ſignificationem: aliquando enim iudicis actum:aliquando effectum gratiæ ſignificat. Sed vt ſit vera ſignificatio prior: poſteriorem neceſſario præſupponit.

Ad 2. צִדֵּק *Tſiddek:* & תִּצְדִּיק *hitſdik:* ſimpliciter ſignificare, *iuſtum facere*: Et aliquando pro *declaratione extrinſeca* , more forenſi : aliquando pro intrinſeca iuſtitiæ inhærentis efficientia ſumi, vt D. Danielis. 12. [f] מַצְדִּיקֵי הָרַבִּים *Matſdike harabbim*:

[a] v. 19.
[b] v.17 *ſi vnius delicto mors regnauit , per vnum: multomagis abundãtiam gratiæ, & donationis Iuſtitiæ accipientes, regnabunt, per vnum Ieſum Chriſtum.*
[c] v. 15. *Non ſicut delictum ita, & donum. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt : multo magis gratia Dei, & donum, &c.*
[d] v. 18. *Sicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem : ſic & per vnius Iuſtitiam in omnes homines in Iuſtificationem. Rom.8.v. 34.*
[e] *quomodo Deus condemnat peccatores.*
[f] v.3.

iuſtificantes:ſiue qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates. Qui enim ad iuſtitiam erudiunt: ſiue prædicando Euangelium: ſiue alio modo:non pronunciant homines iuſtos: ſed viam ad internam iuſtitiam monſtrant.[g] &c.

Ad 3. reſpondeo 1. verbum *iuſtificare*, non haberi apud Latinæ authores linguæ. 2. quamuis haberetur:non mirum ſi pro forenſi tantum iuſtificatione vſurparetur:quod huiuſmodi authores iuſtificationem internā ignorarent. 3. PP. linguæ Latinæ non imperitos, hoc verbo vſos fuiſſe pro interna iuſtificatione, vt Auguſt.[h] in Pſal. 30.

Secundò,[i] *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per Redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit propitiatorem per fidem, in ſanguine eius.*

Reſpondent, per *gratiam*, intelligi beneuolentiam Dei.

Contra. 1. hæc beneuolentia ſufficienter, per vocem *gratis* exprimitur. 2. beneuolentia Dei nequit eſſe inanis. Ergo id interius efficit, quod exterius exponit.

Tertiò, Ioan. 1.[k] *Gratia, & veritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt.* non rectè diceretur autem: *facta beneuolentia Dei patris, per Chriſtum.*

Quartò, per iuſtitiam creari[l] dicimur noua creatura. At ſola Dei beneuolentia externa non poſſumus creari: nam ad creationem exigitur interna rei productio.

Quintò, Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt, &c. *Charitas Dei* (inquit[l] Auguſt.) *dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos.*

[g] *Iſaiæ* 53 *v.* 11. *In ſcientia ſua* יַצְדִּיק צַדִּיק עַבְדִּי *iatſdik tſaddik gaſdi: Iuſtificabit Iuſtus ſeruus meus* לָרַבִּים *larabbim, multos. At per ſcientiā iuſtificare non eſt pronunciare iuſtos: Nec erat neceſſe Chriſtū noſtras iniquitates portare forenſi Iuſtificatione. Apoc.* 22. *v.* 11. *Iuſtus, Iuſtificetur adhuc. Ioannes autem nō ignorabat vim Hebraïcæ phraſis: & tamen ibi non accipitur Iuſtificatio pro Forenſi.*

[h] *concione* 1. *Quis eſt, qui* [iuſtific]*at impium? qui facit ex impio iuſtum. Item* 2. *de pecc. mer.* 33. *libro* [de Spir]*itu & litera cap.* 26. *&c.*

[i] [Rom]. 3. *v.* 24. δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ. *v.* 25. ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως [ἐν τῷ αὐτο]ῦ αἵματι. [k] *v.* 17.

[l] [Lib.] *de Spiritu, & litera cap.* 32.

Sextò, [m] *Corpus quidem mortuum eſt, propter peccatum: ſpiritus autem viuit propter iuſtificationem.* At non rectè diceremur, *viuere*, per extrinſecum Dei fauorem: cùm nihil ſit magis intimum, quam vita.

Septimò, [n] *Et hæc quidem fuiſtis* (ſcilicet peccatores:) *Sed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis, in nomine Domini Ieſu*, id eſt. [o] *inuocatione*: At ſola imputatio, & declaratio, non eget nominis Chriſti inuocatione.

Octauo, Ad Titum.3. dicimur regenerari: ac renouari Spiritu ſancto abundè in nos effuſo. At per ſolam imputationem, nequit fieri regeneratio: neque per effuſionem ſpiritus ſancti, aliquid rectius intelligetur, quam ipſa creata Charitas.

Nonò, [q] *Teſtimonium conſecutus eſt* (Abel) *eſſe iuſtus: teſtimonium perhibente Deo muneribus eius.* At munera Abel, ſiue opera iuſtitiæ, non poterant à beneuolentia Dei ſola, vt à cauſa efficiente, procedere. Ergo à iuſtitia ipſi Abeli inhærente.

Decimò, [r] *Quos præſciuit, hos prædeſtinauit, conformes fieri imagini filij ſui.* At Chriſtus eſt iuſtus iuſtitia inhærente: Ergo & fideles ſimili iuſtitia iuſtificantur. Alioquin magis diaboli quam Chriſti imaginem gererent: rectius enim denominamur ab eo quod ſumus, quam ab eo quod eſſe putamur.

Vndecimò, [s] *Sicut portauimus imaginem terreni: ita portemus, & imaginem cœleſtis.* At portauimus imaginem terreni: in quantum Originale peccatum verè inhærebat nobis. Ergo portamus imaginem cœleſtis per veram iuſtitiam nobis inhærentem.

Duodecimo, Rom. 8. docet Apoſtolus, nos quidem iam accepiſſe adoptionem filiorum, quoad animam: verùm eam expectari quoad corpus. At quoad corpus veriſſima erit immortalitas: non autem imputatiua. Ergo quoad animam, eſt etiam vera, quæd qualitas, ſiue ſpiritualis immortalitas gratiæ.

[m] *Rom.8.v.10.* σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ *vita*, διὰ δικαιοσύνην.

[n] *1.Cor.6.v.11.* ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλὰ ἐδικαιώθητε, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.

[o] *vt exponunt Chryſoſt. Ambroſ. Theophylactus, & alij.*

[p] *v.5. & 6.*

[q] ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ θεοῦ.

[r] *Rom. 9.v. 29.*

[s] *1.Corint.15. v.49.* καθὼς ἐφορέσαμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.

Fidem non eſſe integram formalem cauſam iuſtificationis.

CAP. IIII.

PRIMÒ, Galat. 5. [a] *In Chriſto Ieſu, neque circuncifio aliquid valet neque præputium: ſed fides quæ per dilectionem operatur.*

Secundò, Iacobi 2. [b] *Fides ſine operibus mortua eſt.*

Tertiò, iuſtitia eſt compatibilis æternæ beatitudini. Quia eſt compatibilis omni bono, cum quo perficitur, & creſcit. At fides eſt incompatibilis viſioni beatæ. Ergo in ipſa non conſiſtit præcipua formalis ratio iuſtitiæ. Et proinde nec iuſtificat ſola.

[a] *v. 6. Probaturque iis omnibus teſtimoniis, quibus probauimus li. 1. cap. 13. & ſeqq. requeri aliàs virtutes.*

[b] *v. 26. ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι.*

Quartò, iuſtitia nos facit ſimiles Chriſto. At ille caruit Fide.

Quintò, iuſtitia nequit eſſe informis, & mortua: aut erit aliquis ſimul peccator, & iuſtus. At Fides, & informis, & mortua eſſe poteſt.

Sextò, per iuſtitiam impletur lex. At plenitudo legis non eſt fides, ſed dilectio.

Formalem cauſam iuſtificationis non eſſe iuſtitiam Dei eſſentialem.

CAP. V.

PRIMÒ, Iuſtificatio noſtra eſt fides quæ per dilectionem operatur. At quis dicat fidem, eſſe Dei eſſentialem iuſtitiam?

Secundò, ex Auguſt. [a] *Sicut fides Chri-*

[a] *libro de Spiritu & litera cap. 9. Item 11.*

ſtiana dicta eſt, non qua credit Chriſtus: ſic iuſtitia Dei, *non qua iuſtus eſt Deus.*

[b] *ſaltem ordine naturæ.*

Tertiò, iuſtificatio [b] præcedit inhabitationem Dei in nobis. Igitur non eſt iuſtificatio, ipſa Dei eſſentialis iuſtitia.

Quartò, iuſtitia Dei eſſentialis, eſt vniformis. Ergo iuxta ſententiam aduerſariorum omnes eſſent æquè iuſti inter ſe, & cum Chriſto.

Quintò, Deus omnia inhabitat per potentiam, eſſentiam atque præſentiam ſuam. Ergo ſi inhabitatio ſufficit ad denominandum iuſtum à iuſtitia Dei, eum qui inhabitatur, omnia Entia erunt ſimiliter omnipotentia, Deus, immortalia, &c. imo & ipſe Deus erunt.

Sextò, ſi Deus, non niſi ſuam acceptat iuſtitiam eſſentialem. Ergo fruſtra iuſtitia Chriſti: qua dicitur pro nobis ſatisfeciſſe.

[c] 2. *Petr.* 1. *v.* 4.
[d] 1. *Ioan.* 3. *v.* 1.
[e] 2. *Petri ſup.* ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς.

Obiicitur primò, nos [c] dici effecti conſortes diuinæ naturæ.

Reſpondeo, id per Charitatem fieri: qua, [d] *filij Dei nominamur & ſumus:* [e] *fugientes eam, quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem.*

Secundò, Deus non acceptat iuſtitiam niſi infinitam.

Reſpondeo, dupliciter acceptare iuſtitiam. 1. vt ſufficientem pro peccato. 2. vt ſimpliciter veram & non fictam iuſtitiam: priori modo, non acceptat, niſi ſit infiniti pretij: verùm, ad id ſufficit ſatisfactio Chriſti. poſteriori, acceptat etiam finitam, iuxta illud Geneſ. 7. [f] *Te vidi iuſtum coram me in generatione hac.*

[f] *v.* 1.

Iuſtificationem noſtram non conſtare ſola remiſſione peccatorum.

CAP. VI.

PRIMÒ, Rom. 4. [a] *Qui traditus eſt propter delicta noſtra:* Ecce remiſſio peccatorum: *& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram:* Ecce, quamuis remiſſio nequeat eſſe ſine iuſtificatione: quomodo tamen, reſurrectioni internæ ſiue renouationi maluerit Paulus nomen iuſtificationis dare, quam remiſſioni peccatorum?

Secundò, Rom. 5. [b] *Sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam.* At *peccatum regnare*, eſt opera operari morifera. Ergo, *iuſtitiam regnare*, erit operari opera vitæ.

Tertio, ſola remiſſio peccatorum, ſecluſa renouatione nequit dare vitam. At de Iuſtificatione dicitur. [c] *Exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma Iuſtitiæ Dei.* Item: [d] *Spiritus viuit, propter iuſtificationem.*

Quartò, Epheſ. 4. *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ* quomodo? *& induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.*

Quintò, ex PP. Aug. [e] *Nec quiſquam* (inquit) *liberatur & iuſtificatur, niſi gratiâ Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: non ſolum remiſſione peccatorum ſed prius ipſius inſpiratione fidei, & timoris Dei, impartito ſalubriter rationis affectu,* & effectu, [f] *Quemadmodum in illo vera mors facta eſt ſic in nobis vera remiſſio peccatorum: & quemadmodum in illo vera Reſurrectio, ita in nobis vera Iuſtificatio.*

Sextò, Iuſtificatio, motus eſt de peccato ad Iuſtitiam: denominationemque ſumit à termino quē

[a] v. 25. ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

[b] 21. ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ: οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης.

[c] Rom. 6. v. 13. παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ θεῷ, ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας: καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ.

[d] v. 10.

[e] epiſt. 105.

[f] cap. 52. Enchiridij.

acquirit. Ergo [g] nequit intelligi Iuſtificatio, niſi præter remiſſionem peccati, aliqua iuſtitia acquiratur.

Septimò, ſola remiſſio peccatorum liberat à pœna: ſed non tribuit gloriam. At Iuſtificatio ad gloriam ducit Rom. 6. [h] *habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam*, facit amicos, filios, dilectos Dei, & hæredes regni Ergo, &c.

[g] *ſicut nec calefactio intelligi poteſt: niſi depulſo frigore aliquis acquiratur calor.*

[h] *v. 22.* ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμὸν, τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον.

Iuſtificationem non conſiſtere in imputatione Iuſtitiæ Chriſti.

Cap. VII.

PRimò, Quia contraria ſententia nullum habet in ſcripturis aut PP. teſtimonium.

Obiicitur Concil Trident. ſeſſ. 6. can. 11. negare nos ſola imputatione iuſtificari: Significat. Ergo nos imputatione aliqua iuſtificari: quamuis non ſola.

Reſpondeo, ſolùm voluiſſe Concilium damnare aſſerentes *ſola imputatione nos iuſtificari*: ſed non ideo ſtatim approbauit hominem iuſtificari partim renouatione: partim imputatione: cum [a] negauerit abſolutè nos Iuſtificari formaliter per Iuſtitiam Chriſti: qua ipſe Iuſtus eſt.

Secundò, quia nulla eſt introducendi hanc imputationem neceſſitas 1. quia verè per Iuſtificationem [b] tolluntur omnino peccata. 2. quia hîc iuſtitia in nobis tam perfecta eſſe poteſt, vt iuſtifi-

[a] *can.* 10.

[b] *Iſaiæ* 44. *v.* 22. *Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua. Ezech.* 36. *v.* 25. *Effundam ſuper vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Ioan.* 1. *verſ.* 29. *Actor.* 3. *verſ.* 19. *Conuertimini vt deleantur peccata veſtra, &c.*

cet verè. Nam iuſtitia perfecta ſita eſt in perfecta fide, Spe, & Charitate: quas perfectè in hac vita [c] poſſumus habere. Ergo, &c.

Tertiò, iuxta ſententiam aduerſariorum eſſemus æquè iuſti ac Chriſtus. Eius ſiquidem iuſtitiâ tam æquè iuſti haberemur: ac ſi hæc nobis intrinſeca foret.

Quartò, *In hoc* (inquit [d] Auguſt.) *renouamur ſecundum id, quod amiſit Adam, ideſt ſecundum ſpiritum mentis noſtræ*. At in Adam non perdidimus Iuſtitiam imputatiuam: ſed verè inhærentem. Ergo, &c.

Quintò ſicut volunt aduerſarij nobis imputari Iuſtitiam Chriſti: ſic concedunt Chriſto fuiſſe noſtra imputata peccata. Ergo pariter potuit dici Chriſtus peccator, & filius diaboli: per peccata noſtra: ſicut diceremur iuſti Iuſtitia eius. Quæ grauis blaſphemia eſt.

Sextò, Chriſtus mortuus eſt, vt ſibi [e] ſanctificaret populum. At ſi reuera nequeat eſſe realis Iuſtificatio in nobis: fruſtra mortuꝰ fuiſſet: nec enim præſtare potuiſſet, quæ voluiſſet.

Septimò per Iuſtificationem [f] mundatur cor, vt ad viſionem Dei præparetur. At oculus reipſa immundus: quamuis mundiſſimus habeatur, non poteſt Solem videre. Igitur neque cor immundum: quamuis mundum reputetur: Deum vnquam videbit.

[c] *1. Petri 1. v. 7. dicitur Fidei probatio fideliũ, multo pretioſior auro, Epheſior. 6. v. 16. dicitur poſſe ſcuto Fidei omnia tela diaboli extingui. Item Hebræor. 3. de Spe vide Rom. 5. v. 5. Et Hebræor. 9. v. 19. quo comparatur anchoræ tutæ. Deinde niſi in hac vita valeant eſſe perfectæ: certè nuſquam erũt: cum in vita beata locum nõ habeant. De Charitate verò: maiorem Charitatẽ nemo habet: quã vt ponat animam pro amicis ſuis. At id Martyres Dei præſtarunt. Item perfecta Charitas diligit Deum ex toto corde. At id exhibuit Dauid. Eccleſiaſtici 47. v. 10. Denique Paulus Philipp. 3. v. 15. Quicunque* (inquit) *perfecti ſumus: hoc ſentiamus.*

[d] *6. de Geneſ. 26. & Irenæ. 3 cap. 20.*

[e] *Ioan. 17. v. 19. Sanctifico meipſum: vt ſint & ipſi Sanctificati in veritate. Et Epheſ. 5. v. 26.*

[f] *Math. 5. v. 8. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.*

Traditio veterum de Iuſtitia inhærente.

CAP. VIII.

a 6. Examer. 8.
b 1. de Baptiſmo 2.
c oratione in Sanctum Baptiſma.
d homil. 16. in 1. Corinth. ad illud. Et hæc quidem fuiſtis.
e 1. aduerſus Pelagianos.

AMBROS. [a] *vtrum* (inquit) *Iuſtificatio, ſecundum corpus an ſecundum animam tibi conferri videatur: quæſo reſpondeas? ſed dubitare non potes cùm iuſtitia: vnde iuſtificatio deriuata eſt: mentis tuæ vtique non corporis ſit.*

[b] Baſil. [c] Nyſſ. Nazianz. [d] Chryſoſt. [e] Hierony: *Nunc mundus factus es in lauacro, & de te dicitur: quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata: & lota quidem ſit, ſed cuſtodire non valeat puritatem ſuam niſi à Domino ſuſtentetur?*

f 12. Confeſſ. 15.

Auguſt. tom. 1. [f] *quantum diſtat inter lumen, quod illuminat, & quod illuminatur: tantum diſtat inter iuſtitiam iuſtificantem, & iuſtitiam quæ iuſtificatione facta eſt.*

g epiſt. 85.
h 15. Trinit. cap. 8.

Tom. 2. [g] *quid eſt aliud Iuſtitia, cum in nobis eſt, vel quælibet virtus, quâ rectè ſapienterque viuitur quam interioris hominis pulchritudo?*

i 1. ad Simplicianum. q. 2.

Tom. 3. [h] *quæ natura, cum à ſuo conditore iuſtificatur à deformi forma, formoſam transfertur in formam.*

k In vnoquoque iuſtitia eſt: vt obedienti Deus homini: animus corpori: ratio autem vitiis, etiam repugnantibus imperet: vel ſubigendo: vel reſiſtendo: atque vt ab ipſo Deo petatur, & meritorum gratia: & venia delictorum: ac de acceptis bonis gratiarum actio perſoluatur.
l de peccator. mer. 10.

Tom. 4. [i] *Niſi vocando præcedat miſericordia Dei: nec credere quiſquam poteſt, vt ex hoc incipiat iuſtificari, & accipiat facultatem benè operandi.*

Tom. 5. [k] lib. 10. Ciuit. 27. tom. 6. libro de hæreſibus cap. 88. tom. 7. [l] *legimus iuſtificari in Chriſto, qui credunt in eum, propter occultam communicationem, & inſpirationem gratiæ ſpiritalis.*

Tom. 8. [m] in Pſal. 118. tom. 9. [n] *quid eſt iuſtitia Dei & iuſtitia hominis? Iuſtitia Dei dicitur: non qua Deus iuſtus eſt, ſed quam dat homini Deus, vt iuſtus ſit homo, per Deum.*

Tom. 10. ſerm. 15. de verbis Apoſtoli. Leo, epiſt. 91. cap. 1. [o] Theophyl. Oecum. [p] Bernardus.

[m] *cõcione 16. & in Pſal. 98. tractans illud: Iuſtitiam, & iudicium in Iacob tu feciſti.* [n] *tract. 26. in Ioan.* [o] *in 1. Cor. 7.* [p] *ſerm. 4. de dedicatione Eccleſiæ.*

Soluuntur argumenta ex Epiſtola ad Romanos.

CAP. IX.

PRIMVM, Rom. 4. dicitur fides reputata Abrahæ ad Iuſtitiam. Ergo nihil aliud eſt noſtra iuſtitia, quam Chriſti iuſtitia, fide apprehenſa: Negatur conſeq. 1. quia ipſam Fidem dixit Apoſtolus imputari. Fides autem non eſt iuſtitia Chriſti 2. quia *imputare*, non ſignificat eo in loco *nudè æſtimare*: ſed æſtimare cum rei veritate: vt patet ex his: [a] *ei qui operatur: merces imputatur, non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.* Siquidem operanti debetur merces reipſa & non ſolâ æſtimatione.

Secundum, Rom. 4. [b] *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* 1. Ergo vel his verbis plenam iuſtificationis definitionem tradit Paulus: vel non. ſi prius. Igitur ſola imputatione iuſtificamur. ſi poſterius. quomodo igitur erimus, hac iuſtificatione dimidiatâ, beati? 2. Ergo remanent peccata: & reuera non auferuntur. tum quia ſi *non imputare peccata*, eſſet, *delere*: imputare peccata: eſſet, *iuſtitiam delere*, & *iniquitatem infundere.* tum quod ſi *tegere peccata*, eſſet, *delere*. Igitur & illud Prouerb. [c] 12. *Homo aſtutus tegit ſcientiam*, ſignificaret: *delet ſcientiam.*

[a] *v. 4.* τῷ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν· ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα.
[b] *v. 7.* μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. *v. 8.* μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν.
[c] *v. 23.*

Ad Antecedens PP. per non *imputare*, & *tegere* intellexiſſe, *verè delere*. Iuſtin. *Beatus* [d] (inquit) *cui non imputabit Dominus peccatum: id eſt cui pœnitenti Deus peccata remittet. Non ſicut prædicatis, voſmetipſos fallentes, & alij quidam veſtri ſimiles aſſeuerant, etiamſi peccatores fuerint: modo Deum nouerint, non imputabit eis Dominus peccata*, &c. [e] Auguſt. *Non ſic intelligatis quod dixit, peccata cooperta ſunt, quaſi ibi ſint, & viuant.*

[d] *Dialogo cũ Triphone Ori. 4. in epiſt. ad Rom. Hieron. in Pſal. 31.*

[e] *Concione 2. in Pſal. 31.*

Ad 1. conſequent. Reſpondeo 1. non plenam aſſignari definitionem: ſicut (ſi ſuam velit Caluinus ſententiam defendere) cogitur admittere non aſſignari [f] in illis: *Beatus vir qui timet Dominum*, &c. dicuntur tamen Beati: quia præſupponitur [g] cætera non deeſſe. 2. perfectam aſſignari implicitè. Nam remiſſio peccatorum nequit fieri, abſque gratiæ infuſione: quomodo non fugantur tenebræ niſi lumen accedat.

[f] *ſi. enim eſt plena definitio. Vbi eſt peccatorum remiſſio: quam neceſſariam vult eſſe Caluinus in Iuſtificatione?*

[g] *ad beatitudinem neceſſaria.*

Ad ſecundam, negatur. Ad primam probationem, Reſpondeo 1. negatur illatio à contrario ſenſu: quia vt Deus tegat peccata: delere debet. ſi enim manent: ei tecta non erunt: ſed nuda, & aperta: at vt imputet peccata: ſufficit ea in ipſo peccatore iam eſſe. 2. quemadmodum, *non imputare peccatum*, & *imputare*, non contraria: ſed contradicentia ſunt: ita quoque à contrario ſenſu colligi debuiſſent duo contradicentia, ſcilicet, *infundere iuſtitiam*, & *non infundere iuſtitiam*: non autem duo contraria, *infundere iuſtitiam*, & *infundere iniquitatem*.

Ad ſecundam probationem: quædam tegi, vt conſeruentur: quædam tegi vt deleantur, ſicut emplaſtro vulnera: atque huius generis eſſe peccata.

Tertium. [h] teſte Apoſtolo, conſtituti ſunt multi iuſti, per obedientiam Chriſti.

[h] *Rom. 5.*

Reſpondeo, id verum eſſe in genere cauſæ efficientis: non formalis.

Quartum, arguit [i] Paulus Iudæos, quod ſuam,

[i] *Rom. 10.*

non Dei, iuſtitiam quærerent.

Reſpondeo, *vocari iuſtitiam Dei*, non qua ipſe iuſtus eſt: ſed qua nos ſupernaturaliter iuſtos facit. dicitur autem Dei: tum quia donum Dei eſt, tum quia eſt imago iuſtitię Dei. vocari *iuſtitiam propriam:* quæ viribus naturæ comparatur.

Soluuntur ex Epiſtolis ad Corinth.

CAP. X.

PRIMVM, [a] *Qui factus eſt nobis à Deo ſapientia, & iuſtitia, & redemptio.*

Reſpondeo: duplici ratione hæc dici de Chriſto. 1. quia ipſe eſt cauſa efficiens iuſtificationis noſtræ: ſicut dicitur Deus, *fortitudo noſtra.* 2. quia ſatisfecit pro nobis, ſuamque nobis ſatisfactionem communicat. Tota namque vis iuſtitiæ & ſatisfactionis noſtræ dependet à Chriſti ſatisfactione, & merito. Atque eo in ſenſu non erit quidem abſurdum dicere, *nobis imputari iuſtitiam Chriſti*: dummodo non negetur vera in nobis iuſtitia inhærens.

Secundum, [c] *Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum.*

Reſpondeo, non imputationem ſecum trahere remiſſionem peccati, & infuſionem iuſtificationis: vnde de ipſa reconciliatione idem Apoſtolus loquens ad Coloſſ. [d] *Nunc* (inquit) *reconciliauit in corpore carnis eius, per mortem exhibere vos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo.*

Tertium, [e] *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficiamur iuſtitia Dei in ipſo.* Ergo ſicut imputatiuè dicitur Chriſtus peccatum: ſic & nos imputatiuè, *Iuſtitia Dei.*

Ad Antecedens. vt ad quartum argum. ſuperioris.

[a] 1. *Cor.* 1. *v.* 30. ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις.

[b] *Pſal.* 17. *v.* 1. *Patiētia noſtra Pſal.* 70. *v.* 6. *ſalus noſtra. Pſal.* 26. *v.* 1.

[c] 2. *Corinth.* 5. *v.* 19. θεὸς ἦν ἐν χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

[d] *cap.* 1. *v.* 22. νυνὶ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους, καὶ ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ.

[e] 2. *Cor.* 5. *v.* 21. τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ

Ad conſeq. Chriſtum non dici *peccatum* niſi ratione Satisfactionis pro peccatis noſtris: Quare non propterea peccator: ſed potius iuſtus dici debet. At ſi iuſtitia Dei ſolùm imputaretur nobis, verè maneremus iniuſti: quod eſt expreſſe contra ipſas Scripturas.

ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν (ὁ θεὸς) ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ.

Soluuntur ex Epiſtola ad Epheſios.

CAP. XII.

PRIMVM,[a] *Deus nos acceptos, ſiue gratioſos habuit in dilecto filio ſuo.*

Reſpondeo ἐχαρίτωσεν non ſignificare *gratioſos* ſiue *acceptos habuit* ſicut vult Caluinus: ſed *gratioſos fecit*, nimirum intuitu Chriſti. Ita enim Chryſoſt.[b] *Gratioſos* (inquit) *nos reddidit: hoc eſt non ſolùm, à peccatis liberauit, ſed & dilectos amicos effecit. quemadmodum enim ſi quis ſcabioſum quendam peſte, morbo, ſenio, paupertate pariter, ac fame corruptum nactus, formoſum mox adoleſcentem reddat qui quoſuis venuſtate ſuperet,* [c] &c.

Secundum:[d] *Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus.* Iſta enim ſimilitudo indumenti, oſtendit, iuſtitiam nobis extrinſece adeſſe, eamque noſtram non eſſe: ſicut nec veſtes Eſau, erant Iacob.

Reſpondeo, ſimilitudinem indumenti optimè conuenire iuſtitiæ inhærenti. 1. quia hæc iuſtitia non eſt naturalis: nec nobiſcum naſcitur: ſicut nec indumentum. 2. quia diſtinguuntur iuſtitiâ homines, ſicut veſtimentis. 3. quia induere, ſignificare

[a] *cap.* 1. *v.* 6. ἐν ᾗ (χάριτι) ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ.

[b] *in hunc locum.*

[c] *vehementè ſplendorem è genis emittat, ipſáque fulgura oculorū repercuſſionibus obſcuret. Quem deinde, & in ipſo ætatis flore conſtituat: atque in ſuper & purpura, & omnigeno mūdo veſtiat, atque exornet. Non aliter animam noſtram Deus, & elaboratam, & pulchram, & deſiderabilem, ac dilectam reddidit.*

[d] *cap.* 4. *verſ.* 24.

cat [e] phraſi Hebraïca *abundanter*, & *copioſè tegere*. per iuſtitiam autem tegitur abundanter donis cœleſtibus anima. Porro illa comparatio veſtimentorum Eſau, ſi quid ponderis habet: ſolum infert, noſtram iuſtitiam niti virtute iuſtitiæ Chriſti.

[e] *Pſal. 64. v. 14. Induti ſunt arietes ouium, & valles abũdabunt frumento.*

Soluuntur alia duo.

CAP. XII.

PRIMVM Actor. 13. [a] *Per hunc* (Chriſtum) *annunciatur vobis remiſſio peccatorum ab omnibus, à quibus non potuiſtis in lege Moſis iuſtificari. In hoc omnis qui credit iuſtificatur.*

Reſpondeo, ſenſum eſſe: *per Chriſtum vt per cauſam efficientem iuſtificationis* (& proinde non formalem: quia hæ duæ non coincidunt reſpectu eiuſdem) *annunciatur vobis credentibus, ſicut oportet, remiſſio peccatorum: & conſequenter renouatio animæ, ab omnibus à quibus non potuiſtis in lege Moſis iuſtificari, viribus propriis: quia ſine auxilio gratiæ Dei impleri nequit. Atque in hoc omnis qui credit, iuſtificatur.*

[a] *v. 38.* διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται, καὶ ἀπὸ πάντων ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι· ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται.

Secundum, Lucæ. 18. Publicanus dicitur iuſtificatus: cum ſolam petiiſſet peccatorum remiſſionem. Phariſæus reiectus, quamtumuis gratias de bonis operibus redderet Deo.

Reſpondeo: cum remiſſione peccatorum petiiſſe Publicanum renouationem ſpiritus, id eſt, integram reconciliationem. Ita enim concludit Dominus: [b] *Omnis qui ſe humiliat exaltabitur: & qui ſe exaltat humiliabitur*, At *exaltare*, non eſt ſimpliciter, *offenſam condonare:* ſed ad gradum altiorem euehere. Phariſæus vero reiicitur non quod gratias de operibus ageret: ſed quia ſuperbè ſua opera iactaret. quaſi nihil ſibi ignoſcendum putaret: inſuper etiam contemneret Publicanum.

[b] *v. 14.* πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. *v. 15.* ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται.

Soluuntur ex PP.

CAP. XIII.

[a] *in Pſal.* 118. PRIMVM, *Qui dicit* (inquit [a] Ambroſ.) *peccata ſua, iuſtificatur.*

Reſpondeo, iuſtificari: ſed per gratiam infuſam.

[b] 19. *Ciuit.* 27. Secundum, *Ipſa* (inquit [b] Auguſt.) *iuſtitia, quamuis vera ſit propter veri boni finem, ad quem refertur: tanta tamen eſt in hac vita, vt potius peccatorum remiſſione conſtet, quam perfectione virtutum:* At qui dicit, *hoc potius volo, quam illud:* idem eſt, ac ſi diceret: *hoc volo non illud.* Ergo, idem eſt: *potius*: quam *ſolùm conſiſtere iuſtificationem in remiſſione peccatorum.*

Ad Minorem, veram eſſe: ſi ex duobus, neceſſario ſit vnum eligendum: falſam. ſi vtrumque haberi poſſit. tunc enim, ſolum ſignificatur animum magis in vnum, quam in aliud ferri.

Ad concluſ. negatur. Nam illud *potius*, non excludit perfectionem virtutum: ſed illi ſolum præponit remiſſionem peccatorum. 1. quia peccata in Baptiſmo perfectè delentur. At virtutes infuſæ debent continuè perfici. 2. quia remiſſio peccati ſemel facta, non eget noua infuſione virtutum. At virtus infuſa, eget quotidiè remiſſione venialis peccati. Et ſic hac in parte remiſſio peccati videtur potior virtute infuſa.

[c] *epiſt.* 109. Secundum, Bernard. [c] *Iuſtum me dixerim, ſed illius iuſtitia Quænam ipſa? finis legis Chriſtus: ad iuſtitiam omni credenti. Denique qui factus eſt nobis iuſtitia, à Deo patre.*

Reſpondeo, ſic velle iuſtitiam Chriſti noſtram eſſe: ſicut peccatum Adami: videlicet hoc per generationem: illam per regeneratione͂. Sicut ergo peccatum Adæ non eſt illud, quod ei inhærebat: ſic nec iuſtitia noſtra erit ea, qua formaliter Chriſtus eſt iuſtus.

Tertium,

Tertium, eiuſd. [d] *Qui factus eſt* (inquit) *nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & Redemptio. Sapientia in prædicatione, iuſtitia in abſolutione peccatorum.* [d] *ſerm. 22. in Cantica.*

Reſpondeo loqui Bernardum de cauſa efficiente.

Quartum: [e] *Delicta iuuentutis meæ, ne memineris & iuſtus ſum.* [e] *ibidem.*

Reſponſio, vt ad primum.

Quintum, [f] *Non peccare, Dei iuſtitia eſt: hominis iuſtitia, indulgentia Dei eſt.* [f] *ſerm. 23. in Cantica.*

Reſpondeo, loqui Bernard. de efficiente cauſa, & indulgentia plena, quæ ſecum renouationem importat.

Soluuntur obiectiones ex ratione.

CAP. XIIII.

PRIMA, iuſtitia debet exactè reſpondere legi. At nulla hominis iuſtitia exactè legi reſpondet, iuxta illud: [a] *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* [a] *Pſal. 142. v. 2.*

Reſpondeo, hæc ad actualem iuſtitiam ſpectare, quæ multa venialia habet adiuncta peccata: & proinde merito iudicium ſtrictum Dei reformidat.

Secunda, iniuriam facimus Chriſto, & ſuperbiendi cauſam accipimus, ſi aliquam iuſtitiam propriam habere dicamur.

Negatur, quia quidquid habemus, ab eo nos accepiſſe, & eo inniti fatemur.

Iuſtitiam qua formaliter iuſtificamur eſſe habitualem.

CAP. XV.

PRIMÒ, quia Sacramenta non concurrunt niſi ad productionem gratiæ habitualis. Nam paruulis in Baptiſmo datur gratia, quæ tamen actualis eſſe nequit.

Secundò, ex Catechiſmo Trident. [a] *Eſt etiam gratia* (inquit) *quemadmodum Tridentina Synodus ab omnibus credendum pœna anathematis propoſita decreuit: non ſolum, per quam peccatorum fit remiſſio: ſed diuina qualitas in anima inhærens, ac veluti ſplendor quidam, & lux, quæ animarum noſtrarum maculas omnes delet, ipſaſque animas pulchriores, & ſplendidiores reddit.*

Tertiò, ex Auguſt. [b] *Sequuntur opera iuſtificatum: non præcedunt iuſtificandum:* loquitur de meritorijs operibus. [c] *Non viuunt homines benè, niſi prius effecti ſint filij Dei.* [d] *Iuſtitiam homo non operatur niſi iuſtificatus.* &c.

Quartò, quia Fideles ſunt iuſti: non ſolum, cum operantur: ſed etiam cum dormiunt, aut nihil agunt.

Quintò, ſpiritus ſanctus, peculari modo, inhabitat iuſtos, etiam paruulos. At id intelligi nequit, niſi operetur in eis aliquid permanens.

Sextò, vnus actus non denominat à ſua ſpecie agens: nec enim vno iuſtitiæ actu dicetur aliquis iuſtus. Ergo vt iuſtus ſit, requiritur habitus.

[a] *tract. de Baptiſmo.*

[b] *libro de fide, & operibus cap.* 14.

[c] 1. *contra duas epiſt. Pelagianor.* 2.

[d] *in Pſal.* 110.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XVII.

PRIMA, [a] *Factores legir, iuſtificabuntur.* Item: [b] *ex operibus iuſtificatur homo.* Item: [c] *Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt.* Ergo opere, non habitu, iuſtificamur.

Reſpondeo ad 1. teſtimonium vel ſenſum eſſe: *Merebuntur augmentum gratiæ*: vel, *qui cupiunt verè legis eſſe factores, dent operam, vt iuſtificentur: non enim legis iuſtitiam faciunt, niſi iuſtificati*: vel, *iuſtificabuntur*, *id eſt declarabuntur, & præmiabuntur iuſti in iudicio diuino*: iſque videtur maximè literalis ſenſus. Nam ibi agit Paulus de præmiis & pœnis.

Ad 2. intelligi de iuſtificatione ſecunda: [d] qua qui iuſtus eſt, iuſtificatur adhuc.

Ad 3. non docere quid faciat hominem iuſtum formaliter: ſed, vnde poſſit cognoſci iuſtus.

[a] *Rom 2. v. 13.* οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.

[b] *Iacobi 2. v. 24.* ὁρᾶτε ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος.

[c] *1. Ioan. 3. v. 7.* ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, δίκαιός ἐστιν.

[d] *vt docet Concil. Trid. cap. 10. ſeſſ. 6.*

Secunda, peccatum opponitur propriè iuſtificationi: ſed iuſtitia habitualis non opponitur peccato contrariè: quoniam habitus iuſtitiæ contrarius eſt habitui iniuſtitiæ: qui peccatum non eſt, ſed vitium: neque opponitur priuatiuè: quia peccatum eſt, receſſus à regula. At non ſunt idem, *receſſus à regula*, &, *priuatio iuſtitiæ habitualis.* Nam qui amiſſa iuſtitia iterum peccant, nulla priuantur denuo iuſtitia. Ergo, &c.

Reſpondeo, iuſtitiam habitualem opponi peccato tanquam habitum priuationi. Tranſeunte namque actu peccati remanet auerſio habitualis à Deo, macula: dignitas pœnæ: indignitas gratiæ: reatus ad pœnam, inimicitia Dei. Ad probationis minorē, negatur ſi de [e] receſſu, & auerſione habituali agatur. Ad rationem: per accidens contingere, tunc non denuò iuſtitiam amitti: ſufficit enim, ſi adeſſet, expelli.

[e] *ita enim ſunt idem, receſſus à regula, & priuatio Iuſtitiæ habitualis.*

Tertia, ſi vera eſſet ſententia noſtra, iuſtitia habitualis, nos Deo faceret gratos. At non facit gratos. Quia datur, iam ante prædeſtinatis ad regnum: & proinde iam antea Deo gratis.

Reſpondeo, [1. ſi quid hoc argumentum valeret: probaret nullos iuſtificari à Deo: niſi iam antea gratos.] 2. prædeſtinatos ad regnum nondum eſſe gratos ad aſſequendam gloriam: ſed fieri gratos per gratiæ collationem.

Quarta, ſequeretur nullum poſſe iuſtificari ſine iuſtitia habituali, cauſa namque formalis, nec quidem à Deo ſuppleri poteſt. At non deſunt Theologi, qui ſentiant poſſe tolli peccatum à Deo, ſine infuſione gratiæ.

Ad Minorem, reſpondeo hos DD. falli, nec enim poteſt nunc vt quis habitualiter ſit auerſus à Deo: fieri & ſine cõuerſione habituali iuſtificari poſſit.

DE IVSTIFICATIONE
LIBER TERTIVS.

Qui eſt de incertitudine, mutabilitate, & inæqualitate iuſtitiæ.

1. De erroribus in hac materia.
2. Partitio certitudinis.

CAP. I. & II.

[a] PRIMVS, [b] aſſerit, *debere omnes certa Fide credere ſe iuſtos eſſe.*

[c] Secundus, *ſe electos, eſſe ac prædeſtinatos.*

Tertius, [d] *iuſtitiam ſemel adeptam amitti non poſſe.*

Quartus, [e] *vnum non eſſe iuſtiorem alio.*

Quintus, [f] *hac ſola certitudine hominem iuſtificari.*

Sextus, [g] *hanc quidem certitudinem: ſed non ſolam, pertinere ad iuſtificationem.*

Septimus, [h] *etſi hac certitudo poſſit haberi: non tamen ad iuſtificationem ſpectare.*

[a] CAP. I.
[b] *hæreticorum omniũ huiuſce temporis.*
[c] *Caluiniſtarum.*
[d] *Caluiniſtarum.*
[e] *Lutheranorum.*
[f] *Lutheri ar.* 10.11.12. & *Caluin.* 3. *cap.* 2. §.16.17.18. *Inſtit.*
[g] *authoris Enchiridij Colonienſis, tractatu de Iuſtificatione.*
[h] *Catharini.*

DE IVSTIFICATIONE

CAP. II.

Certitudo, eſt Firmitas, & immutabilitas veritatis.

- *Obiecti*, ſiue rei cognitę quæ reuera aliter ſe habere nequit: quam creditur, vel cognoſcitur.
- [;·.]
- Subiecti, ſiue cognoſcentis: nimirum aſſenſus ad rem, quæ proponitur cognoſcenda.
    - obſcura
        - Fides diuina.
        - humana: ſiue moralis: qua aliquid firmiter creditur: ob authoritatem humanam.
        - coniecturalis: ſcilicet, quæ etſi tot ſignis nitatur, vt anxietatem excludat: non tamen omnem expellit formidinem.
    - euidens
        - Principiorum.
        - Concluſionum.
        - Senſuum.

Status ergo quæſtionis eſt. *Vtrum debeat, aut poſsit aliquis, ſine ſpeciali reuelatione, certus eſſe, certitudine fides diuinæ, cui nullo modo poteſt ſubeſſe falſum, ſibi remiſſa eſſe peccata.*

Vera ſententia.

CAP. III.

VERA ſententia, eaque communis aſſerit, *hanc certitudinem haberi non poſſe.*

Probatur Primò ex Academiis. [a] Parienſis hanc damnauit propoſitionem Lutheri. *Peſsimè, docent Theologi: quando dicunt nos neſcire, quando ſimus in gratia.*

[a] *in cenſura articulorū Lutheri.*

Digitized by Google

Louanienſis: [b] *Fides* (inquit) *qua quis firmiter credit & certò ſtatuit ſibi remiſſa eſſe peccata, ſeque poſſeſſurum vitam æternam, nullus habet in ſcripturis teſtimonium: imo eiſdem aduerſatur.*

[b] *artic.9. aduerſus Lutherum.*

Secundò, ex Concil. Trident. [c] *Quilibet dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt. Cum nullus ſcire valeat, certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum* (quæ ſola eſt diuina, atque catholica) *ſe gratiam Dei eſſe cõſequutum.* Item. [d] *Quia in multis offendimus omnes, vnuſquiſque ſicut miſericordiam, & bonitatem, ita ſeueritatem, & iudicium ante oculos habere debet: neque ſeipſum aliquis, etiamſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita, non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt: ſed* Dei. Item. [e] *Si quis dixerit omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequendam neceſſarium eſſe, vt credat certò, & abſque vlla hæſitatione propriæ infirmitatis, & diſpoſitionis peccata ſibi eſſe remiſſa.* Anathema ſit.

[c] *ſeſſ.6. cap.9.*
[d] *cap.16.*
[e] *can.13.*

Idem probatur ex Scripturis.

Cap. IIII. V. & VI.

PRIMÒ, [a] Prouerbior. [b] 20. *Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum: purus ſum à peccato?*

Reſpondetur 1. [c] in Hebræo haberi: *Quis poteſt dicere mundaui cor meum?* Et proinde hoc in loco ſolùm ſuperbiam argui. 2. agi de venialibus tantum.

Ad 1. idem eſſe apud Hebræos *mundaui cor meum:* &, *mundum eſt cor meum,* conſtanter enim [d] Hebræi fatebantur ſolius eſſe Dei, cor mundare.

Ad 2. propter venialia ſola non dici homines immundos.

Secundò, [e] *ſunt iuſti atque ſapientes: & opera eo-*

[a] Cap. IIII.
[b] *verſ. 9.* מִי־יֹאמַר זִכִּיתִי לִבִּי טָהַרְתִּי *mi-iomar ziccithi libbi tahartì: Quis dicet, mundaui cor meum: mũdus ſum à peccato meo?*
[c] *eſt Catharini.*
[d] *Iob.14.v.4. Pſal.50.v.11. Marci 2.v.7.*
[e] *Eccleſiaſtæ 9.v.1.*

rum in manu Dei. Et tamen neſcit homo, vtrum odio vel amore dignus ſit.

Reſpondent 1. non negare Salomonem, abſolute poſſe id hominem ſcire: ſed negare id poſſe ex euentis externis 1. quia ſubiungit. *Eo quod vniuerſa*
f v. 21. *æquè eueniant iuſto, & impio* 2. quia ſimiliter [f] Eccleſiaſtæ tertio dicitur, *non poſſe ſciri quid interſit inter animam hominis*, & animam iumenti. At nihilominus ſcimus hominis animam immortalem: iumenti mortalem eſſe.

g v. 2. Contra: ſubiungit Salomon: [g] *Sed omnia in futurum ſeruantur incerta.* At poſt mortem non ſeruatur cognito ex præſenti euentu: ſeruatur autem quoad cognitionem abſolutè.

Ad primum Reſpondeo, non eſſe neceſſe rationem concluſionis, æquè patere explicite ac concluſionem. Sufficit enim concluſionem probari in aliquo potiſſimo: vnde cætera deduci facilè valeant: ſicut & Salomon ſuam concluſionem probauit, hoc modo. *Si homines ſcirent an odio digni ſint vel amore: id certè intelligerent ex beneficiis Dei. At huiuſmodi beneficia ſunt communia iuſtis, & impiis & proinde hinc nequit id cognoſci. Ergo nullo modo, iuxta ordinariam legem.*

Ad ſecundum: ibi in perſona impiorum loqui Salomonem: quorum potior pars reuera ignorat diſcrimen inter animam hominis, & iumenti.

Reſpondent 2. loqui Salomonem de cognitione humana non ſupernaturali.

Contra. 1. loquitur Salomon abſolutè de cognitione: & quidem quam etiam habeant iuſti 2. ſi ſupernaturaliter hæc cognitio haberetur. Ergo nō reſeruaretur in futurum incerta.

h *ſerm. 2. in octaua Paſcha.* Reſpondent 3. exponi hunc locum à [h] Bernardo de incertitudine prædeſtinationis.

Verùm incertitudo prædeſtinationis, non pugnat cum incertitudine gratiæ: imò vna colligitur ex alia: quare de vtraque hic locus merito poteſt explicari.

Tertiò, [l] *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu: neque adiicias peccatum ſuper peccatum: & ne dicas: Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur.*

Reſpondet Kemnitius, Sapientem loqui contra carnalem ſecuritatem eorum, qui, ſpe miſericordiæ, non deſinunt peccare.

Contra. Sapiens non ſolum conſtituit in hoc huiuſmodi ſecuritatem: ſed quòd huius generis homines certo ſibi credant demiſſa eſſe priſtina peccata.

[k] Quartò: [b] *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit: etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea.* [c] *verebar omnia opera mea, ſciens, quod non parceres delinquenti.*

Reſpondet Catharinus, Iob iuſtum ſe ſciuiſſe: ſed ſuam noluiſſe iuſtitiam iactare.

Contra. Iob equidem toto eo libro ſuam innocentiam profitetur: ſed non aſſerit illam ſe certo ſcire: alioquin non ſine mendacio dixiſſet illam ſe ignorare.

Quintò, [d] *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.*

Sextò, [e] *Mihi pro minimo eſt* (inquit Paulus) *vt à vobis iudicer, aut ab humano die ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, Dominus eſt. Nolite itaque ante tempus iudicare quoad vſque veniat Dominus,* &c.

Reſpondent primò, ſolùm ſignificare Apoſtolum ſe coram Deo non eſſe iuſtum, vlla virtute, qualitate, aut opere: ſed ex ſola Dei miſericordia.

Contra 1. vel illa: *Nihil mihi conſcius ſum*, ſignificant, *Non agnoſco vlla in me peccata reuera inhærentia:* vel, *video peccata mea per miſericordiam Dei tecta.* ſi primum, falſa erit aduerſariorum interpretatio. Quomodo enim non eſt iuſtus interiori virtute, cui nulla inhærent peccata? ſi poſterius, falſo dixit

[l] *Eccleſiaſtici* 5. v. 5. & 6.

[k] CAP. 5.

[b] *Iob.* 9. v. 20. & 21.

[c] v. 28.

[d] *Pſal.* 18. v. 13.

[e] 1. *Cor.* 4. v. 3. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν ἵνα ὑφ᾽ ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω. v. 4. οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. ὁ δὲ ἀνακρίνων με, κύριός ἐστιν. v. 6. ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος.

Paulus: *Non in hoc iuſtificatus ſum*: cum per ſolam, *non imputationem*, iuſtificatio contingat ſi ſit aduerſariis credendum. 2. repugnat expoſitio aduerſariorum ſcopo Apoſtoli. Cupiebat enim deterrere Corinthios à iudicio temerario. Ad id autem nihil refert, ſi dixiſſet: *Non iuſtificor ex virtutibus meis: ſed ex Dei miſericordia.*

Reſpondiſſent enim, quid refert quomodo iuſtificemur, dummodo ſciamus nos eſſe iuſtificatos? 3. repugnat expoſitioni PP. [f] Ambroſ. *Humiliat ſe, & loquitur vt homo, qui poſſit peccatum incurrere neſcius.* Chryſoſt. [g] *Non Corinthios tantum: ſed ſeipſum quoque hoc priuat iudicio, quod cognitione ſua maius teſtatur.*

Reſpondent, ſecundò ſenſum eſſe: *Me quidem iuſtum ſcio*: ſed *non in hoc coram hominibus iuſtificatus ſum: quia meam iuſtitiam neſciunt internam.*

Contra. 1. non rectè dixiſſet Paulus: *ſed neque meipſum indico*: deinde rationem reddens: *Nihil enim mihi conſcius ſum.* 2. hæc explicatio repugnat ſimiliter PP. Scopo Apoſtoli, & Concilio Trident. ſup.

[h] Septimò, [i] *Cum quæſieris ibi Dominum, inuenies eum: ſi tamen in toto corde quæſieris eum.* Item: [k] *Quieſcite agere peruerſe diſcite benefacere,* &c. & venite, &c. *ſi fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, ſicut nix dealbabuntur,* &c. At nullus certò ſcit ſe Deum ex toto diligere corde: vel pœnitere ſicut oportet ad remiſſionem culpæ: cum nullum inueniatur teſtimonium ſcripturæ, de pœnitentia noſtra in particulari. Igitur nullus etiam certò ſciet ſe iuſtificatum eſſe.

Octauò, [l] *forſan ignoſcet Deus delictis tuis.* [m] *Qui ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus?* &c. At hæc incertitudo nequit ex parte promiſſionum Dei ſe te-

[f] *in hunc locum.*
[g] *in hunc locū Hierony. 2. in Pelag. Qui hoc dicebat nullius vtique peccati ſibi conſcius erat: ſed quia legerat: Delicta quis intelligit? idcirco tēperabat ſententiam, ne fortè per ignorantiā deliquiſſet. Aug. in Pſal. 41. in illud Abyſſus Abyſſum inuocat. Bernard. epiſt. 42. Theophyl. Anſel. D. Tho. in hunc Pauli locum.*
[h] CAP. 6.
[i] *Deuter. 4. v. 29. Item 2. Paralip. 6. v. 38. 39.*
[k] *Iſaiæ 1. v. 16. 17. 18. Ioan. 15. verſ. 14. vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.*
[l] *Danielis 4. verſ. 24.*
[m] *Ioelis 2. verſ. 14.*

nere. Ergo ex parte incertitudinis noſtræ diſpoſinis, erit.

Nonò, *Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.* [n] *Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat.* At hæc fruſtra dicuntur, ſi homo de ſua Iuſtificatione certus eſſe poſſit.

[n] 2. Cor. 10. v. 18. οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ κύριος συνίστησιν.

Probatur ex PP.

CAP. VII.

AMBROS. [a] *ſui volebat auferri opprobrium, quod ſuſpicatus eſt: vel quia cogitauerat in corde, & non fecerat: & penitentia licet oblitum. ſuſpectus tamen erat ne fortè adhuc maneret eius opprobrium, & ideò Deum precatur, vt illud auferat, quia ſolus nouit, quod neſcire poteſt, etiam qui fecit.*

Baſil. [b] *Multa peccantes plurima, neque intelligimus. Quapropter dicit Apoſtolus: Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. hoc eſt multum pecco, & non intelligo.*

Chryſoſt. [c] *Multis de cauſis incertum eſt noſtrum iudicium. vna quod multa opera noſtra nos lateant,* &c.

Aug. [d] *Quandiu viuimus hic, de nobis ipſis nos ipſi iudicare, non poſſumus: non dico quid cras erimus, ſed quid hodie ſimus.* [e] *Quantalibet iuſtitia ſit præditus homo, cogitare debet, ne aliquid in illo, quod ipſe non videt, inueniatur eſſe culpandum.*

Theodoret. enarrans illud: *Nihil mihi conſcius ſum. Non me* (inquit) *à peccato immunem pronunciabo: ſed Dei ſententiam expectabo,* &c.

Gregor. [f] Beda. [g] *ſunt multi mundo corde, & iuxta humanæ poſſibilitatis modum, puri à peccato: nec tamen ſeipſe quiſquam mundicordem, & immunem à peccato, abſque temeritate pronunciauerit.*

Bernard. [h] *Nouit Dominus qui ſunt eius, quis verò*

[a] *ſerm.* 5. *in Pſal.* 118.

[b] *in conſtitutionibus monaſticis cap.* 2.

Hieron. in 3. *Hieremiæ.*

[c] *homil.* 11. *in* 1. *Corinth.*

[d] *ſerm.* 35. *de verbis domini.*

[e] *libro de perfectione Iuſtitiæ, poſt mediū.*

[f] *epiſt.* 22. *Quæ dies* (*ſcilicet vltima*) *quouſque veniat ſemper ſuſpecta: ſemper trepida metuere culpas debes.*

[g] *in* 20. *Prouerbior.*

[h] *ſerm.* 2. *in Octaua Paſchæ.*

1 *cap.vlt. de purgatione canonica.*

ſcit hominum ſi eſt dignus amore, an odio? Innocent 3. iuramentum iudicauit temerarium fuiſſe hominis cuiuſdam, aſſerentis ſe immunem à certis criminibus¹, ſibi, vt credebat, per pænitentiam dimiſſis.

Rationibus probatur 1. non poſſe hanc certitudinem haberi 2. neminem teneri illam habere 3. non expedire, vt ordinariè habeatur 4. reipſa non haberi.

CAP. VIII.

PRIMVM, probatur. Non poteſt aliquid certum eſſe, certitudine fidei niſi immediate contineatur in verbo Dei: aut euidenter inde deducatur. At certitudo remiſſionis peccatorum: neutro modo contingere poteſt. non priori. Quia nullibi in verbo Dei habetur, *Talem vel talem iuſtificatum eſſe*: excepta Maria Magdalena, & pauciſſimis aliis in Euangelio expreſſis: neque poſteriori. Nam hac ratiocinatione deduceretur: *verbũ Dei teſtatur verè pœnitentibus peccata dimitti. Sed mihi euidens, & certa*, eſt mea conuerſio. Ergo & certa mea remiſſio. At huius arg. Aſſumptio falſa eſt. 1. *quia prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile*. 2. videmus reipſa multos hac in parte falli, vt B. Petrum. 3. nulla ſunt euidentiora Charitatis ſigna, quam opera. At [a] Paulus teſtatur multa huiuſmodi opera, poſſe, quoad ſubſtantiam, ſine Charitate eſſe.

a 1. *Cor.* 13.

Secundum, probatur 1. quia in nullo Symbolo, aut canone Eccleſiaſtico talis fidei articulus habetur. 2. cum quis peccaret id credere non poſſet, niſi debita opera, falſum credere vellet. Ergo quiſquis peccaret, [b] ilico hæreticus eſſet. Quod eſt ab-

b *quia nõ crederet: articulum fidei.*

ſurdum dicere : cum extra Eccleſiam hæretici verſentur: & tamen ſint in Eccleſia & oues,& hœdi.

Tertium probatur.*Quia* (vt Auguſt. ait) [c] *in hoc loco tentationis : tanta eſt infirmitas, vt ſuperbiam poſſit generare ſecuritas.* Gregor. [d] *Si ſcimus nos gratiam habere, ſuperbimus.*

Quartum 1. quia conſtat, ſingulari beneficio [e] quibuſdam reuelatum fuiſſe, ſibi dimiſſa peccata. At hoc fruſtra, ſi id ordinariè contingeret.2. conſtat quoſdam,etiam viros [f] ſanctos,in morte grauiter trepidaſſe. quomodo ergo certitudinem gratiæ habebant ? 3. tam Lutherani, quam Anabaptiſtæ ac Sacramentarij credunt firmiter, ſibi,propter Chriſtum,fide apprehenſum,remiſſa peccata: & tamen, iuxta nos, omnes errant : iuxta illos,aliqua eorum fallitur pars. Ergo, *&c.*

[c] *libro de corrept. & gratia cap.*13.

[d] 9.*Mor.*17.

[e] *Antonio apud Athan. in Antonio S. Gallæ apud Greg.*4.*Dialogor.*13.

[f] *vt Hilarionem apud Hierony. in Hilarione.*

Soluuntur argumenta ex ſcripturis.

Cap. IX.

PRIMVM: Luc. 17. [a] *Cum feceritis hæc omnia: dicite, ſerui inutiles ſumus,quod debuimus facere fecimus.* At quomodo poteſt, quis hoc dicere, niſi certo ſciat ſe omnia impleſſe præcepta ?

Reſpondeo:ſolum velle Chriſtum cum *bona fide, non certitudine infallibili fecerimus quæ nobis ſunt præcepta : ita vt nos noſtrum cor non reprehendat : non tamen inde ſuperbiamus : ſed dicamus : ſerui inutiles ſumus.*

[a] v.10. ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν. λέγετε ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν.

Secundum : [b] *Qui facit veritatem, venit ad lucem: vt manifeſtetur opera eius : quia in Deo ſunt facta.* At quis auderet venire ad lucem, id eſt Chriſtum, vt ſua dijudicarētur opera, niſi ſciret ea eſſe bona?

Reſpondeo loqui Dominum de operibus bonis iuxta ſenſum communem : quæ latebras non quærunt: vt opera mala : ſed accedere ad lucem non erubeſcunt.

[b] *Ioan.*3.*v.*21. ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα: ὅτι ἐν θεῷ ἐστιν εἰργασμένα.

Tertium, [c] *In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Quanto magis ergo vnuſquiſque poterit ſeipſum hac in parte cognoſcere?

Reſpondeo, non loqui Dominum, de cognitione omninò infallibili. Alioquin ſequeretur omnibus notum eſſe certo interiorem aliorũ ſtatum. Senſus ergo verborum Chriſti eſt, *nullo clariori ſigno poſſe diſcipulos eius ab aliis dignoſci, quam dilectionis.*

Quartum, [d] *Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.*

Reſpondeo, his verbis ſolum ſignificari, ſi cognoſcimus Deum per Fidem, certos eſſe id non fieri ſine auxilio ſpiritus ſancti habitantis in nobis.

Quintum, [e] *In illa die cognoſcetis, quia ego in patre & vos in me, & ego in vobis.*

Reſpondeo, 1. cum [f] Aug. & Cyrill. hic agi de beatitudine æterna. 2. ſi placeat de hoc intelligere ſtatu, idem eſſe. *ac cognoſcere Chriſtum, Eccleſiæ caput noſque membra eius.*

Sextum, [g] *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei.* At ſpiritus ſancti teſtimonium, eſt infallibile omninò.

Reſpondeo, fore veram minorem, ſi ſpiritus ſanctus teſtaretur aperte: ſed cum, non niſi quibuſdam coniecturis id fiat: neque etiam infallibilis erit certitudo noſtra.

Septimum, [h] *Certus ſum, quia neque mors, neque vita, poterit nos ſeparare à Charitate Dei.*

Reſpondeo, 1. iuxta [i] quoſdam loqui Paulum de certitudine prædeſtinationis, vt ſenſus ſit: *certus ſum omnes prædeſtinatos in Charitate perſeueraturos.* 2. ſi velis loqui de ſeipſo, idem eſſe *certus ſum:* ac, *confido.* 1. qui verbum πέπεισμαι in textu: ſignificat, *perſuaſus ſum.* 2. quia eadem phraſi dixit Paulus: [k]

[c] *Ioan.* 13. *v.* 35. ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.

[d] *Ioan.* 14. *v.* 17. ὑμεῖς γινώσκετε αὐτὸ (πνεῦμα) ὅτι παρ᾽ ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται.

[e] *ibid. v.* 20. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὑμεῖς, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί μου, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν ὑμῖν.

[f] *in hunc locum.*

[g] *Rom.* 8. *v.* 15. & 16.

[h] *Rom.* 8. *v.* 38. πέπεισμαι, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωή, &c. δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ.

[i] *vt Aug. lib. de corrept. & gratia cap.* 7.

[k] *cap.* 15. *v.* 14. πέπεισμαι, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ, περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως.

Certus ſum, fratres mei, & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia. At quis dicat ſciuiſſe infallibiliter Paulum omnes fideles Romanos fuiſſe dilectione plenos.

Octauum, [l] *Non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ donata ſunt nobis.*

Reſpondeo, non loqui de beneficiis in particulari vnicuique collatis: ſed de notitia beneficiorum, quæ Deus omnibus præparauit electis. Nam [m] paulo ante dixerat: *Sicut ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audiuit,* &c.

Nonum: [n] *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat.*

Reſpondeo hanc probationem non exigere certitudinem fidei: ſed qualem poſſumus ex conſcientiæ examinatione.

Decimum: [o] *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* At inanis eſſet hæc gloria, niſi infallibilem certitudinem gigneret.

Negatur Minor. Non enim eſt conſolatio parua quando cor nos non reprehendit, ac lætamur in ſpe filiorum Dei.

Vndecimum: [p] *vosmetipſos tentate ſi eſtis ex fide, an non cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus in vobis eſt, niſi fortè reprobi eſtis?*

Reſpondeo, non loqui de præſentia Chriſti apud Corinthios, ſecundum gratiam gratum facientem: ſed ſecundum potentiam, prouidentiam & miracula, præmittit enim. [q] *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus, qui in vobis non infirmatur ſed potens eſt in vobis,* &c.

Duodecimum: [r] *Per quem habemus fiduciam* παῤῥησίαν, *audaciam & acceſſum in confidentia, per fidem eius.* At audacia, plus eſt quam certitudo.

Reſpondeo, agere Apoſtolum, non de certitudine iuſtificationis noſtræ, ſed veritatis myſterio-

[l] 1. Cor. 2. verſ. 12. ἡμεῖς οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν.

[m] v. 9.

[n] 1. Cor. 11. v. 28.

[o] 2. Cor. 1. v. 11. ἡ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν.

[p] 2. Cor. 13. v. 5. ἑαυτοὺς πειράζετε εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν: εἰ μήτε ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε.

[q] v. 3.

[r] Ephe. 3. v. 12. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει, διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ.

rum fidei. Nimirum, quia certi ſumus, ex fide Catholica, Chriſtum pro nobis natum, paſſum, &c. ac, nunc aſtare pro nobis vultui patris: ideo tanto freti interceſſore, audemus confidenter accedere ad thronum gratiæ.

[s] 1. *Ioan.* 3. *v.* 14.

Decimum tertium: [s] *Scimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres.*

Reſpondeo 1. duplicem certitudinem eſſe: vnam, infallibilem omnino: aliam, ex coniecturis: non expreſſit autem de qua loqueretur Ioannes. Quare ſi Eccleſiæ iudicio ſit acquieſcẽdum, de poſteriori tantùm agit 2. etſi loquatur in prima perſona, formare tamen propoſitionem vniuerſalem, idem enim eſt ac ſi dixiſſet: *certum eſt, eos eſſe tranſlatos de morte ad vitam qui diligunt fratres.*

[t] 1. *Ioan.* 4. *v.* 10. ὁ πιςεύων εἰς τὸν ὑιὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν αὐτῷ.

Decimum quartum: [t] *qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.*

Reſpondeo, loqui Ioannem de teſtimonio Dei, circa diuinitatem Chriſti: ſenſus enim eſt: *qui credit in filium Dei*, acceptat teſtimonium, quod de ſuo filio Deus tulit.

[v] 2. *Petri.* 1. *v.* 10.

Decimumquintum: [v] *Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.*

Reſpondeo 1. non niſi de coniecturali certitudine agi. 2. non tam loqui Petrum de certitudine ex parte ſubiecti, quam obiecti.

Soluuntur argumenta ex PP.

CAP. X.

[a] 7. *Diuinor. Nominum propè finem.*

PRIMVM, Dionyſ. [a] *Nouit penitus is qui veritati coniunctus eſt, quam benè ſe habeat, etiamſi plures illum corripiant quaſi amentem.*

Reſpondeo, loqui tantum de certitudine religionis Chriſtianæ. vult enim dicere, *pios Chriſtianos non multum curare quales à mundi ſapientibus*

pientibus iudicentur: quia ſciunt ſe veram religionem amplecti.

Secundum, Baſil. [b] *Quomodo certificatur anima quod Deus dimiſerit ei peccata.*

Reſpondet: *Si contemplabitur ipſum in affectu eius, qui dixit, iniuſtiam odio habui, & abominatus ſum.*

Reſponſio vt prima argumenti 15. ſuperioris capitis.

Tertium, Nazianz. [c] *Quis ſcit nunquid conuertatur & pœniteat, & relinquat poſt ſe benedictionem? atqui manifeſtè hoc ſcio. Ego diuinæ clementiæ ſum fideiuſſor. Nam iram, quæ præter naturam ipſius eſt remittet, & ad miſericordiam, quæ ſecundum naturam eius eſt conuertetur.*

Reſpondeo, Gregorium ſolum affirmare eſſe Deum clementem, ac nullis verè pœnitentibus indulgentiam denegare. At non ſequitur inde, nos certo ſcire eſſe de verè pœnitentium numero.

Quartum, Chryſoſt. [d] *Quando verò ſpiritus teſtatur, quænam relinquitur ambiguitas?* Et infra: *Suprema illa eſſentia, quæ & hoc ipſum largitur, quod promittit: atque adeò orare etiam iuſſit, teſtimonium perhibente, quiſnam de dignitate hac deinceps dubitare audebit?*

Reſpondeo, Chryſoſtom. explicare verba Pauli Rom. 8. v. 15. & 16. Ex quibus rectè certiſſimè colligit, eos eſſe filios Dei qui ex corde dicunt Abba Pater. At quinam illi ſint non propterea inde conſtat.

Quintum, Cyrill. [e] *Cum non rectè à diſcipulo verba ſua intellecta Chriſtus videret, repetit rurſus quod dixit, dilucideque docet, non ſolum cognitione iſta communi, amicis ſe ſuis manifeſtaturum: ſed excellentiori quodam fulgoris modo. Nam rudiores ab impio idolorum cultu ad cognitionem Dei vocati, ſolummodo per ſidem diſcunt, quod vnus Deus qui nos creauit colendus eſt. Qui vero, omni virtute mentem ſuam purgando, apti iam ad maiora facti ſunt, ſpiritus illuminatione recepta, oculis animi habitantem in ſe Deum videbunt.*

Reſpondeo 1. ibi agi de notitia beatæ. 2. etſi

[b] *quæſtionibus breuiter explicatis q. 12. & 296.*

[c] *orat. de plaga grandinis.*

[d] *homil. 14. in epiſtolam ad Romanos.*

[e] 10. *in Ioan.* 3.

contendas agi de notitia viæ. ſolum velle Cyrillum prædicare notitiam maiorem, quàm vulgus conſueuerit habere.

f *libro aduerſus Demetrianum.*

Sextum, Cyprian. [f] *Viget apud nos ſpei robur, & firmitas fidei, & inter ipſas ſeculi labentes ruinas, erecta mens, & immobilis virtus, & de Deo ſuo ſemper anima ſecura.*

Reſpondeo, vt ſecuri viuamus ſatis eſſe, nobis conſtare Deum conſtantem in omnibus verbis ſuis, nec deſerere ſuos.

g *ſerm. de cœna Domini.*

Septimum, idem Cyprian. [g] docet animam fidelem mirabiliter affici in Euchariſtiæ perceptione dum videt Deum condonare, & quid etiam condonet.

Reſpondeo, id ſolùm certitudine coniecturali videri.

h *Cyprian lib. de mortalitate.*

Octauum, [h] *Quis hîc anxietatis, & ſollicitudinis locus eſt? quis inter hæc trepidus, & mæſtus eſt, niſi cui ſpes, & fides deeſt? eius enim eſt mortem timere, qui ad Chriſtum tranſire nolit,* &c.

Reſpondeo, ſolum hæc verba pugnare contra eos qui non ſatis cõfidunt in promiſſionibus Dei, & ideo nimis anxie verentur mortem. Sed quamuis promiſſio Dei certiſſima ſit, nec de hac dubitare liceat: tamen diſpoſitionis noſtræ certum iudicium habere nequimus.

i *in 5. Math.*

Nonum, Hilar. [i] *Regnum cœlorum, quod Dominus in ſe eſſe poſitum eſt profeſſus, vult ſine aliqua incertæ voluntatis ambiguitate ſperari. Alioquin iuſtificatio ex fide nulla eſt, ſi fides ipſa fiat ambigua.*

Reſpondeo, loqui de fide Reſurrectionis corporum: quæ niſi omnem dubitationem excludat, ſpes nulla poterit eſſe.

k *ſerm. 5.*

Decimum, Ambroſ. [k] *Quiſquis illi fermento Chriſti adhæreſcit, efficitur, & ipſe fermentum: tam ſibi vtilis, quam idoneus vniuerſis, & de ſua certus ſalute, & de aliorum acquiſitione ſecurus.*

l *quis autem ſit ille certo ſciri non poſſe dicimus.*

Reſpondeo loqui de certitudine conditionali: nimirum, ſi [l] quis verè Chriſto adhæreat, ac in il-

lo permaneat.

Vndecimum, lib. 5. de Sacram. dicit, animam, ſuſcepto Baptiſmo, videre ſe à peccatis immunem.

Reſponſio vt ad 2.

Duodecimum, [m] Hierony. *Ergo iuſtus, qui de ſua certus eſt mente, qui ſcit ſe non poſſe labi, non debet inſtruere peccatorem in Spiritu lenitatis.*

Reſpondeo loqui Hierony. tum de certitudine in aliquo [n] certo genere virtutis tantùm: tum de coniecturali.

Decimumtertium, Auguſt. [o] *Hoc dixit Deus, hoc promiſit Deus: ſi parum eſt, hoc iurauit. Quia ergo non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum illius miſericordiam, firma eſt promiſsio, nemo debet cum trepidatione prædicare, de quo non poteſt dubitare.*

Reſpondeo, loqui Auguſt. de iuramento Dei, quo teſtatus eſt Chriſtum perpetuo in Eccleſia regnaturum.

Decimumquartum: [p] *O homo faciem tuam non audebas attollere, oculos tuos in terram dirigebas, & ſubito accepiſti gratiam Chriſti: omnia tibi peccata dimiſſa ſunt*, &c. Reſponſio vt ad 2.

Decimumquintum, [q] *Saluator loquitur, veritas pollicetur, ipſe dixit mihi, qui audit verba mea, & credit ei, qui me miſit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit. Ego autem verba Domini mei credidi, iam infidelis cum eſſem, factus ſum fidelis, ſicut ipſe monuit, tranſij de morte ad vitam: ad iudicium non venio, non præſumptione mea, ſed promiſsione ipſius.*

Reſpondeo, ex parte promittentis certitudinem eſſe infallibilem: ex parte ſuſcipientis non niſi coniecturalem: quia promiſſio conditionalis eſt.

Decimumſextum, [r] *Eſt modus gloriandi in conſcientia, vt noueris fidem tuam eſſe ſinceram: vt noueris ſpem tuam eſſe certam: vt noueris charitatem tuam eſſe ſine ſimulatione.*

Reſponſio vt ad 2. Nam ibidem Auguſt. monet hanc notitiam, & gloriam cum peccato occulto conſiſtere poſſe.

[m] *in 6. ad Galatas.*

[n] *verbi nanque gratia: qui in virginitate ſeruerunt: non immerito dici poſſunt de ſua Continentia ſecuri.*

[o] *in Pſal.* 88.

[p] *ſerm.* 28. *de verbis Domini.*

[q] *tract.* 22. *in Ioan.*

[r] *in Pſal.* 149.

s *ſerm. 6. de verbis Apoſtoli.*

Decimumſeptimum, s *Adiuuante ipſius miſericordia, Spiritum Chriſti habemus, ex ipſa delectatione iuſtitiæ, integra fide, Catholica fide, Spiritum Dei in nobis eſſe cognoſcimus.*

Reſpondeo, his verbis non ſignificari, fide Catholica nos cognoſcere ſpiritum ſanctum in nobis eſſe: ſed, ex fide Catholica tanquam ex coniectura, & ſigno, colligere ſpiritum ſanctum eſſe in nobis. Nam propoſitio, *Ex*, vel refertur etiam ad illud *Catholica fide:* vel non. ſi prius, ſenſus erit: *ex delectatione iuſtitiæ, & ex Catholica fide: tanquam duobus ſignis, cognoſci ſpiritum in nobis.* Si poſterius, ſenſus erit, *ex delectatione iuſtitiæ tanquam ex quodam ſigno, cognoſci,* t *Catholica fide, Spiritum in nobis eſſe.* At quomodo id fide cognoſcimus Catholica, ſi ex iuſtitiæ delectatione? fides enim Catholica, diuina reuelatione, non delectatione noſtra, niti debet.

t *id eſt certò, & infallibiliter.*

u *tract. 75. in Ioannem.*

Decimum octauum, u *Nunc eſt in nobis, & nos in illo. Sed hoc nunc credimus: tunc etiam cognoſcemus.*

Reſpondeo, ſolum ſignificari, eſſe Chriſtum indubitanter in Eccleſia: ſed non inde ſequitur eſſe indubitanter in hoc: vel illo.

x *13. Trinit. 1.*
y *8. Trinit. 8.*

Decimum nonum, x *Fidem ipſam videt quiſque eſſe in corde ſuo, ſi credit: vel non eſſe, ſi non credit,* y *Qui diligit fratrem, magis nouit dilectionem, quâ diligit, quam fratrem quem diligit.*

Reſpondeo, loqui de actione credendi, ac diligendi. Dum enim hanc exercemus, reuera certi ſumus nos eam habere. An verò ſit talis, qualis requiritur: nobis indubitanter non conſtare.

z *tract. 5. in epiſt. Ioannis.*

Vigeſimum: z *Nemo interroget hominem, redeat ad cor ſuum ſi ibi inuenit Charitatem, ſecurus ſit, quia tranſiit à morte ad vitam.*

Reſpondeo, ſufficere ad ſecuritatem, inueniri probabiliter Charitatem.

a *libro de pœnitentiæ medicina.*

Vigeſimum primum: a *Dimitte nobis debita noſtra non dicimus, pro iis peccatis, quæ remiſſa credimus in Baptiſmo, niſi de ipſa fide dubitemus.*

Reſpondeo, *credimus* poſitum eſſe pro *cenſemus,*

ſiue *confidimus*, vt patet ex 2. contra Creſconium. 28. quo eandem ſententiam repetens: *Dimitte nobis* (inquit) *debita noſtra non dicimus pro iis debitis, quæ ſemel in Baptiſmo dimiſſa eſſe confidimus*. Nimirum quia dubitaremus de ipſa fide, id eſt, in Baptiſmo vim eſſe remittendi peccata: quamuis contingere poſſit ea debita non eſſe peccata, indiſpoſitione ſuſcipientis.

Vigeſimum ſecundum, [b] *Dicat vnuſquiſque fidelium, ſanctus ſum, non eſt iſta ſuperbia elati, ſed confeſſio non ingrati.* [b] *in Pſal. 85.*

Reſpondeo, dicat indubitanter ſi ex reuelatione diuina id noſcat: dicat probabiliter, ſi nullius ſibi conſcius ſit mali.

Vigeſimum tertium, [c] *Diſcutiant ſe fidelium mentes, & intimos ſui cordis affectus, vera examinatione diiudicent: vt ſi depoſitum aliquid in conſcientiis ſuis de fructibus Charitatis inuenerunt:* Deum ſibi ineſſe non dubitent. Reſponſio, vt ad 20. [c] *Leonis ſerm. 2. de Paſchate.*

Vigeſimum quartum, Gregor. [d] *Mens quæ ſancto ſpiritu impletur, habet euidentiſſima ſigna, virtutes ſcilicet, & humilitatem: quæ ſi vtraque in vna mente conueniũt, liquent, quod de præſentia ſancti ſpiritus teſtimonium ferãt.* [d] *1. Dialog. 1*

Reſpondeo, loqui ſolum, vt patet, de euidentia ſignorum: quæ non niſi coniecturalem certitudinem gignere poteſt.

Vigeſimum quintum, Anſel. [d] *Per hoc quod ſpiritus ſanctus Charitatem nobis infundit, quia nos facit imitatores eſſe diuinæ bonitatis, vt diligamus inimicos, euidenti teſtimonio declarat menti noſtræ, nos eſſe filios Dei.* [e] *in Rom. 8.*

Eadem reſponſio.

Vigeſimum ſextum, Bernard. [f] *Si credis, peccata tua non poſſe deleri, niſi ab eo, cui ſoli peccaſti, & in quem peccatum non cadit, benefacis: ſed adde adhuc, vt credas, quia per ipſum tibi peccata donantur. Hoc eſt teſtimonium quod perhibet in corde noſtro ſpiritus ſanctus dicens: Dimiſſa ſunt tibi peccata tua: ſic enim arbitratur Apoſtolus gratis iuſtificari hominem, per fidem.* [f] *ſerm. 1. de Annunciatione Dominica.*

Reſpondeo, reuera credendum eſſe fide Catho-

lica, Deum, quantum ex parte ſui, vnicuique in particulari remittere peccata ſi rectà diſpoſitio adſit. quod verò de facto remittantur nuſquam dixit Bernardus eſſe credendum ſed: *Præuenienti* (inquit) *Miſericordiæ, vt veritas noſtræ conuerſionis occurrat: neceſſe eſt, ac de cætero ſanctimoniam ſectemur, & pacem, ſine qua nemo videbit Deum. Vbi enim compungitur quis tunc cum miſericordia præuenit*, &c. At quis ſcit certo, iſta ſe habere?

Soluuntur rationes.

CAP. XI.

[a] *vt Abel, Enoch, Noe, Abrah. &c.*

PRIMA, narrantur in ſcriptura [a] ſancti, qui de ſua fuere iuſtitia certi.

Reſpondeo, 1. id peculiari reuelatione habitum. 2. dum ſcriptura eos laudat, non tam illos, quam nos reddere certos de illorum iuſtificatione.

[b] *v. 9.*

[c] *v. 32.* ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν.

Secunda, Deus promiſit etiam in particulari ſingulis gratiam Zachar. 9. [b] *Ecce Rex tuus veniet tibi.* Luc. 12. [c] *Complacuit patri veſtro dare vobis regnum.*

Reſpondeo, 1. has promiſſiones generales eſſe. Nam vtraque dicitur Eccleſiæ. 2. in particulari non applicari niſi ſub conditione: cuius impletionis certitudinem non habemus.

Tertia, fides nullam admittit dubitationem.

Reſpondeo, id verum, ſed quid inde? Non enim ſpectat ad fidem, credere remiſſionem, in particulari.

Quarta, ſpes noſtra certiſſima eſſe debet. Ergo quiſque in particulari certo ſperare poterit. At ſpes fidem præſupponit. Ergo fides de re ſperata ab vnoquoque in particulari, certa erit.

Reſpondeo, duplicem certitudinem ſpei eſſe: vnam, ex parte voluntatis: alteram ex parte intellectus. prior eſt adhæſio firma voluntatis ad rem

ſperatam: atque hæc maxima eſſe poteſt, etiamſi [d] non ſit certus homo, ex parte intellectus, rem ſe aſſequuturum: poſterior verò diuiditur in certitudinem promiſſionum Dei: & certitudinem Charitatis noſtræ. Quia ergo promiſſiones ſunt conditionatæ, & Charitatem nobis ineſſe, non niſi ex coniecturis colligimus, fit vt ſpes noſtra ex parte intellectus formidine non careat: ex parte voluntatis carere poſſit. ſed tamen neceſſarium propterea non eſſe, illi ſpei fidem in particulari firmam reſpondere.

d *imò videtur ſpes non ſolum non exigere: ſed nec ferre poſſe ex parte intellectus certitudinem abſolutam. Nam quòd certò ſcimus nos habituros: non propriè ſperamus, ſed ſimpliciter expectamus. Ita enim beati expectant: non ſperant ſuorum gloriam corporum.*

Quinta, cum Miniſter pronunciat: *Ego te abſoluo*. vel eſt certum quod dicit: vel incertum. ſi prius debet credi. ſi poſterius, temerarius eſt miniſter: quia abſolutè affirmat nomine Chriſti, quod fortaſſe falſum eſt.

Reſpondeo, certum eſſe ex parte Sacramenti: quia certum eſt indubitanter Sacramentum Pœnitentiæ remittere peccata, niſi ponatur obex: incertum autem ex parte ſuſcipientis: quia neſcit: an reuera obicem ponat. Nec tamen proptera erit temerarius miniſter: quia tota ratio falſitatis, non à ſe, ſed à ſuſcipiente procedit. Nam ex parte ſui, ſemper verum dicit: niſi ſimulatorie abſoluere vellet.

Sexta, Sacramenta conferunt gratiam niſi ponatur obex. At qui Sacramenta percipit poteſt certo ſcire ſe non obicem ponere.

Negatur Minor, de certitudine infallibili.

Septima, Catholici, certitudinem non habent Fidei de ſua iuſtificatione. Ergo ſemper dubitant, & anxij hærent. Negatur conſequentia. Nam ſufficit ad anxietatem pacandam, moralis quædam certitudo, longè tutior fiducia vana hæreticorum.

Refellitur error de certitudine Prædeſtinationis.

CAP. XII.

[a] *Colloquio Ratisbonenſi.* [b] *in 8. Rom.* [c] *3. Inſtit. 2.* [d] *in Exami-*

MARTINVS [a] Bucerus, [b] Petrus Martyr, [c] Caluinus, [d] Kemnitius, contendunt, *fidei certitudinem haberi de prædeſtinatione.* Contraria ſententia vera eſt, atque de fide.

[e] *Rom. 11. v. 33.*

Primò, quia inter diuinæ inſcrutabilia ſapientiæ iudicia, prædeſtinationem Paulus [e] reuocauit. Ergo voluit monere, ſicut ignoramus quare hic potius, quam ille, ſit electus: ſic neſciri quiſnam ſit electus.

[f] *Rom. 11. v. 20. Philip. 2. v. 12.*

Secundò, [f] ſcriptura fideles hortatur, in timore ſtare, & operari ſalutem: at, ſi quiſque certus eſſet, ex fide ſe prædeſtinatū eſſe, ſcriptura ad infidelitatem hortaretur: nimirum ad dubitandum de propria, & particulari prædeſtinatione.

[g] *Math. 5. v. 20. cap 19. v. 17. Rom. 8. v. 17. & 2. Timoth. 2. v. 5. & 12.*

Tertiò, [g] Scriptura docet ſalutem noſtram ab operum noſtrorum conditione pendere. At volūt aduerſarij, nullam eſſe poſſe certitudinem ſalutis, ſi ea pendeat à conditione operum. Ergo nulla eſt huiuſmodi certitudo.

[h] *1. Timoth. 4. v. 1.*

Quartò, ſine Perſeuerantiæ certitudine, Prædeſtinationis certitudo haberi nequit At Perſeuerantiæ certitudinem non habemus. Nam [h] Scriptura docet multos ad tempus credere, & poſteà deficere: nec vllam certitudinem eorum conuerſionis in particulari exprimit: aut qui non ſint perſeueraturi, dicit. Ergo neque prædeſtinationis certitudo habetur.

[i] *homil. 11. in epiſt. ad Philippenſes.* [k] *2. aduerſus Pelagianos.*

Quintò, ex PP. Chryſoſt. [i] *Si Paulus, qui tanta paſſus eſt, nondum de reſurrectione illa ſecurus fuit, quid ſane nos dicemus?*

Hierony. [k] *Ne beatum dixeris quempiam ante mortem, quandiu enim viuimus, in certamen ſumus: quandiu*

Digitized by Google

in certamine, nulla eſt certa victoria.

Aug. [l] *Licet ſancti de ſua perſeuerantia præmio certi ſint, de ipſa tamen perſeuerantia ſua reperiuntur incerti, quis enim hominum ſe in actione, profectuque iuſtitia perſeueraturum vſque in finem, ſciat, niſi aliqua reuelatione, ab illo fiat certus, qui de hac re iuſto, latentique iudicio non omnes inſtruit, ſed neminem fallit?* l 11. Ciuit. 12.

Item: [m] *quis ex multitudine fidelium quandiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædeſtinatorum ſe eſſe præſumat. Ad hanc vocationem* (ſecundum propoſitum, ſcilicet) *pertinere, nullus eſt homo ab hominibus, certa aſſeueratione, dicendus, niſi cum de hoc ſeculo exierit. In hac autem vita humana, quæ tentatio eſt, ſuper terram quî videtur ſtare, videat ne cadat.* m libro de correptione, & gratia cap. 13.

Gregor. [n] *ſciri non poteſt, an quis in gratia, quam recipit perſeuerare in perpetuum debeat.* n 6. in primũ Regum.

Proſper. [o] *De nullo ante ipſum finem prænunciari poteſt, quod in electorum gloriâ ſit futurus: vt perſeuerantem humilitatem vtilis metus ſeruet, & qui ſtat videat ne cadat.* o 2. de vocatione gentium cap. vlt.

Bernard. [p] *quis poteſt dicere, ego de electis ſum ego de prædeſtinatis ad vitam: ego de numero electorum? certitudinem vtique non habemus, ſed Spei fiducia conſolatur nos.* p ſerm. 1. de Septuageſima.

Sextò, nihil affirmari debet eorum, quæ à ſola Dei voluntate pendent, niſi ex manifeſta reuelatione. At nuſquam Deus reuelauit in particulari (niſi fortè paucis) hanc prædeſtinationem.

Septimò, certitudo propriæ Iuſtificationis habere nequit. Ergo multo minus prædeſtinationis. Nam facilior eſt notitia præſentis iuſtitiæ, quam prædeſtinationis æternæ.

Octauò, ſi certo ſciretur qui prædeſtinati ſint: alij omnes in deſperationem, & grauiſſima præcipitarentur ſcelera.

[Nono ex Concil Trident. [q] *Nemo quandiu in hac mortalitate viuitur de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio vſque adeo præſumere debet, vt certo ſtatuat, ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum*, &c. *nam niſi ex* q ſeſſ. 6. cap. 12.

ſpeciali reuelatione ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit. Item. [f] *ſi quis magnum illud vſque in finem perſeuerantiæ donum, ſe certo habiturum, abſoluta, & infallibili certitudine dixerit niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit: anathema ſit.*]

[f] *cap.* 16.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XIII.

PRIMA, aſſiduè eſt orandum, pro dono Perſeuerantiæ. At orare debemus, [a] nihil hæſitando. Ergo certò credere debemus, nos perſeuerantiam accepturos.

Ad minorem non debere orantem hæſitare circa Dei potentiam, atque voluntatem: quia Deus ſemper eſt paratus ſuccurrere orãti: dummodo rectè petat: Poſſe tamen dubitare de orationis effectu: quia fortaſſe, non vtile, aut non recte petit. Ad perſeuerantiam autem rectè petendam, exigitur aſſiduitas orationis. At quis ſcit ſe aſſiduè id eſt vſque in finem vitæ oraturum?

[a] *Quia, quidquid orantes petitis* (inquit *Dominus*) *credite, quia accipietis, & fiet vobis.*
[b] v. 11.

Secunda, 1. Ioan. 5. *Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis quia vitam habetis æternam, qui creditis in nomine filij Dei.*

Reſpondeo, hanc vitam, non niſi in ſpe haberi: vt autem habeatur reuera, perſeuerantiam exigi: cuius certitudinem ignoramus: vnde idem Ioan. epiſt 2. [c] *videte* (inquit) *voſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis.*

Tertia, [d] Epheſior. 1. dicimur habere pignus hæreditatis. At qui pignus habent hæreditatis certi ſunt de hæreditate.

[c] v. 8. βλέπετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν, ἃ εἰργασάμεθα καλὰ *pulchra.*
[d] v. 14.

Reſpondeo 1. nullum in particulari certum eſſe, ſe hoc pignus habere, nimirum, inhabitantem ſpiritum ſanctum. 2. certam reuera eſſe hæreditatem: ſi non amittatur pignus. At quis certus eſt ſe non amiſſurum ſpiritum ſanctum?

Digitized by Google

Quarta, Apoſtolus ibidem orat Deum, vt illuminet Epheſiorum oculos: quatenus planè cognoſcant ſe prædeſtinatos.

Reſpōdeo, hunc non eſſe orationis Pauli finem: ſed vt [c] intelligant quæ ſit ſpes vocationis, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis in ſanctis.

[c] *v. 16. Non ceſſo gratias agens, &c. v. 17. vt Deus det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis in agnitione eius. v. 18. Illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.*

Quinta 1. Theſſal. 1. *ſcientes (fratres dilecti) à Deo electionem veſtram, quia Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantùm,* &c.

Reſpondeo 1. illud *ſcientes* referri ad Paulum, Syluanum & Timotheum, non ad Theſſalonicenſes 2. Apoſtolum loqui de cognitione ex ſignis: nimirum ex prædicatione & ſuſceptione Euangelij ac miraculis.

Sexta, [f] *Quos vocauit hos iuſtificauit, hos magnificauit.* Ergo omnes vocati, ſunt prædeſtinati.

Negatur conſeq. quia non loquitur Paulus de omnibus vocatis: ſed tantum vocatis ſecundum propoſitum. Alioquin: [g] *Multi ſunt vocati pauci vero electi.*

Septima, Corinth. 1. [h] *Confirmabit vos vſque in finem.* Item: [i] *Elegit nos ante conſtitutionem mundi.*

Reſpondeo, his tantum ſignificari bene ſperaſſe Paulum de ſalute Corinthiorum & Epheſiorum. Non tamen hac de re certum fuiſſe, certitudine fidei.

[f] *Rom. 8. v. 30.*
[g] *Matth. 22. v. 14.*
[h] *v. 8.* βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους.
[i] *Epheſior. 1. v. 4.*

Fidem, ac iuſtitiam non eſſe ſolùm electorum: ac ſemel habitam amitti poſſe.

CAP. XIIII.

PRIMÒ, Ezechiel. 18. [a] *Cum auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem: morietur in illa.*

Secundò, Luc. 8. [b] *Nam quod ſuper petram, hi ſunt, qui cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi, radices non ha-*

[a] *v. 26.*
[b] *v. 13.* οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἳ ὅταν ἀκούσω-

bent: ſed ad tempus credunt , & in tempore tentationis recedunt.

Tertiò , Ioan. 15. [c] *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum.* At palmes eſſe non poteſt, qui aliquando non vixerit in vite.

Quartò , [d] *Quoniam abundabit iniquitas refrigeſcet Charitas: qui verò perſeuerarit vſque in finẽ hic ſaluus erit.*

Quintò , [e] *Caſtigo corpus meum , & in ſeruitutem redigo : ne fortè cum aliis prædicauerim , ipſe reprobus efficiar.*

Sextò , [f] *Euacuati eſtis à Chriſto: qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis.*

Septimò , [g] *Quidam circa fidem naufragauerunt.* [h] *In nouiſſimis diebus, diſcedent quidam à fide.*

Octauò , *Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt,* &c. *& prolapſi ſunt , renouari ad pœnitentiam.* [k] *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis non relinquitur pro peccatis hoſtia* [m] *Melius erat illis non agnouiſſe viam iuſtitiæ: quam poſt agnitionem, retrorſum conuerti, &c.*

Nonò, Angeli mali aliquãdo iuſti fuerunt. [m] *erat Saul electus , & bonus , & non erat vir de filiis Iſrael melior illo.* Dauid erat ſecundum cor Dei. Salomon, vocatus , [n] *amabilis Domino, eo quod Dominus diligeret eum.* Petrus à Domino vocatus [o] beatus, & [p] lotus. [q] Simon magus credidit , & baptizatus fuit. Iudas aliquando datus Chriſto , à patre æterno , & proinde bonus. At quis dubitat hos omnes grauiter peccaſſe & inter eos, fuiſſe reprobos, Diabolos, & Iudam?

Decimò, contrariam ſententiam damnauit olim in Iouiniano Eccleſia [s] teſte Auguſt. [Et nuper Concil. [t] Trident. *Si quis hominem ſemel iuſtificatum,*

σι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον, καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἳ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται.

[c] *v.* 2. πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό.

[d] *Math.* 25 *v.* 12. διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν : *multorum. v.* 13 ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

[e] 1. *Cor.* 9. *v.* 27.

[f] *Galat.* 5. *v.* 4. κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε. τῆς χάριτος ἐξεπέσατε.

[g] 1. *Timoth.* 1. *v.* 19.

[h] 1. *Timoth.* 4. *verſ.* 1. [i] *Hebræor.* 6. *verſ.* 4. 5. 6.
[k] *Hebr.* 10. *v.* 26. [l] 2. *Petri* 2. *v.* 21. [m] 1. *Reg.* 9 *v.* 2.
[n] 2. *Reg.* 12. *v.* 25. [o] *Math.* 16. *v.* 17. [p] *Ioan.* 13 *v.* 10.
[q] *Actor.* 8. *v.* 13. [r] *Ioan.* 17. *v.* 12. [s] *hæreſi.* 82.
[t] *ſeſſ.* 6. *can.* 23.

dixerit amplius peccare non poſſe: neque gratiam amittere: atque ideò eum qui labitur, & peccat numquam verè fuiſſe iuſtificatum: aut contra: poſſe in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Eccleſia: Anathema ſit.]

Vndecimò, ex PP. Auguſt. [v] *Credendum eſt quoſdam de filijs perditionis, non accepto dono perſeuerandi vſque in finem, in fide, quæ per dilectionem operatur incipere viuere, & poſtea cadere: neque de hâc vita, priuſquam id contingat, auferri.*

[u] de corrept. & grat. cap. 13.

Gregor. [x] *Quis intelligat, quod alius Catholicæ matris ventre proditus, iuxta vitæ terminum, erroris voragine deuoratur: alius autem vitam ſuam in Catholica pietate conſummat.*

[x] 30. Moral. 32.

Duodecimò, fides, quæ ſecundum Caluinum, amitti nequit, eſt habitus: quia non ſemper credimus actu. At non impedit habitus neceſſario actũ contrarium. Ergo poterit elici actus contrarius, nimirum actus infidelitatis. Sed vno infidelitatis actu deperditur fides, quia reddit hominem ſimpliciter Infidelem. Igitur, &c.

Dicent, præſeruari hominem à Deo. Contra 1. vnde ergo aduerſarij aſſerunt, omnia iuſtorum opera eſſe mortalia peccata? vnde hauſerunt, promiſiſſe Deum, iuſtos nuſquam lapſuros: cum potius contrarium conſtet ex ſcriptura?

Decimo tertiò, omnes baptizati recipiunt fidem: & gratiam. At quis credat omnes eos nuſquã peccaturos. Alioquin, quomodo infantes Papiſtarum, vocant aduerſarij membra Anti-Chriſti? quomodo tot in mundo hæretici? quomodo tot peccata infantes cum adoleuerint, committunt?

Decimoquartò, quorſum admonitiones Apoſtolorum, & Prophetarum, ſi fideles peccare nequeunt? quorſum Dominus Eccleſiam orare docuit: *Debitte nobis debita noſtra?*

Decimo quinto, volunt aduerſarij, hos ſolùm

Digitized by Google

veram habere fidem, qui impeccabiles ſunt. At certitudo huius res nequit haberi, niſi ex euentu futuro: qui maximè nobis incertus eſt: cum videamus tot peccare, & dicat Sapiens: [y] *Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies.* Ergo ſententia aduerſariorum, hominem planè in deſperationem adigit: vt qui non valeat ſperare ſe poſſe iuſtum eſſe.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XV.

PRIMA, Canticor. 8. [a] *Aquæ multæ non potuerunt extingere Charitatem: neque flumina obruent eam.* Ergo neque fidem.

Reſpondeo, inde ſolum probari, manente Charitate, nullam eſſe tribulationem, quæ non facile toleretur.

Secunda, [b] *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed fiet in eo, fons aquæ ſalientis in vitam æternam.*

Reſpōdeo, reuera quandiu manebit charitas, ille non ſitiet, cum habeat in ſe fontem viuum.

Tertia, [c] *Quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti*, &c.

Reſponſio, vt ad 1.

Quarta, [d] *Charitas nunquam excidit.*

Reſpondeo, [e] 1. id verum, quia nuſquam laboribus frangitur. 2. ex ſe nuſquam excidere, ſed nos excidere ab illa. dici, *nuſquam excidi* non ratione, particularis ſubiecti. ſed ratione durationis generaliter, quia & hic habetur: & habetur in cœlo: non autem Fides, & Spes.

[y] *Prouerb.* 27. v. 1.

[a] v. 7.

[b] *Ioan.* 4. v. 14. ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται, ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

[c] *Rom.* 8. v. 35.

[d] 1. *Cor.* 13. v. 8. ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει.

[e] Obiectio ex 1. *Ioan.* 13. *Qui natus eſt ex Deo, peccatū non facit: &c. non ſemel à nobis ſupra ſolutū eſt: Senſus enim eſt quādiu manet in aliquo Charitas: eum non peccare poſſe lethaliter: quia Charitas eſt omni peccato mortali prorſus incompatibilis.*

Non omnes iuſtos eſſe pares inter ſe.

CAP. XVI.

PROBATVR primò, Iob. 1. [a] *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob: quod non ſit ei ſimilis in terra?* [b] *Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi.* [c] *Etenim benedictionem dabit legiſlator ibunt de virtute in virtutem.*

Secundò, quare (inquit Hierony.) dicunt Apoſtoli adauge nobis fidem, ſi omnium vna eſt menſura?

Tertiò, Math. 11. [d] *Non reſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* [e] *Non inueni tantam fidem in Iſrael,* [f] *Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum.*

Quartò, comparatur Eccleſia tum terrę, [g] quæ, pro varia diſpoſitione, alicubi reddit fructum tricenum: alicubi ſexagenum: alibi centenum. tum [h] corpori humano, cuius ſunt variæ perfectionis & nobilitatis membra. tum [i] domui, in qua ſunt vaſa aurea, & argentea.

Quintò, [k] varia ſunt præmia in cœlo. Ergo varia hic merita.

Sextò, Prouerbior. 4 *Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem.* Ergo non eſt ſemper in eodem gradu.

Septimò, *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus eſt ſanctificetur adhuc.*

Octauò, Ioan. vlt. [n] diligis me plus his? [o] cui *minus* dimittitur, minus diligit, &c.

[a] *v.* 8.
[b] *Eccleſiaſtici* 44. *v.* 20.
[c] *Pſal.* 83. *v.* 8.
[d] *v.* 11. οὐκ ἐγήγερται μείζων ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ.
[e] *Mat.* 8. *v.* 10. οὐδ᾽ ἐν τῷ ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.
[f] *Luc.* 7. *v.* 47.
[g] *Math.* 13.
[h] 1. *Cor.* 12.
[i] 2. *Timot.* 2.
[k] *Ioan.* 14. *v.* 2. & 1. *Cor.* 15.
[l] *v.* 18. & 2. *Cor.* 9. *v.* 10.
[m] *Apoc. vlt.* *v.* 11.
[n] *v.* 15. ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων.
[o] *Luc.* 7. *v.* 47. ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ. *Ioan.* 15. *v.* 13. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c.*

r Nonò, ex PP. Ambroſ. epiſt. 81. *Agreſtis vlulatus eſt, nullam virginitatis gratiam, nullum caſtitatis ordinem ſeruare: promiſcuè omnia velle confundere: diuerſorum gradus abrogare meritorum*, &c.

Hierony. 2 in Iouinianum ex profeſſo. Auguſt. p *Vnde in omnibus Sanctis alij alijs Sanctiores, niſi abundantiùs habendo habitatorem Deum?*

p *epiſt.* 57. *Item ſerm.* 16. *de verbis Apoſtoli & epiſt.* 29.

Gregor. q *Quia in hac vita nobis eſt diſcretio operum: erit proculdubio in illa diſcretio dignitatum: vt quo hîc alius alium merito ſuperat, illic alius alium retributione tranſcendat.*

q *Moral.* 42.

LIBER

DE IVSTIFICATIONE
LIBER QVARTVS.

Qui eſt de iuſtitia operum.

Hæreticos huius temporis negare operum neceſſitatem.

CAP. PRIMVM.

PROBATVR Primò, [a] ex Luthero: *Bona opera* (inquit) *non faciunt bonum virum: nec malum, mala.* Et paulopoſt: *vt infideli nullum bonum opus prodeſt ad ſalutem, & iuſtitiam.* ſic, è *diuerſo, nullum malum opus facit malum, & damnatum: ſed ſola incredulitas.* [b] *Vbi fides: nullum peccatum nocere poteſt.* [c] *Caueamus à peccatis, ſed multò magis à legibus, & operibus bonis. tantum attendamus Dei promiſſionem, & fidem.* [d] *Summa ars, & ſapientia Chriſtiana eſt, neſcire legem: ignorare opera, & totam iuſtitiam actiuam.*

Secundò, [c] Lutherani volunt, omnia opera iuſtorum, mortalia eſſe peccata: tamen non imputari, propter fidem. Ergo pariter mala opera poterunt, propter fidem, non imputari: maximè, cum ipſa opera bona, ſint, iuxta eos, reuera opera mala, & tantum, nomine, bona. Igitur nihil de operibus faciendis curandum eſt: cum non magis

[a] *libro de libertate Chriſtiana.*

[b] *ſerm. Sic Deus dilexit mundum.*

[c] *ſerm de nouo Teſtamento, ſiue de Miſſa.*

[d] *arg. in epiſtolam ad Galatas.*

[c] *Luther. aſſert. ar. 31. 32. 36. Caluin. 3. Inſtit. 12. §. 4. & cap. 41. §. 9.*

noceant mala, quam bona.

Tertiò, quia volunt in eo legem ab Euangelio differre: quod lex proponat ſalutem cum condi-tione legis implendæ: Euangelium proponat ſine conditione, niſi ſolius fidei.

Quartò, quia libertatem Chriſtianam [f] conſtituunt, à debito legis implendæ coram Deo.

Quintò, quia in Colloquio Altenburgenſi quidam rigidi Lutherani aſſeruerunt: *Ad Sathanam ſpectare Chriſtianos cum operibus bonis.* Item: *adeo non eſſe neceſſaria opera bona, vt etiam ad ſalutem incommodent, ſintque pernicioſa.*

Quintò, ex ipſorum moribus Lutheranorum.

[f] *Luther. in 2. ad Galat. Sola Fides* (inquit) *neceſſaria eſt vt iuſti ſimus: cætera omnia liberrima: neque præcepta amplius: neque prohibita. Item ibidem. Si conſcientia dictat: peccaſti: Reſponde: peccaui, Ergo Deus puniet, & damnabit? Non. At lex hoc dicit. Sed nihil mihi eſt cum lege. Quare? Quia habeo libertatem Caluin. 3. Inſtit. 19. §. 2. 4. 7. in tribus libertatem conſtituit Chriſtianam. 1. quod, vbi fiducia Iuſtificationis quæritur nulla legis, vel operum ratio habeatur 2. vt opera non fiant tanquam examinanda ad Regulam legis: ſed tanquam certo acceptanda à Deo qualiacumque ſint 3. vt omnium rerum externarum vſus habeatur indifferens.*

Refellitur diſcrimen aduerſariorum inter Legem & Euangelium.

CAP. II.

EVANGELIVM dupliciter ſumitur Primò, pro gratia: ſecundo pro doctrina Chriſti. De priori non agitur quæſtio: ſed poſteriori. Aduerſarij, legi tribuunt tria. 1. *leges proprie dictas.* 2. *comminationes.* 3. *promiſſiones ſub conditione obedientiæ.* Ab Euangelio verò hæc tria remouent.

Nos vero contendimus hæc tria in Euangelio inueniri.

Digitized by Google

Leges.

MAthæi 5. quo Dominus explicat, perficitque, vultque legem Moſis de homicidio, adulterio, *&c.* ſeruari. tum quia dicit ſe veniſſe, non vt legem ſolueret ſed adimpleret. tum quod: [a] *Si quis* (inquit) *ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cælorum.*

Comminationes.

PRimò, Math. 5. [b] *Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.*

Secundò, Math. 7. [c] *Omnis arbor qui non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.*

Tertiò, Rom. 1. [d] *Non erubeſco Euangelium: virtus eſt enim omni credenti, Iudæo primùm, & Græco. Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur, ex fide in fidem, &c. Reuelatur enim ira Dei de cœlo, &c.*

Quartò, Petrus prædicatione ſua, Actor. 2. incuſſiſſe timorem auditorum cordibus patet cum dicitur: [e] *His auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos: Quid faciemus viri fratres?*

Quintò, Actor. 24. [f] *Diſputante illo (Paulo) de iuſtitia, & caſtitate & de iudicio futuro tremefactus Fælix reſpondit, quod nunc attinet, vade.*

Sextò, Iacobi 5. [g] *Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſerijs, quæ aduenient nobis.*

Septimò, [h] *Ecce veniet Dominus in Sanctis millibus*

a v. 19. ὃς ἐὰν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

b v. 22.

c v. 19.

d v. 16. 17. 18.

e v. 37. ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶποντε πρὸς τὸν πέτρον, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους, τί ποιήσομεν ἄνδρες ἀδελφοί.

f verſ. 25. διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης, καὶ ἐγκρατείας, καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔμφοβος γενόμενος ὁ φῆλιξ, ἀπεκρίθη, τὸ νῦν ἔχον. πορεύου.

g v. 1. ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις.

h Iudæ. v. 14. ἰδοὺ ἦλθε κύριος ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ, ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων: καὶ ἐλέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν, περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν.

ſuis facere iudicium cõtra omnes: & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum.

Octauò, [i] *Vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum*, &c. *dicens voce magna: Timete Dominum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius.*

Obijciunt: cur ergo Apoſtolica prædicatio dicitur Euangelium?

Reſpondeo: quia reuera eſt annuntiatio bona, & conſolationis plena. tum quia annunciat Saluatoris Aduentum: reconciliationem cum Deo: Aditũ patefactum ad regnum cœlorum. tum quia terret, vt conſoletur.

Promiſsiones conditionales.

PRimò, Mathæi. 5. [k] *Niſi abundauerit Iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum non intrabitis in regnum cælorum.*

Secundò, [l] *ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata.*

Tertiò, Ioan. 13. [m] *ſi hæc ſciatis, beati eritis, ſi feceritis ea.* [n] *ſi non dimiſeritis hominibus, nec pater meus dimittet vobis.*

Quortò, [o] *ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.* [p] *Cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur*, &c. [q] *Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo.*

Quintò Math. vlt. [r] *Qui crediderit & baptizatus fuerit hic ſaluus erit.*

Obiiciunt, Euangelij promiſſiones gratuitas eſſe. Ergo abſolutas.

Negatur conſequentia. Nam gratuitæ dicuntur: quia [s] conditio qua ſunt acquirendæ, etiam gratuita eſt.

[i] *Apocal.* 14. *v.* 6. & 7.

[k] *v.* 20. ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων, καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

[l] *Math.* 19. *v.* 19. *Reſpondent aduerſarij: dominum ironice loquutum. Sed vide tom.* 2. *lib.* 2. *de Monachis cap.* 9.

[m] *v.* 17. & *cap.* 15. *v.* 14. *Vos amici mei eſtis: ſi feceritis, quæ præcipio vobis.*

[n] *Math.* 6. *v.* 15. ἐὰν μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

[o] *Rom.* 8. *v.* 13. [p] *v.* 17. [q] *Apoc.* 3. *v.* 21.

[r] *Marci vlt. v.* 16. [s] *vt fidei, Pænitentiæ, &c.*

Primum diſcrimen inter legem, & Euangelium.

CAP. III.

OCTO diſcrimina ſunt inter Euangelium, & legem.

Primum: quod lex ſit [a] inchoata doctrina. Nam Teſtamentum vetus tria continet: *myſteria promiſsiones: præcepta*: id eſt res credendas: ſperandas, faciendas.

At *Myſteria*, Trinitatis, Incarnationis, & ſimilia: non [b] niſi obſcure in antiquo: clarè verò in nouo Teſtamento habentur.

Promiſsiones [c] *antiquæ*, ſolùm verſabãtur expreſſè circa temporalia bona: figuratè circa æterna. At Promiſſiones noui Teſtamenti, manifeſtè, regnũ cælorum promittunt.

Præcepta antiqua, alia erant *ceremonialia*: pro quibus ſubſtituuntur in nouo, *Sacramenta* [e] *numero, pauciſsima: obſeruatione, facillima: ſignificatione, præſtantiſsima*: [f] *ſalubriora, feliciora.* Alia erant *Iudicialia*: pro quibus ſubſtituuntur *leges Canonicæ* longè gratiores. Alia *moralia*: quæ equidem vtrinque ſunt fermè eadem: ſed maiorem efflagitant in nouo Teſtamento perfectionem quam in antiquo: vnde nec Polygamia, nec libellus repudij viget inter Chriſtianos.

[a] *vnde Auguſtinus 16. Ciuit. 26. dixit: vetus teſtamẽtum, eſſe occultationẽ noui: Nouum reuelationem veteris.*

[b] *2. Cor. 3.*

[c] *Auguſt. in Pſal. 73. Deus* (inquit) *ſe vtriuſque teſtamenti eſſe voluit authorẽ: vt & terrena promitteret in veteri teſtamẽto: & cæleſtia in nouo teſtamento.*

[d] *Math 5.*

[e] *Aug. epiſt.* 118.

[f] *Auguſt. in Pſal. 73.*

Reliqua diſcrimina.

CAP. IIII.

SECVNDVM, *diſcrimen eſt* : quod lex per Moſen data ſit : ſolamque proferat doctrinam:ſed non conferat gratiam. At Euangelium ſit per Chriſtum Deum,ac Redemptorem noſtrum collatum : [a] gratiamque largiatur abundanter.

At, hoc diſcrimen maxime exigit opera. Ad quid enim gratia bene operandi,ſi opera neceſſaria non ſint? Ergo, &c.

Tertium diſcrimen eſt : legem antiquam vni tantum populo datam fuiſſe. Euangelium verum [c] omnibus promulgari.

Quartum:quod [d] lex figuras,& vmbram:Euangelium verò veritatem,& corpus exhibeat.

Quintum: Quod lex Moſis [e] mutanda eſſet. Euangelium autem [f] vſque in finem mundi duraturum.

Sextum, [g] Lex Moſis non iuſtificabat: ſed ſolum oſtendebat morbum,& medicum quærendum.lex autem Chriſti vim iuſtificandi habet. Non quod ſola Euangelij litera ſalutem afferre valeat : ſed quia cum Euangelij doctrina data eſt gratia fidei & Charitatis.

[a] *Ezech.36.v.25. Effundam ſuper vos aquã mundam : & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis veſtris.v.26.Dabo vobis cor nouum & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri &c. Item Hierem. 31.v.31 32.33. 34.*

[b] *Deuterono. 4. v. 8. Quæ eſt alia gens ſic inclyta vt habeat cæremonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem : quam ego proponam hodie ante oculos veſtros.*

[c] *Math. vlt. v.19. & Marci vlt. verſ.15.*

[d] *1. Corinthior.10. v. 11. Hebræor.10.v.1.*

[e] *Luc.16. v. 16. lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem. Hebræor.7. verſ. 12.*

[f] *Pſal.109. v. 4. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Danielis 2. v. 44. Luc 1. v. 33.*

[g] *Rom.3.v.20.& ſeqq Gal.2. v.11. In lege nemo iuſtificatur apud Deũ. verſ. 13. Chriſtus nos redemit de maledicto legis.*

Septimum, [h] quod lex Moſis, eſſet timoris, atque ſeruitutis: lex verò Chriſti ſit amoris & libertatis.

Octauum, lex Moſis [i] importabilis erat. At Chriſti onus [k] ſuaue eſt.

Refellitur falſa libertas Chriſtiana aduerſariorum.

CAP. V.

LIBERTAS aduerſariorum Chriſtiana eximere conatur omnes fideles ab obligatione, in conſcientia, cuiuſcumque legis.

Contra. primò, Chriſtus eſt [l] Legiſlator noſter: Et [m] leges reuera attulit. Ergo eius legibus tenemur, in conſcientia, parere.

Secundò, quia Chriſtus legem moralem antiquam [n] approbauit.

Tertiò, quia [o] *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.* Et: [p] *Nos debemus pro fratribus animas ponere.* Ergo ad opera bona obligamur.

Quartò, [q] ſcriptura docet Chriſtum indicaturum vnumquemque ſecundum opera. At quomodo, ſi nulla ſit lex obſeruanda, in conſcientia?

Quintò, ex PP. Clemente: [r] *Cognoſcitis Deum per Chriſtum, vniuerſamque eius diſpenſationem à principio inſtitutam, quod dedit nobis legem ſimplicem ad auxilium naturalis legis, puram, ſalutarem, ſanctam: in qua*

[h] *Rom.* 8. *v.* 15. *Galat.*4.*v.* 24. *Hæc enim ſunt duo Teſtamenta, vnum quidem in mõte Syna, in ſeruitutem generâs, quæ eſt Agar. v.* 26. *Illa autẽ quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt quæ eſt mater noſtra v.* 35. *Non ſumus ancillæ filij: ſed liberæ: libertate, qua Chriſtus nos liberauit.*

[i] *Actor.* 15. *v.* 10.

[k] *Math.* 11. *v.* 30.

[l] *Iſaiæ* 33. *v.* 21. *Dominus iudex noſter: Dominus legiſer noſter.*

[m] *Iſaiæ* 42. *v.* 1. *Ecce ſeruus meus*, &c. *iudicium gentibus proferet.* 1. *Corinthior.* 9. *v.* 10. *iis qui Matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego: ſed Dominus vxorem, à viro non diſcedere, &c.*

[n] *Math.* 5. 6. 7. & 19. *Paulus Rom.* 13. *ac Iacobus cap.* 3.

[o] 1. *Ioan.* 2. *v.* 6.

[p] 1. *Ioan.* 3. *v.* 16.

[q] *Math.* 25. *Rom.* 2. *v.* 6. & *alibi* 2. *Corinth.* 5. *v.* 10.

[r] 6. *Apoſtolicar. conſtitutionum cap.* 19.

& proprium nomen repoſuit: perfectam, abſolutam, decem præcepta continentem, &c. Auguſt. [s] *In illis decem præceptis, excepta Sabbathi obſeruatione, dicatur mihi, quid non ſit obſeruandum à Chriſtiano?* Leone. [t] *Eccleſiaſtica deuotione demonſtratur, quod Dominus Ieſus Chriſtus non venit legem ſoluere, ſed adimplere, ceſſantibus enim ſignificationibus, quibus ſaluatoris noſtri nunciabatur Aduentus, & peractis figuris, quas abſtulit ipſa præſentia veritatis, ea quæ vel ad regulas morum: vel ad ſimplicem Dei cultum ratio pietatis inſtituit in eadem apud nos forma, in qua ſunt condita perſeuerant, & quæ vtrique Teſtamento erant congrua nulla ſunt commutatione variata.*

[s] *Libro de ſpiritu, & litera cap.* 14. *item,* 10. *cõtra Fauſtũ cap.* 2. *tract.* 3. *in Ioan. & in Pſal.* 73.

[t] *Serm.* 6. *de ieiunio decimi menſis.*

Sextò, Chriſtianus præuaricando legem moralem, aut peccat: aut non peccat. ſi prius. Ergo obligatur ad obſeruantiam legis: peccatum enim, *eſt præuaricatio legis obligantis*: ſi poſterius. Ergo falſum eſt, illud aduerſariorum principium: *omnia opera hominis iuſti, mortalia eſſe.*

Reſpondent, mortalia eſſe, ſed non imputari.

Contra. 1. Ergo propriè lex ad eos ſpectat: cum eius præuaricatio generet peccatum: quod enim minime imputetur, non impedit quo minus ſit præuaricatio legis. 2. vel fides ſtare poteſt cum præuaricatione: vel non: ſi poſterius. Ergo imputatur peccatũ: quia deeſt fides cuius conſideratione volunt aduerſarij non imputari peccatum: ſi prius. Igitur neceſſaria non erunt opera bona: etiã vt fructus, & ſigna fidei: nec fugienda mala: ſicut aduerſarij volunt: niſi fortè timore ſupplicij temporalis.

Aſſeritur vera libertas Chriſtiana.

Cap. VI.

LIBERTAS Chriſtiana in tribus conſiſtit. 1. *in libertate à peccato, & morte.* 2. *à iugo legis cæremonialis, ac iudicialis.* 3. *à Dominio, & reatu legis naturalis, & moralis ſeruili.*

Prima libettas probatur Primò, Ioan. 8. [a] *Si vos filius liberauerit verè liberi eritis.* præmiſerat autem: [b] *Quis facit peccatum, ſeruus eſt peccati.*

Secundò, Rom. 6. [c] *Cùm ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ: nunc autem liberati à peccato ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam.*

Secunda, Primò, Actor. 15. [d] *Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum: quod nec nos, nec patres noſtri portare potuimus?*

Secundò, Galat. 2. *Nec Titus compulſus eſt Circuncidi: cum eſſet Gentilis:* [e] *ſed propter falſos fratres,* &c.

Tertiò, [f] *Quomodo iterum conuertimini ad infirma & egena elementa, quibus denuò ſeruire vultis.* [g] *State & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.*

Quartò, Hebræor. 7. [h] *Tranſlato enim Sacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. Reprobatio fit præcedentis mandati: propter infirmitatem eius, & inutilitatem.* [k] *Nihil enim ad perfectum adduxit lex.*

Tertia, quæ vim obligandi, legibus non adimit: ſed charitatem, qua libentur impleantur, addit: probatur,

Primò, Rom. 6. [l] *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.*

Secundò, [m] *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.*

Tertiò, Galat. 5. [n] *Si ſpiritu ducemini, non eſtis ſub lege.*

Quartò, [o] *Iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis.* vt enim [p] Auguſt. obſeruat *ſub lege* dicitur, quia à lege agitur tanquam ſeruus: *in lege*,

[a] v. 36. ἐὰν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε.

[b] v. 34. ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας.

[c] v. 20. ὅτε δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ v. 22. νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας δουλωθέντες δὲ τῷ θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμὸν τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον.

[d] *Act.* 15. v. 10.

[e] *Gal* 2. v. 3.

[f] *Gal.* 4. v. 9. πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ, καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε.

[g] *cap.* 5. v. 1. στήκετε, καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. v. 2. ἴδε ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.

[h] v. 12. [i] v. 18.

[k] v. 19. [l] v. 14. οὐ γὰρ ἐστε ὑπὸ νόμον: ἀλλ' ὑπὸ χάριν.

[m] 2 *Corinth.* 3. *verſ.* 17.

[n] *verſ.* 18. [o] 1. *Timoth.* 1. *verſ.* 9.

[p] *in* 1. *Pſal.*

qui ſecundum legem agit tanquam liber.

[q] *libro de Continentia cap. 4.* [r] *lib. de natura, & gratia cap. 57.*

Quintò, ex Auguſt. [q] *Non ſumus* (inquit) *ſub lege, bonum quidem iubente, non tamen dante: ſed ſumus ſub gratiâ, quæ id quod lex iubet, faciens nos amare, poteſt liberis imperare.* Item: [r] *Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege: vtique lege quæ timorem incutit, non tribuit charitatem.*

Probatur ex ſcripturis neceſſitas operum ad ſalutem.

Cap. VII.

[a] *ſupra cap. 3. & 4.*

[b] *v.* 36. ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν.

[c] *v.* 15. σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας: ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

[d] *Philip.* 2. *v.* 12.

[e] *v.* 10.

[f] 2. *Cor. v.* 17. παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται.

ADVERSARII contendunt, ſolùm neceſſaria eſſe, neceſſitate præſentiæ: id eſt non quaſi merita, cauſas, conditiones, *&c.* ad ſalutem: ſed quia fides vera, quæ ſola (iuxta illos) ad ſalutem conducit, non eſſet niſi bonos fructus pareret: ſicut ignis, talis non eſſet, niſi calefaceret. Nos verò, opera eſſe neceſſaria ad ſalutem ratione efficientiæ, ſiue quia efficiunt ſalutẽ, Probamus.

Primò, ex [a] diſcrimine legis & Euangelij.

Secundò, Hebræor. 10. [b] *Patientia vobis neceſſaria eſt.* Ecce, neceſſarium opus: *vt facientes voluntatem Dei, reportetis repromiſſionem*: ecce neceſſitas ad ſalutem.

Tertiò, 1 Timoth. 2. [c] *Saluabitur* (Mulier) *per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate.*

Quartò, [d] *Cum metu, & tremore, veſtram ſalutem operamini.*

Quintò, 2. Corinth. 7. [e] *Triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.*

Sextò, [f] *Quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Septimò, Rom 8. [g] *Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.*

Octauò, Rom. 10. [h] *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem Confeſſio fit ad ſalutem,* [i] *ſi enim confeſſus fueris Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quoniam Deus eum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.*

Nonò, Math. 25. *Venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare,* &c.

Decimò, [l] *Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea*: non auditor obliuioſus factus: ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. At quomodo beatus, ſi opera non habeant relationē ad beatitudinem?

Vndecimò, [m] *Quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem nō habeat, nunquid poterit fides ſaluare eum?* Adde Epiſtolas Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, in operibus potiſſimum commendandis incumbere teſte Aug. libro de fide, & operibus cap. 4.

[g] v. 13.
[h] v. 10.
[i] v. 9.
[k] v. 34. 35. 36.
[l] Iacob. 1. v. 25. ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργων, οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται.
[m] cap. 2. v. 14.

Idem probatur ex PP. & Ratione.

CAP. VIII. & IX.

[a] IRENAE. [b] aſſerit vnum ex erroribus Simonis Magi fuiſſe ſaluari hominem per gratiā Simonis, ſine operibus.

Cyprian. [c] *Quod autem fides ad ſalutem non ſufficiat, Chriſti etiam diſcipulus oſtendit ſcribens: tu credis quia vnus eſt Deus,* &c.

[d] Clemens Alex. *Gratia* (inquit) *ſaluamur: ſed non abſque operibus.*

[e] Hilar. Nazianz. [f] *operare bonum ſuper doctrina Domini vita eſt vniuerſorum.*

[a] CAP. 8.
[b] 1. cap. 20.
[c] 10. in Ioan. 18.
[d] 5. Stromatum.
[e] Can. 7. in Mathæum: Salus gētium omnis in fide eſt: & in præceptis

[f] Orat. in Sanctum lauacrum.

rum fundamento: quoniam fides ſine operibus mortua eſt, quemadmodum, & opera ſine fide.

Ambroſ. [g] *Non ſufficit fides, ſed debet addi, & vita fidei condigna, opus eſt quippe omni volenti cœlum poſſidere, fidem bonis operibus ornare.*

Chryſoſt. [h] *Nunquid ſatis eſt ad vitam æternam in filium Dei credere? minimè. Non enim omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cœlorum. Et peccatum in ſpiritum ſanctum vel ſolum eſt ſatis, vt hominem in gehennam detrudat. Et quid de patre loquar? Nam ſi in Patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, rectè credideris, non autem rectè vixeris nulla tibi ad ſalutem vtilitas,* &c.

Hierony. [i] *Non ſufficit murum habere fidei, niſi ipſa fides bonis operibus confirmetur.* [k] *Per dulces ſermones decipiunt infœlices. Cum enim viderint aliquos delinquentes, aiunt: Nihil aliud quærit Deus niſi fidei veritatem, quam ſi cuſtodieritis, non curat quid agatis.*

Auguſt. *Iam illud videamus quod excutiendum eſt à cordibus religioſis, ne mala ſecuritate ſalutem ſuam perdant ſi ad eam obtinendam ſufficere ſolam fidem putauerint.*

Gregor. homil. 38. in Euangelia. Proſper. [m] *eum qui poteſt vti liberæ voluntatis arbitrio, nec opera ſine fide, nec fides ſola, ſine operibus iuſtificat.*

[n] Denique, ratione probatur. Si fides ſola ſaluaret, æque bene poſſet, ſine, quam cum bonis operibus ſaluare. At ſine bonis operibus non ſaluat. Quia, [o] *Tribulatio & anguſtia in omnem animam operantis malum*, &, [p] *iniqui regnum Dei non poſſidebunt.* Ergo opera non ſolùm ſunt neceſſaria, ratione præſentiæ, ſed etiam efficientiæ ad ſalutem.

[g] *In 4. ad Hebræos.*

[h] *Cum ergo dicit: ipſa eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum: nolimus hoc nobis ad ſalutem ſatis arbitrari. Opus namque nobis eſt & vitæ, & morum puritate pollere. Et licet hoc in loco dicat: Qui credit in Filium habet vitam æternam: non tamen dicimus ſatis eſſe ſolam fidem ad ſalutem.*

[i] *In 26. Iſaiæ.*

[k] *In 4. Oſeæ.*

[l] *Libro de fide, & operibus cap. 14.*

[m] *1. de vita contemplatiua cap. 19. Fulgent. 2. de remiſſ. peccat. cap. 1. Primaſ. in 5. Epheſior.* [n] Capvt. 9. [o] *Rom. 2. v. 9.*

[p] *1. Corinth. 6. verſ. 9.*

An lex impleri valeat, ita vt opera iuſtorum ſint verè meritoria.

CAP. X. & XI.

NEGANT [a] hæretici: [b] *Æque nobis* (inquit Lutherus) *impoſſibilia ſunt omnia præcepta, atque illud vnum: non concupiſces. Nullum* (inquit [c] Caluin.) *à ſanctis exire poteſt opus, quod non mereatur iuſtam opprobrij mercedem*: Melancth. [d] *Conſequitur itaque omnia hominum quantumuis laudabilia opera, plane vitioſa eſſe, & morte digna peccata.* Affirmãt verò Catholici: ſi adſit auxilium gratiæ Dei quorum ſententia Probatur.

Primò, Deuteron. 30. [f] *Circumcidet* (Dominus) *cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.*

Secundò, Math. 11. [g] *Iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue*, [h] *Mandata eius grauia non ſunt.*

Reſpondent id verum: quia renatis, non imputatur præuaricatio. Contra, vel non imputatio, tollit obligationem legis: vel tantùm tollit reatum ex præuaricatione contractum. ſi prius. Ergo tollit legem, & iugum: non autem facit illud ſuaue: neque enim lex aliqua poteſt eſſe, & non obligare. ſi poſterius: reuera iugum inſuportabile erit, quia reuera eius oneri ſuccumbet homo: quantumuis illi non imputetur peccatum: ſicut reuera iugum aratri inſuportabile eſt boui, ſi bos ei ſuccumbat: quantumuis aratoris induſtra ilico erigatur bos: vel ei caſus non imputetur.

Tertiò, *qui diligit proximum, legem impleuit.* At certe poſſumus diligere Deum, & proximum. Alioquin nuſquam poſſemus dici [k] diſcipuli Chriſti, & [l] amici eius.

[a] CAP. 10.
[b] *Libro de libertate Chriſtiana.*
[c] *3. inſtit.* 14. *§. 9.*
[d] *In locis anni* 1521. *tit. de peccato.*
[e] CAP. 11.
[f] *v. 6. Item Ezech. 36. v. 27. ſpiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis: & iudicia mea cuſtodiatis.*
[g] *v. vlt.*
[h] 1. *Ioan.* 5. *v.* 3. ἐντολὰ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν.
[i] *Rom.* 13. *v.* 8.
[k] *Ioan.* 13. *v.* 35.
[l] *Ioan.* 15. *v.* 12. *cum* 14.

Quartò, multi de facto legem Dei impleuerunt. Geneſ. 6. [m] *Noe vir iuſtus fuit, atque perfectus.* Dauid Pſal. 118. [n] *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum: qui omnes voluntates meas faciet.* Apoſtoli. Ioan. 17 *Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt.*

[m] *v. 9.*
[n] *v. 32. item. v. 10.*
[o] *Actor. 13. v. 22.* εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου. *Ioſias 4. Reg. 23. v. 25.*
[p] *v. 6.*

Probatur ex PP.

CAP. XII.

CONCIL. Arauſic. 2. [a] *Secundum fidem Catholicam credimus quod accepta, per Baptiſmum gratia, omnes baptizati, Chriſto auxiliante, & cooperante, quæ ad ſalutem pertinent, poſſint, & debeant, ſi fideliter laborare voluerint, adimplere.*

Origen. homil. 9. in Ioſue. [b] Baſil. *impium eſt dicere, impoſsibilia eſſe ſpiritus præcepta.* Cyrill. 3. in Iulianum. Hilar. [c] *Latum mandatum Dei eſt, & in omnia ſpei noſtræ genera diffunditur, vt non difficile ſit, ſi voluntas adſit, præcepto Domini obtemperare.* Hierony. [d] *Deus poſsibilia mãdauit, hoc nulli dubium eſt.* [e] *Sciendum eſt Chriſtum non impoſsibilia præcipere, ſed perfecta, quæ fecit Dauid.* Auguſt. [f] *Non igitur Deus impoſsibilia iubet: ſed iubendo admonet, & facere quod poſsis, & petere quod non poſsis.*

Item: [g] *dubitare non poſſum: nec Deum aliquid impoſsibile homini præcepiſſe, nec Deo ad opitulandum, & adiuuandum, quo fiat quod iubet, impoſsibile aliquid eſſe.*

Concil. Trident. [h] *Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto, eſſe ad obſeruandum impoſsibilia. Anathema ſit.*

Obiicitur, Aug. lib. [i] de perfectione iuſtitiæ dixiſſe, non eſſe quæſtionem: *an poſſit homo vitare om-*

[a] *can. vlt.*
[b] *orat. in illud: Attende tibi.*
[c] *in Pſal. 118.*
[d] *lib. 3. in Pelagianos.*
[e] *in 5. Math.*
[f] *lib. de natura, & gratia cap. 43.*
[g] *ibidem cap. 6.*
[h] *ſeſſ. 6. can. 18. de Iuſtificatione.*
[i] *reſponſ. 16.*

nia peccata:ſed quando,& per quem. poteſt enim vitare:ſed in alia vita,non in iſta:& per gratiam,nō per naturam:quod eſt idem ac ſi dixiſſet: *legem eſſe poſſibilem,ſed in cœlo,non in terris:poſt mortem, non in vita.*

Reſpondeo,falſam eſſe hanc interpretationem. aliud eſt enim apud Auguſt. *legem eſſe poßibilem*: aliud,*poßibile vitari omnia peccata,etiam venialia*,prius affirmauit ſemper Aug. poſterius ſemper negauit.

Rationibus probatur.

Cap. XIII.

PRIMA, poteſt homo facere pluſquam præcipiat Deus vt probatum eſt [a] tom. 2. Igitur multo magis poterit implere præceptum. [a] *lib.1.de Monachis.*

Secunda,ſi præcepta ſunt impoſſibilia,neminem obligant,quia transgreſſio legis non erit peccatum. Ergo præcepta non erunt præcepta.

Tertia, alioquin Deus omni Tyranno crudelior eſſet: quippe qui ab inimicis exigeret tributum, quod ſoluere nequirent.

Quarta,Chriſtus paſſus eſt, [b] *vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.* At ſi lex impleri nequeat: Chriſtus non obtinuit quod voluit. [b] *Rom.8.v.4.*

Quinta,omnes verè iuſtificati ſpiritum ſanctum habent,vt ſcripturæ teſtantur [c] paſſim. At ſpiritus ſanctus fructus parit ſuos. [d] *Charitatem,pacem,patientiam, benignitatem,* &c. *Sed aduerſus huiuſmodi non eſt lex*: id eſt non accuſantur à lege.Ergo,&c. [c] *vt Rom.5. v.5.& cap.8. v.9.ac 1. Cor. 3.v.16.* [d] *Gal.5.v.22.*

Sexta,omnes iuſtificati, ex Deo [e] nati ſunt. At qui nat⁹ eſt ex Deo, [f] nō peccat:nec poteſt peccare quia ex Deo natus eſt:qui autem non peccat, non præuaricatur legem: ſed implet, qui enim legem non implet:hoc ipſo præuaricatur. [e] *1.Ioan.v.13.* [f] *1.Ioan.3.v.9.*

Digitized by Google

Soluuntur obiectiones.

CAP. XIIII.

PRIMA, Actor. 15. *Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec nos nec patres noſtri portare potuimus, ſed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari.* At hęc verba dicta fidelibus intelliguntur de omni lege. 1. quia ſolæ cæremoniales leges non ſuperant vires naturæ. 2. quia aduerſatiua, *ſed*, opponit legi ſimpliciter, gratiam, & proinde omni legi. 3. quia ſi cæremonialis, eſt iugum importabile: multo magis moralis. Ergo lex moralis eſt inſuportabilis.

Negatur Minor. 1. quia cauſa Concilij Hieroſolymitani fuit quæſtio ex cæremonialibus orta. 2.
[g] v. 28. vel decretum illud: [g] *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis: nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria,* &c. intelligitur de neceſſariis cæremonialibus ſolùm: vel de moralibus etiam. ſi prius: eſt quod intendimus: ſi poſterius. Ergo: non obligatur fideles abſtinere ab Idolatria, homicidio, periurio, &c. Quia hæc non cōtinentur ſub huiuſmodi decreto.

Ad 1. probationem, veram quidem eſſe: ſed nihi-
[h] Gal 3. v. 10. ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί. γέγραπται γὰρ, ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά.
lominus leges cæremoniales moralibus adiunctas difficulter admodum obſeruari: ac propterea dici, quoad ſe, iugum inſuportabile.

Ad 2. negatur. Nam hac in parte, gratia opponitur ſolum legi cæremoniarum, tanquam ad iuſtificationem inutili.

Ad tertiam reſpondeo 1. moralem ſine cæremonidali longe leuiorem eſſe, quam cæremonialem cum morali. 2. negatur ſimpliciter, quia cæremonialia præcepta quamplurima erant: moralia verò pauca: & à natura indita.

Secunda obiectio, [h] *Qui ex operibus legis ſunt, ſub maledicto*

maledicto ſunt legis. Scriptum eſt enim, maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis. Quæ ratio Pauli nihil concludit, niſi hoc argumentum formetur: *Maledictus omnis qui totam legem non ſeruat. At nemo poteſt totam legem ſeruare. Igitur maledictus omnis qui legi ſubiectus eſt.*

Reſpondeo, argumenti hanc debere Aſſumptionem eſſe. *At nemo poteſt ſuis viribus ſine gratia totam legem ſeruare.* Concluſionem vero. *Ergo maledictus, qui ex operibus legis eſt*: id eſt, *qui ſuis viribus, ſine fide, & gratia, totam legem ſeruare, & inde iuſtificari quærit.*

Tertia, [i] *velle adiacet mihi, perficere autẽ non inuenio.*

Reſpondeo, loqui Paulum de actu concupiſcentiæ: quem ſæpe ſentimus, etiam non conſentientes: quemque vellemus illum non ſentire: quamuis id factu admodum difficile ſit.

Quarta, [k] *In multis offendimus omnes. Quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.*

Reſpondeo 1. venialia peccata, de quibus agitur non eſſe contra, ſed præter legem. [2. etſi dicantur [l] contra legem: tamen non continuè peccare venialiter iuſtos, atque tunc poſſe legem implere. Nam ſiue veniale ſit, *ſupra legẽ*: ſiue *contra*, nuſquam iuſtus, dum venialiter peccat, legem dicetur implere. Ergo impletio legis debetur referri ad tempus: quo non peccat, ſed rectè operatur iuſtus. Nec intereſt dixiſſe Iacobum: [m] *Quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.* Nam neque agimus de iuſto quatenus peccat: ſed quatenus bene operatur. Neque Iacobus agit de quacumque offenſa ſed mortali: ſubiungit enim præcepta moralia: non quatenus reſpiciunt ſimpliciter veniale: ſed mortale peccatum: nimirum, *non adulterabis, non occides*, &c.]

Quinta, Chriſtus eſt Mediator ſemper. Ergo eius interceſſione ſemper egemus. Igitur ſemper peccamus.

Ad 1. conſeq. veram eſſe: tum ne in peccata ruamus: tum quia beneficia Chriſti mundamur, & re-

[i] *Rom. 7. v. 18.*

[k] *Iacob. 3. v. 2.* πολλὰ πταίομεν ἅπαντες *Item 1. Ioan. 13. v. 8. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.*

[l] *[Si enim verè peccata ſunt, quomodo non contra legem aliquam: cum peccatum ſit, præuaricatio legis.]*

[m] *cap. 2. 10.*

conciliamur: tum ob multas huius vitæ neceſſitates. Non autem, ne præuaricatio legis nobis imputetur, quòd continuè peccemur. Ad 2. negatur.

Sexta, *Omnia mandata* (inquit [n] Auguſt.) *facta deputantur: quando quidquid non fit, ignoſcitur.*

[n] 1. *Retract.* 19.

Reſpondeo, loqui de ſumma perfectione implendi præcepta, de qua dominus: [o] *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant.* Nec enim, in hac vita, hæc ſumma perfectio regulariter habebitur: niſi in quantum Deus, pro facto, habeat quod minimum omittitur.

[o] *Math.* 5. *v.* 18. ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία, οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.

Iuſtorum opera non eſſe peccata, ſed vere iuſta.

CAP. XV.

PROBATVR primò, [a] *In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis, nec ſtultum aliquid contra Deum loquutus eſt.* [b] *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit illi ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam?*

[a] *Iob.* 1. *v.* 22.
[b] *cap.* 2. *v.* 3.

Secundò, [c] *Iudica me Domine* (inquit Dauid) *ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me.* [d] *Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte & non eſt inuenta in me iniquitas.* [e] *Cuſtodiui vias Domini nec impiè geſſi à Deo meo.* [f] *Ab omni via mala prohibui pedes meos.* &c.

[c] *Pſal.* 7. *v.* 9.
[d] *Pſal.* 16. *v.* 3.
[e] *Pſal.* 17. *v.* 22.
[f] *Pſal.* 118. *v.* 101.

Tertiò, Math. 6. [g] *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit*, id eſt, *ſi recta intentio ſit: opus bonum erit.* Ergo non erit mortale, ex natura ſua. Alioquin maximam tenebrarum partem haberet.

[g] *Math.* 6. *v.* 22.

Quartò, 1. Corinth. 3. comparantur iuſtorũ opera auro, argento, ac lapidibus pretioſis, permanentia in diuini ardore iudicij.

Quintò, [h] hortantur homines ad non peccandum. Ad quid hæc, ſi omnia opera, neceſſario mortalia ſint peccata?

Sextò, opera iuſtorum [i] Deo placent. At Deo peccata nequeunt placere.

Septimò, Math. 5. [k] *Sic luceat lux veſtra coram omnibus: vt videant opera veſtra bona.* Titum. 3. [l] *Curent operibus bonis præeſſe, qui credunt Deo.*

Probatur ex PP.

CAP. XVI.

AMBROSIVS: [a] *Etenim quia non poteſt ſine peccato eſſe humana fragilitas, cauendum eſt, ne plura peccata ſint, quam opera virtutum.*

Hierony. [b] *Hoc & nos dicimus poſſe hominem non peccare, ſi velit pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea: quandiu intentus eſt animus: quandiu chorda, nullo vitio laxatur in citharâ.*

Auguſt. [c] *Neque enim ſi nondum eſſe poteſt tanta dilectio Dei, quanta illi cognitioni plenæ perfectæque debetur, iam culpæ deputandum eſt. Aliud eſt enim totam nondum aſſequi charitatem, aliud nullam ſequi cupiditatem*, &c.

Gregor. [d] *Bonarum mentium eſt, ibi etiam aliquomodo culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt.*

Bernard. [e] *Bonus obedientiæ gradus eſt, ſi, iuxta Magiſtri noſtri ſententiam, propter metum gehennæ, ſeu propter profeſſionem ſanctam, quam profeſſus eſt quiſpiam, obedierit. Melior tamen cum ex Dei amore obeditur. Illa quippe obedientia, neceſſitatis eſt: iſta charitatis.*

[h] *Pſal. 4. v. 5. Iraſcimini, & nolite peccare. Iſaiæ 1. v. 17. Quieſcite agere peruersè.*
[i] *Malach. 3. v. 4. Et placebit Deo Sacrificium Iuda, & Hieruſalem, ſicut dies ſeculi. Actor. 10. v. 35. Qui timet eum, & operatur Iuſtitiam acceptus eſt illi.*
[k] *v. 16.* οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα.
[l] *v. 8.* ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι. *Et Epheſior. 2. v. 10. dicimur creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.*
[a] *Apologia Dauid cap. 6.*
[b] *3. aduerſus Pelagianos.*

[c] *lib. de ſpiritu, & litera cap. vlt.* [d] *epiſt. ad Aug. reſponſ. 10.* [e] *libro de præcepto, & diſpenſatione.*

Jdem rationibus probatur.

CAP. XVII.

PRIMA, ſi iuſtorum opera omnia lethalia eſſent, id vel ex innata procederet concupiſcentia: vel defectu dilectionis Dei: vel peccatorũ admixtione venialium. Non primum, quia concupiſcentia non eſt peccatum. neque ſecundum, quia gradus remiſſior charitatis, quamuis ſit defectus ratione maioris gradus: tamen culpa non eſt. neque tertium, quia in omni opere ſuo iuſti venialiter non peccant: nec venialia commiſſa, charitatis officium expellunt. Ergo nihil cauſæ poteſt eſſe cur omnia iuſtorum opera ſint mortalia peccata.

Secunda, actus fidei, quo iuſtificamur, & orationis quo dicimus: *Dimitte nobis peccata noſtra*, ſunt aliqua opera. Ergo ſequeretur per idem opus nos iuſtificari, & peccare: orare dimitti nobis, & ſimul orando peccare.

Tertia, ſequetur Apoſtolum mentitum cum dixit: *Nihil mihi conſcius ſum*.

Quarta, Deus operatur in nobis omnia opera bona. Ergo erit malorum operum author.

Quinta, Chriſtus nos redemit ab iniquitate, vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Ergo nos redemiſſet, vt mortalia committeremus peccata.

Sexta, *Omnia opera bona ſunt facienda. Sed aliqua peccata mortalia ſunt opera bona. Igitur aliqua peccata mortalia facienda.* Siue: *Nullum peccatum mortale eſt faciendum. At omnia opera bona, ſunt mortalia peccata. Igitur nullum opus bonum faciendum.*

Septima, ſequetur aliquid ſimul eſſe bonum, & non bonum ſecundum ſe: & proinde vna & ea-

Digitized by Google

dem ratione: ſimul præmio & pœna dignum quæ manifeſtam contradictionem inuoluunt.

Reſpondent 1. opera, eſſe bona in quantum à Deo: mala in quantum à nobis. 2. bona ex obiecto, mala ex circunſtantia.

Ad primum, Deum non operari in nobis, niſi per nos, id eſt faciendo quod facimus: quare ſicut ſi Faber optimus mala ſerra vtatur, & inciſiones fiant deformes, non poterit dici faber bonas, ſed malas facere inciſiones: ſic & Deus non poſſet dici niſi malè operari: & opus ſemper, quocumque reſpectu, malum erit.

Ad 2. malum ex circunſtantiâ, eſſe ſimpliciter malum in genere moris. Nam bonum conſurgit ex integra cauſa: malum ex quocumque defectu.

Opera bona non ſolum eſſe iuſta, ſed etiam iuſtificare ex ſcripturis probatur.

CAP. XVIII. & XIX.

[a] PRIMÒ Iacobi 2.[b] *Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt offerens filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus eius, & ex operibus fides eius conſummata eſt? & impleta eſt ſcriptura dicens, credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum? ſimiliter, & Raab meretrix, nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuncios, & alia via eijciens?*

Reſpondet [c] Caluinus, Primò, Scopum Iacobi eſſe, oſtendere quænam ſit vera fides: id manifeſtare autem producendo fidem vmbratilem, & inanem, quæ ſine operibus nequeat iuſtificare: vt intelligamus, veram fidem, ſe ſola, iuſtificare.

[a] CAP. 18.

[b] *verſ.* 21. ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *v.* 22. βλέπεις ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη. *v.* 23. καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, ἐπίστευσε δὲ ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη. *v.* 24. ὁρᾶτε τοίνυν ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον. *v.* 25. ὁμοίως δὲ καὶ ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐκ ἐκ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα.

[c] 3. *inſtit.* 17. §. 11. & 12.

Secundò, nomine *iuſtificationis* non intelligi veram *iuſtificationem* : ſed *iuſtificationis declarationem*. Alioquin Iacobus contrariaretur [d] Paulo.

[d] Rom. 4.

Ad 1. negatur. vide ſupra lib. 1. de iuſtificatione cap. 15.

Ad 2. negatur 1. quia Iacobus aſſerit Abrahæ fidem, operibus eius cooperatam ad iuſtificationem, & hominem iuſtificari ex operibus non ex fide tantum. At fides non cooperatur operibus ad iuſtitiæ declarationem : ſed, vel diſponendo ad iuſtitiam, & inchoando formalem iuſtificationem, iuxta Catholicos : vel apprehendendo iuſtitiam Chriſti iuxta hæreticos 2. quia dicitur Raab ex operibus iuſtificata : ergo, ſi idem eſt, ac declarata iuſtificata : ſimul fuit declarata iuſtificata : & ſimul remanſit peccatrix meretrix : quia nondum, iuſtificata. Iuſtificatio igitur debet in Iacobo accipi pro vera iuſtificatione. Ad rationem ſecundæ reſponſionis dico Iacobum agere de ſecunda Iuſtificatione, ſiue incremento iuſtitiæ : cuius rei gratia, duo producit exempla : vnum *Abrahæ*, cum voluit immolare filium : tunc que ait Iacobus impleram ſcripturam dicentem : *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Non quod tunc primum ea ſit impleta ſcriptura, ſed quia tunc etiã impleta fuit. Alterum *Raab* : *quæ ſi per primam gratiam iuſtificata non fuit, ſine operibus* : *quanto magis non iuſtificabitur aliquis ſine operibus, per gratiam ſecundam?* Paulus verò loquitur de gratia prima : producitque exemplũ Abrahæ, cum credidit Deo &c. non quod antea iuſtificatus non fuerit : ſed quia : ſi *Abraham non eſt factus iuſtior ex operibus ſine fide : multo minus poterit impius ex operibus ſine fide iuſtificari.*

[e] Secundò probatur noſtra ſententia, Eccleſiaſtici 18. [f] *Nõ impediaris orare ſemper nec verearis vſque ad mortem iuſtificari.*

[e] Cap. 19.
[f] [*v. 22. in Græco 23* μὴ ἐμποδίσῃς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως, καὶ μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι. *Ne prohibeas reddere votum, opportune : & ne expectes vſque ad mortem iuſtificari.*]

Tertio, Rom. 6. [g] *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem : ſic*

[g] v. 19.

exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, id eſt, ad agendam iuſtitiam. Alloquitur enim Paulus iam iuſtificatos.

Quartò [h] *Emundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus: perficientes ſanctificationem in timore Domini.*

Quintò [i] *Multiplicabit ſemen & augebit, incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.*

Sextò, poteſt iuſtus implere legem, & benè operari. Quare ergo non fiet, opere bono, iuſtior?

[h] *2. Cor. 7. v. 1.* καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ πάντος μολυσμοῦ σαρκὸς, καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ.

[i] *2. Cor. 9. v. 10. Item Apocal. 22. v. 11.*

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.

Cap. XX.

PRIMA Pſal 31. *Beati quorum remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Alloquitur Dauid de toto iuſtorum tempore. Ergo remiſſione ſemper egent. Negatur Minor, nam ſolum loquitur de iuſtificatione prima.

Secuunda, Pſal. 142. [a] *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* *v. 2.*

Reſpondeo id verum, tum ratione virium naturæ. [c] tum ratione venialium peccatorum. tum [d] ratione pefectionis diuinæ: cuius comparatione quidquid mundum eſt, immundum videtur.

Tertia, [e] *Non eſt iuſtus, qui faciat bonum, & non peccet.*

Reſpondeo: non eſſe ſenſum: *hominem peccare ſemper*: ſed, *nullum* eſſe *qui aliquando non peccet.*

Quarta, [f] *Facti ſumus vt immundi omnes nos: & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſa iuſtitiæ noſtra.*

Reſpondeo loqui Iſaiam in perſona ſceleratorum, non propter quæcumque opera: ſed quæ putabantur iuſta, & non erant. Paulo namque dixerat ante: *Ecce tu iratus es: & peccauimus.* Et paulo

[b] *Aug. in hūc locum.*
[c] *Aug. lib. de perfect. Iuſtitiæ & Hieronym. epiſt. ad Cteſiphon.*
[d] *Hilar. Hieronym. & alij in hunc locum.*
[e] *Eccleſiaſtæ 7. v. 21.*
[f] *Iſaiæ 64. v. 6.*

Digitized by Google

poſt, *non eſt qui inuocet nomen tuum: non eſt qui conſurgat & teneat te.*

Quinta, quotidie Oramus: *Dimitte nobis peccata* Ergo ſunt ſemper peccata dimittenda.

Reſpondeo id de venialibus intelligi.

Soluuntur obiectiones ex PP.

CAP. XXI.

[a] *ſerm. 4. de mortalitate.*

PRIMA, Cyprian. [a] *Obſeſſa mens hominis, & vndique Zabuli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit, ſi auaritia proſtrata eſt, exſurgit libido &c.*

Reſpondeo: loqui ſolùm de periculis huius vitæ: cum quibus tamen optimè ſtare poteſt operum iuſtitia.

[b] *Dialog. 2. in Pelagianos.*

Secunda, Hierony. [b] *Tunc ergo iuſti ſumus, quando nos peccatores fatemur, & iuſtitia noſtra non ex proprio merito: ſed ex Dei conſiſtit miſericordiâ.*

Reſpondeo, ſolum, *velle nihil nos boni, niſi a Deo habere neque vllum adeo perfectum eſſe, qui in venialia non labatur.*

[c] *epiſt. 29.*

[d] *lib. de perfectione Iuſtitiæ reſponſ. 15.*

Tertia, Aug. [c] *Pleniſsima Charitas, quæ iam non poſsit augeri, quamdiu hîc homo viuit, eſt in nemine: quandiu autem augeri poteſt, profecto illud quod minus eſt, quam debet, ex vitio eſt: ex quo vitio, non eſt qui faciat bonum & non peccet.* Item [d] *Peccatum eſt, cum, vel non eſt Charitas, quæ eſſe debet: vel minor eſt, quam debet.*

[e] *cap. vltimo.*

Reſpondeo: accipere *vitium, & peccatum largo modo*: ſcilicet pro *defectu*: alioquin ipſemet Auguſt. lib. [e] de ſpiritu, & litera dicit non eſſe deputandum ad culpam, quod charitas in hac vita non tanta ſit, quanta in patriâ.

[f] *9. Confeſſ. 13.*

Quarta, [f] *Væ etiam* (inquit idem) *laudabili vitæ hominum ſi remota miſericordia diſcutias eam.*

Reſpondeo hæc dici ratione venialium peccatorum.

Quinta, [g] *Ex quo factum eſt* (inquit) *virtutem quæ nunc eſt in homine iuſto, perfectam hactenus nominari, vt ad eius perfectionem pertineat etiam ipſius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confeſſio.*

[g] 3. contra duas epiſtolas Pelagianor. cap. 7.

Reſpondeo: ſolum velle Auguſtinum: iuſtitiam in hac vita imperfectam eſſe, beatorum reſpectu: eam tamen verè iuſtitiam eſſe patet ex eodem Auguſt. ibidem: [h] *Iuſtitia ſecundum, quam iuſtus ex fide vidit, quoniam per Spiritum gratiæ homini ex Deo eſt, vera iuſtitia eſt. Quæ licet non immeritò in aliquibus iuſtis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, parua tamen eſt, ad illam magnam, quam capit æqualitas Angelorum.*

[h] in fine capitis.

Sexta, Gregor. [i] *Sanctus vir* (inquit) *quia omne virtutis noſtræ meritum, eſſe vitium conſpicit, ſi ab interno arbitro diſtrictè iudicetur rectè ſubiungit: ſi voluerit contendere cum eo*, &c.

[i] 9. Moral. 1.

Reſpondeo, *diſtrictè iudicari* hoc in loco, eſſe, *iudicari ſecundum opera naturæ.* Nam ibidem ait, *eum iudicari diſtrictè, qui ſe Deo comparat, & cum eo contendere cupit*: id eſt: iuxta eundem Gregor. *qui non agnoſcit ſe à Deo habere, quod habet.*

Septima, *Repente* (inquit [k] idem) *Deus interrogat, cum nos ad diſtrictionem ſui examinis inopinatos vocat: ſed interrogationi illius, homo reſpondere non ſufficit: quia ſi remota tunc pietate, diſcutitur, in illo examine etiam iuſtorum vita ſuccumbit.*

[k] 9. Moral. 11.

Reſpondeo, ſuccumbere, propter venialia: [l] *vt ſi cui opus arſerit detrimentum patiatur: ipſe autem ſaluus erit, quaſi per ignem.*

[l] 1. Cor. 3.

Octaua, [m] *Omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe coniuncitur, ſi diſtricte iudicetur.*

[m] 9. Moral. 14.

Reſponſio vt ad 1.

Nona, idem in illud: *Verebar omnia opera mea: Ac ſi* (inquit) *humili confeſſione diceretur: quæ apertè egerim, video: ſed quæ in his latenter pertulerim, ignoro.*

[n] eod. libro cap. 26.

Reſpondeo, ſolum velle, *bonis operibus culpas in-*

terdum miſeri latentes: niſi diligenter vigilemus.

o ibid. cap. 28. Decima, o *Quouſque pœna corruptionis adſtringimur, quamlibet rectis operibus inſudemus, veram munditiem nequaquam apprehendimus, ſed imitamur.*

Reſponſio vt ad 2. capitis ſuperioris: ſic enim idem Gregorius loquitur: p *Humana iuſtitia diuina iuſtitiæ comparata, iniuſtitia eſt, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, ſed in Solis radio poſita, tenebratur.*

p 5. Moral. 26.

q lib. vlt. & cap. vlt. Moral. Vndecima, q *Si de his diuinitùs diſtrictè diſcutimur: quis inter iſta remanet ſalutis locus: quando, & mala noſtra, pura mala ſunt: & bona, quæ nos habere credimus, pura bona eſſe nequaquam poſſunt.*

Reſponſio vt ad nonam: ita enim ſeſe Gregorius r explicat. *Fatendum eſt igitur quod rectam intentionem noſtram, quæ ſoli Deo placere appetit nonnunquam intentio minus recta, quæ de bonis Dei placere hominibus quærit, inſidiando comitatur.* Circa venialia autem non remanet ſalutis locus, ſi diſtrictè iudicemur: quia quamtulacumque ſint, impediunt ſemper ab ingreſſu cœli.

r Paulo poſt.

Duodecima, Bernard. *Noſtra ſi qua humilis iuſtitia, rata forſan: ſed non pura.*

Reſpondeo, *non pura* dici: tum quia vitiati ſumus in primo parente: tum quia nullus eſt qui venialibus careat.

LIBER QVINTVS DE IVSTIFICATIONE.

Qui eſt

De meritis operum.

Opiniones variæ hac de re.

CAP. PRIMVM.

PRIMA, [a] *contendit opera bona, meritoria non eſſe.*

[b] Secunda, *placere quidem Deo & eſſe non quidem vitæ æternæ: ſed tantum præmiorum temporalium, ac ſpiritualium meritoria: non ex ſe: ſed ſolum ratione fidei noſtræ, & indulgentiæ Dei.*

Tertia, [c] *non eſſe vtendum vocibus meriti, & mercedis: quique primus his vſus eſt, malè conſuluiſſe fidei ſinceritati: ſed dicendum: operibus bonis dari à Deo remunerationem aliquam, & compenſationem liberalem.*

Quarta, [d] *his vocibus neque vſos PP. neque ſcripturam: ſi tamen alicubi inueniantur, catacriſim eſſe.*

[a] *ea fuit Lutheranorum in principio.*

[b] *Cõfeſſ. Auguſt. & Apolog. ar. 20.*

[c] *Caluini 3. Inſtit. 15. §. 2. & ſeqq.*

[d] *Buceri in Actis Colloquij Ratisbonenſis.*

Probatur ex ſcripturis opera iuſtorum rectè vocari merita.

CAP. II.

PRIMÒ Eccleſiaſtici. 16. [e] *Omnis miſericordia faciet locum vnicuique, ſecundum meritum operum ſuorum.*

Secundò, Hebræor. 13. [f] *Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtiis promeretur, εὐαρεστεῖται Deus, id eſt placatur.*

Tertiò, 2. Theſſal. 1. [g] *vt digni habeamur regno Dei.* Quod enim, *mereri*, &, *meritum*, *dicimus*, Græci dicunt, ἀξιοῦσθαι, & ἀξίαν.

Quartò, Apoc. 3. [h] *Ambulabunt mecum in albis: quia digni ſunt.*

Quintò, Geneſ. 15. [i] *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* *Mercedi* autem, *meritum* reſpondet.

Sextò, 2. Paralip. [k] *Vos ergo confortamini, erit enim merces operi veſtro.*

Septimò, Prouerb. 11. [l] *Seminanti iuſtitiam, merces fidelis,* [m] &c. At probabile non eſt, tot in locis, catacriſim eſſe.

[e] *v. 15.*

[f] *v. 16.* τῆς εὐποιΐας, καὶ κοινωνίας, μὴ ἐπιλανθάνεσθε. τοιαύταις γὰρ θυσίαις, εὐαρεστεῖται ὁ θεός.

[g] εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.

[h] *v. 4.* περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς, ὅτι ἄξιοί εἰσιν.

[i] *v. 1.*

[k] *cap. 15. v. 7.*

[l] *v. 18.*

[m] *ſimilia habentur Sap. 5. v. 16. Iſaiæ 40. v. 16. Math. 5. v. 12. & alibi non raro.*

Opera iuſtorum meritoria eſſe vitæ æternæ ex ſcripturis probatur.

CAP. III.

PRIMÒ, [a] ex locis quibus vita æterna vocatur merces.

Reſpondent, [b] primò, *mercedem*, dici: non quod debeatur operibus, ſed promiſſioni Dei.

Contra. 1. aperte ſcriptura dici hanc

[a] *Math. 5. v. 12.* χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Gaudete, & exultate: quoniam merces veſtra, multa eſt in cælo. cap. 20. v. 8.* κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν

mercedem dari operibus: & non promiſſioni ſolū. 2. quod iuxta promiſſionem datur, nuſquam dicitur *merces*, niſi interueniat conditio operis.

[c] Reſpondent ſecundo, *mercedem* dici figuratè: Nam vita æterna vocatur hæreditas in ſcriptura: hæreditas autem non eſt proprie merces.

Contra. 1. æquè, & fortaſsè frequentius, vocatur *merces*: quam *hæreditas*. vnde ergo habent mercedis potius, quam hæreditatis vocem figuratè vſurpandam? 2. vtrumque propriè dici: *mercedem* equidem reſpectu operum: *hæreditatem* vero: quia non niſi filiis datur. Voluit enim Deus, hoc duplici titulo, vitam beatam ab adultis acquiri.

Secundò, probatur noſtra ſententia, [d] ex locis, quibus præmium cæleſte redditur, ſecundum menſuram operum.

Reſpondent, phraſim eſſe, qua ſignificatur vita æterna danda fidei, cuius ſigna, & fructus ſunt opera bona. Quia [e] Petrus fidei mercedem, dixit eſſe vitam æternam.

Contra. fides non iuſtificat (iuxta aduerſarios) quaſi meritum: ſed ſolum relatiuè: apprehendendo promiſſionem ſalutis. ex qua quidem apprehenſione ſequatur *non imputatio*: ſiue *iuſtificatio* omnibus æqualis. Ergo ſi redditur fidei merces, & non operibus: debet reddi omnibus ęqualis: quia ęqualiter omnes iuſtificantur: ſiue minorem, ſiue maiorem habeant fidem.

Ad probationem reſpondeo. 1. non dici à B. Petro beatitudinem, *mercedem*: ſed *finem Fidei*: quæ duo differunt. Nam finis habet relationem ad omnia media, etſi meritoria non ſint: merces verò, non niſi ad meritorium opus. 2. loqui Petrum de fide per Charitatem operante: cuius reuera non negamus mercedem eſſe, regnum Dei.

μισθὸν. voca operarios: & redde illis mercedem: id eſt denarium: per quod interpretes omnes vitā intelligūt æternam.

[b] *Melancth. in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ.*

[c] *Caluin.*

[d] *Pſal. 61. v. vlt. Reddes vnicuique, ſecundum opera ſua. Math. 16. v. 27. Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui: & tunc reddet, vnicuique ſecũdum opera ſua: Rom 2. v. 6. Reddet (Deus) vnicuique ſecũdum opera eius. His quidem, qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem qui ſunt ex contentione ira, & indignatio. Item. 1. Cor. 3. v. 8. Galat. 6. verſ. 8. Apocal. vlt. v. 12.*

[e] *1. Petri 1. v. 8.*

Baſil. [e] *Homo ex operibus iuſtitiæ, ſaluatur.* Chryſoſt. homil. [f] 4. de Lazaro. Nazianz. orat. in ſanctum Baptiſma. Nyſſen. [g] *Illis qui boni, benignique fuerint ſumma & perpetua requies tribuitur in regno cœleſti, inhumanis autem, & improbis, ſupplicium ignis, idque ſempiternum.* Tertull. [h] *Ordo meritorum, diſpoſitorum nomine, diſponetur, merita autem cum corpori quoque aſcribantur: ordo quoque corporum diſponatur neceſſe eſt, vt poßit eſſe meritorum.* Cyprian. [i] *Iuſtitiâ opus eſt, vt promereri quis poßit Deum: præceptis eius, & monitis obtemperandum eſt, vt accipiant merita noſtra mercedem.* Hilar. [k] *Regnum Dei vitæ noſtræ ſtipendiis quæramus. De noſtro eſt beata illa æternitas promerenda: præſtandumque eſt aliquid ex proprio.* Ambroſ. [l] *Nonne euidens eſt meritorum, aut præmia: aut ſupplicia poſt mortem manere?* Hierony. [m] *Iam noſtri laboris eſt: pro diuerſitate virtutum, diuerſa nobis præmia præparare.*

Paulin. epiſt. ad Victricium. Auguſt. [n] *Sicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors, ita merito iuſtitiæ tanquam ſtipendium vita æterna.* Item: [o] *Vita æterna eſt totum præmium, cuius promißione gaudemus. Nec præmium poteſt præcedere merita, & prius homini dari quam dignus eſt. Quid enim hoc eſt iniuſtius, & quid iuſtius Deo? non ergo debemus poſcere præmium, antequam mereamur accipere.*

Proſper. [p] *Iuſtificatus homo, id eſt, ex impio pius factus, nullo præcedente bono merito accipit donum, quo medio acquirat meritum.*

Cœleſtinus 1. [q] *Tanta erga omnes homines eſt bonitas Dei: vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius donat: atque pro his, quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus.* Gregor. [r] *Quis in hac vita nobis eſt diſcretio operum, erit in illa proculdubio diſcretio dignitatum: vt*

[e] *libro de Spiritu ſancto cap.* 24.

[f] *Si iuſtus eſt Deus (inquit) & his, & illis reddet pro meritis. Quod ſi & his, & illis rependet pro meritis: hic verò nullus eorum recepit, neque ille improbitatis pœnam: neque hic virtutis præmia: perſpicuum eſt, reſtare tempus aliud, in quo congruens præmium horum vterque ferat.*

[g] *orat. 1. de amandis pauperibus.*

[h] *libro de Reſurrect. carnis.*

[i] *lib. de Simplic. Prælatorum: ſiue de vnitate Eccleſiæ.*

[k] *Canone 5. in Math.*

[l] *1. offic. 15.*

[m] *2. in Iouinianum non procul à fine.*

[n] *epiſtol. 105.*

[o] *lib. de moribus Eccleſiæ cap. 25.*

[p] *reſponſ. ad cap. 6. Gallorum.*

[q] *epiſtola ad Gallos cap. 12.*

[r] *4. Moral. 42.*

quo hic

quo hîc alius alium merito ſuperat, illic alius alium retributione tranſcendat.

Bernard. [s] *Merita habere cures: habita, data noueris, pernicioſa paupertas, penuria meritorum.*

Concil. Arauſic. [t] *Debetur merces bonis operibus, ſi fiant: ſed gratia, quæ non debetur, præcedit, vt fiant.*

Lateranenſe [u] 4. [x] Florent. [[y] Trident. *Si quis dixerit hominis iuſtificati bona opera, ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita: aut ipſum iuſtificatum, bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum: cuius viuum membrum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: Anathema ſit.*]

[s] *ſerm.* 68. *in Cantica.*
[t] *can.* 18.
[u] *cap. Firmiter de Sum. Trinit.*
[x] *Decreto de Purgatorio.*
[y] *ſeſſ.* 6. *can.* 32.

Soluuntur obiectiones ex ſcriptura.

CAP. V.

OBIECTIO Prima: [a] *Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.* [b] *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

Reſpondeo, id verum: non quod beatitudo, non ſit vera meritorum merces: ſed, tum quia merita ipſa ex Dei miſericordia dantur. tum quia etiam in iuſtis ad gloriæ collationem eſt neceſſaria miſericordia intuitu remiſſionis venialium peccatorum.

[a] *Pſal.* 102. *v.* 4.
[b] *Math.* 5. *v.* 7. μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

Secunda, Iſaiæ. 55. [c] *Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* [c] *v.* 1.

Danielis 9. [d] *Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras: ſed in miſerationibus tuis magnis.* [d] *v.* 18.

Reſpondeo: in primo teſtimonio agi [e] de gratia huius temporis & non de gloria æterna. In ſecundo verò, de liberatione à captiuitate Babylonica.

[e] *ita Hieron. in hunc locum.*

Secundò, nomine *iuſtificationis* non intelligi veram *iuſtificationem : ſed iuſtificationis declarationem*. Alioquin Iacobus contrariaretur [d] Paulo.

[d] Rom. 4.

Ad 1. negatur. vide ſupra lib. 1. de iuſtificatione cap. 15.

Ad 2. negatur 1. quia Iacobus aſſerit Abrahæ fidem, operibus eius cooperatam ad iuſtificationem, & hominem iuſtificari ex operibus non ex fide tantum. At fides non cooperatur operibus ad iuſtitiæ declarationem : ſed, vel diſponendo ad iuſtitiam, & inchoando formalem iuſtificationem, iuxta Catholicos: vel apprehendendo iuſtitiam Chriſti iuxta hæreticos 2. quia dicitur Raab ex operibus iuſtificata : ergo, ſi idem eſt, ac declarata iuſtificata : ſimul fuit declarata iuſtificata : & ſimul remanſit peccatrix meretrix : quia nondum, iuſtificata. Iuſtificatio igitur debet in Iacobo accipi pro vera iuſtificatione. Ad rationem ſecundæ reſponſionis dico Iacobum agere de ſecunda Iuſtificatione, ſiue incremento iuſtitiæ : cuius rei gratia, duo producit exempla: vnum *Abrahæ*, cum voluit immolare filium: tunc que ait Iacobus impletam ſcripturam dicentem : *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Non quod tunc primum ea ſit impleta ſcriptura, ſed quia tunc etiã impleta fuit. Alterum *Raab* : *quæ ſi per primam gratiam iuſtificata non fuit, ſine operibus : quanto magis non iuſtificabitur aliquis ſine operibus, per gratiam ſecundam?* Paulus verò loquitur de gratia prima : producitque exemplũ Abrahæ, cum credidit Deo &c. non quod antea iuſtificatus non fuerit : ſed quia : ſi *Abraham non eſt factus iuſtior ex operibus ſine fide : multo minus poterit impius ex operibus ſine fide iuſtificari.*

[e] Secundò probatur noſtra ſententia, Eccleſiaſtici 18. [f] *Nõ impediaris orare ſemper nec verearis vſque, ad mortem iuſtificari.*

[e] Cap. 19.

[f] [*v. 22. in Græco 23 μὴ ἐμποδίσῃς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως, καὶ μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι. Ne prohibeas reddere votum, opportune : & ne expectes vſque ad mortem iuſtificari.*]

Tertio, Rom. 6. [g] *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem : ſic*

[g] v. 19.

exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, id eſt, ad agendam iuſtitiam. Alloquitur enim Paulus iam iuſtificatos.

Quartò [h] *Emundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus: perficientes ſanctificationem in timore Domini.*

Quintò [i] *Multiplicabit ſemen & augebit, incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.*

Sextò, poteſt iuſtus implere legem, & benè operari. Quare ergo non fiet, opere bono, iuſtior?

[h] 2. Cor. 7. v. 1. καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς, καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ.

[i] 2. Cor. 9. v. 10. Item Apocal. 22. v. 11.

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.

CAP. XX.

PRIMA Pſal 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* At loquitur Dauid de toto iuſto tempore. Ergo remiſſione ſemper egent. Negatur Minor, nam ſolum loquitur de iuſtificatione prima.

Secuunda, Pſal. 142. [a] *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.*

Reſpondeo id verum, tum ratione virium naturæ. [b] tum ratione venialium peccatorum. tum [c] [d] ratione pefectionis diuinæ: cuius comparatione quidquid mundum eſt, immundum videtur.

Tertia, [e] *Non eſt iuſtus, qui faciat bonum, & non peccet.*

Reſpondeo: non eſſe ſenſum: *hominem peccare ſemper*: ſed, *nullum eſſe qui aliquando non peccet.*

Quarta, [f] *Facti ſumus vt immundi omnes nos: & quaſi pannus menſtruata vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.*

Reſpondeo loqui Iſaiam in perſona ſceleratorum, non propter quæcumque opera: ſed quæ putabantur iuſta, & non erant. Paulo namque dixerat ante: *Ecce tu iratus es: & peccauimus.* Et paulo

[a] v. 2.

[b] *Aug. in hūc locum.*

[c] *Aug. lib. de perfect. Iuſtitiæ & Hieronym. epiſt. ad Cteſiphon.*

[d] *Hilar. Hieronym. & alij in hunc locum.*

[e] *Eccleſiaſtæ 7. v. 21.*

[f] *Iſaiæ 64. v. 6.*

poſt, *non eſt qui inuocet nomen tuum: non eſt qui conſurgat & teneat te.*

Quinta, quotidie Oramus: *Dimitte nobis peccata* Ergo ſunt ſemper peccata dimittenda.

Reſpondeo id de venialibus intelligi.

Soluuntur obiectiones ex PP.

Cap. XXI.

[a] *ſerm. 4. de mortalitate.*

PRIMA, Cyprian. [a] *Obſeſſa mens hominis, & vndique Zabuli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit, ſi auaritia proſtrata eſt, exſurgit libido &c.*

Reſpondeo: loqui ſolùm de periculis huius vitæ: cum quibus tamen optimè ſtare poteſt operum iuſtitia.

[b] *Dialog. 2. in Pelagianos.*

Secunda, Hierony. [b] *Tunc ergo iuſti ſumus, quando nos peccatores fatemur, & iuſtitia noſtra non ex proprio merito: ſed ex Dei conſiſtit miſericordia.*

Reſpondeo, ſolum, *velle nihil nos boni, niſi à Deo habere neque vllum adeo perfectum eſſe, qui in venialia non labatur.*

[c] *epiſt. 29.*

Tertia, Aug. [c] *Pleniſſima Charitas, quæ iam non poſſit augeri, quamdiu hîc homo viuit, eſt in nemine: quandiu autem augeri poteſt, profectò illud quod minus eſt, quam debet, ex vitio eſt: ex quo vitio, non eſt qui faciat bonum & non peccet.* Item [d] *Peccatum eſt, cum, vel non eſt Charitas, quæ eſſe debet: vel minor eſt, quam debet.*

[d] *lib. de perfectione Iuſtitiæ reſponſ. 15.*

Reſpondeo; accipere *vitium, & peccatum largo modo*: ſcilicet pro *defectu*: alioquin ipſemet Auguſt. lib. [e] de ſpiritu, & litera dicit non eſſe deputandum ad culpam, quod charitas in hac vita non tanta ſit, quanta in patriâ.

[e] *cap. vltimo.*

[f] *9. Confeſſ. 13.*

Quarta, [f] *Væ etiam* (inquit idem) *laudabili vitæ hominum ſi remota miſericordia diſcutias eam.*

Reſpondeo hæc dici ratione venialium peccatorum.

Quinta, [g] *Ex quo factum eſt* (inquit) *virtutem quæ nunc eſt in homine iuſto, perfectam hactenus nominari, vt ad eius perfectionem pertineat etiam ipſius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confeſſio.* [g] 3. contra duas epiſtolas Pelagianor. cap.7.

Reſpondeo: ſolum velle Auguſtinum: iuſtitiam in hac vita imperfectam eſſe, beatorum reſpectu: eam tamen verè iuſtitiam eſſe patet ex eodem Auguſt. ibidem: [h] *Iuſtitia ſecundum, quam iuſtus ex fide vidit, quoniam per Spiritum gratiæ homini ex Deo eſt, vera iuſtitia eſt. Quæ licet non immeritò in aliquibus iuſtis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, parua tamen eſt, ad illam magnam, quam capit æqualitas Angelorum.* [h] in fine capitis.

Sexta, Gregor. [i] *Sanctus vir* (inquit) *quia omne virtutis noſtræ meritum, eſſe vitium conſpicit, ſi ab interno arbitro diſtrictè iudicetur rectè ſubiungit: ſi voluerit contendere cum eo*, &c. [i] 9.Moral.1.

Reſpondeo, *diſtrictè iudicari* hoc in loco, eſſe, *iudicari ſecundum opera naturæ.* Nam ibidem ait, *eum iudicari diſtrictè, qui ſe Deo comparat, & cum eo contendere cupit*: id eſt: iuxta eundem Gregor. *qui non agnoſcit ſe à Deo habere, quod habet.*

Septima, *Repente* (inquit [k] idem) *Deus interrogat, cum nos ad diſtrictionem ſui examinis inopinatos vocat: ſed interrogationi illius, homo reſpondere non ſufficit: quia ſi remota tunc pietate, diſcutitur, in illo examine etiam iuſtorum vita ſuccumbit.* [k] 9. Moral. 11.

Reſpondeo, ſuccumbere, propter venialia: [l] *vt ſi cui opus arſerit detrimentum patiatur: ipſe autem ſaluus erit, quaſi per ignem.* [l] 1.Cor.3.

Octaua, [m] *Omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe coniuncitur, ſi diſtricte iudicetur.* [m] 9.Moral. 14.

Reſponſio vt ad 1.

Nona, idem in illud: *Verebar omnia opera mea: Ac ſi* (inquit) *humili confeſſione diceretur: quæ apertè egerim, video: ſed quæ in his latenter pertulerim,* ignoro. [n] eod. libro cap.26.

Reſpondeo, ſolum velle, *bonis operibus culpas in-*

terdum miſeri latentes:niſi diligenter vigilemus.

[o] ibid. cap. 28.

Decima, [o] *Quouſque pœna corruptionis adſtringimur, quamlibet rectis operibus inſudemus, veram munditiem nequaquam apprehendimus, ſed imitamur.*

[p] 5. Moral. 26.

Reſponſio vt ad 2. capitis ſuperioris: ſic enim idem Gregorius loquitur: [p] *Humana iuſtitia diuinæ iuſtitiæ comparata, iniuſtitia eſt, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, ſed in Solis radio poſita, tenebratur.*

[q] lib. vlt. & cap. vlt. Moral.

Vndecima, [q] *Si de his diuinitùs diſtrictè diſcutimur: quis inter iſta remanet ſalutis locus: quando, & mala noſtra, pura mala ſunt: & bona, quæ nos habere credimus, pura bona eſſe nequaquam poſſunt.*

[r] Paulo poſt.

Reſponſio vt ad nonam: ita enim ſeſe Gregorius [r] explicat. *Fatendum eſt igitur quod rectam intentionem noſtram, quæ ſoli Deo placere appetit nonnumquam intentio minus recta, quæ de bonis Dei placere hominibus quærit, inſidiando comitatur.* Circa venialia autem non remanet ſalutis locus, ſi diſtrictè iudicemur: quia quamtulacumque ſint, impediunt ſemper ab ingreſſu cœli.

Duodecima, Bernard. *Noſtra ſi qua humilis iuſtitia, rata forſan: ſed non pura.*

Reſpondeo, *non pura* dici: tum quia vitiati ſumus in primo parente: tum quia nullus eſt qui venialibus careat.

Digitized by Google

LIBER QVINTVS

DE IVSTIFICATIONE.

Qui eſt

De meritis operum.

Opiniones variæ hac de re.

CAP. PRIMVM.

PRIMA, [a] *contendit opera bona, meritoria non eſſe.*

[b] Secunda, *placere quidem Deo & eſſe non quidem vitæ æternæ: ſed tantum præmiorum temporalium, ac ſpiritualium meritoria: non ex ſe: ſed ſolum ratione fidei noſtræ, & indulgentiæ Dei.*

Tertia, [c] *non eſſe vtendum vocibus meriti, & mercedis: quique primus his vſus eſt, malè conſuluiſſe fidei ſinceritati: ſed dicendum: operibus bonis dari à Deo remunetionem aliquam, & compenſationem liberalem.*

Quarta, [d] *his vocibus neque vſos PP. neque ſcripturam: ſi tamen alicubi inueniantur, catacriſim eſſe.*

[a] *ea fuit Lutheranorum in principio.*

[b] *Cõfeſſ. Auguſt. & Apolog. ar. 20.*

[c] *Caluini 3. Inſtit. 15. §. 2. & ſeqq.*

[d] *Buceri in Actis Colloquij Ratisbonenſis.*

Probatur ex ſcripturis opera iuſtorum rectè vocari merita.

CAP. II.

PRIMÒ Eccleſiaſtici. 16. [e] *Omnis miſericordia faciet locum vnicuique, ſecundum meritum operum ſuorum.*

Secundò, Hebræor. 13. [f] *Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtiis promeretur, εὐαρεστεῖται Deus, id eſt placatur.*

Tertiò, 2. Theſſal. 1. [g] *vt digni habeamur regno Dei.* Quod enim, *mereri*, &, *meritum*, dicimus, Græci dicunt, ἀξιοῦσθαι, & ἀξίαν.

Quartò, Apoc. 3. [h] *Ambulabunt mecum in albis: quia digni ſunt.*

Quintò, Geneſ. 15. [i] *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Mercedi* autem, *meritum* reſpondet.

Sextò, 2. Paralip. [k] *Vos ergo confortamini, erit enim merces operi veſtro.*

Septimò, Prouerb. 11. [l] *Seminanti iuſtitiam, merces fidelis,* [m] &c. At probabile non eſt, tot in locis, catacriſim eſſe.

Opera iuſtorum meritoria eſſe vitæ æternæ ex ſcripturis probatur.

CAP. III.

PRIMÒ, [a] ex locis quibus vita æterna vocatur merces.

Reſpondent, [b] primò, *mercedem*, dici: non quod debeatur operibus, ſed promiſſioni Dei.

Contra. 1. apertè ſcriptura dici hanc

[e] *v.* 15.
[f] *v.* 16. τῆς εὐποιΐας, καὶ κοινωνίας, μὴ ἐπιλανθάνεσθε. τοιαύταις γὰρ θυσίαις, εὐαρεστεῖται ὁ θεός.
[g] εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.
[h] *v.* 4. περιπατήσουσι μετ᾽ ἐμοῦ ἐν λευκοῖς, ὅτι ἄξιοί εἰσιν.
[i] *v.* 1.
[k] *cap.* 15. *v.* 7.
[l] *v.* 18.
[m] *ſimilia habentur Sap.* 5. *v.* 16. *Iſaiæ* 40. *v.* 16. *Math.* 5. *v.* 12. *& alibi non raro.*
[a] *Math.* 5. *v.* 12. χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Gaudete, & exultate: quoniam merces veſtra, multa eſt in cælo. cap.* 20. *v.* 8. κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν

mercedem dari operibus: & non promiſſioni ſoli. 2. quod iuxta promiſſionem datur, nuſquam dicitur *merces*, niſi interueniat conditio operis.

[c] Reſpondent ſecundo, *mercedem* dici figuratè: Nam vita æterna vocatur hæreditas in ſcriptura: hæreditas autem non eſt proprie merces.

Contra. 1. æquè, & fortaſſè frequentius, vocatur *merces*: quam *hæreditas*. vnde ergo habent mercedis potius, quam hæreditatis vocem figuratè vſurpandam? 2. vtrumque propriè dici: *mercedem* equidem reſpectu operum: *hæreditatem* vero: quia non niſi filiis datur. Voluit enim Deus, hoc duplici titulo, vitam beatam ab adultis acquiri.

Secundò, probatur noſtra ſententia, [d] ex locis, quibus præmium cæleſte redditur, ſecundum menſuram operum.

Reſpondent, phraſim eſſe, qua ſignificatur vita æterna danda fidei, cuius ſigna, & fructus ſunt opera bona. Quia [e] Petrus fidei mercedem, dixit eſſe vitam æternam.

Contra. fides non iuſtificat (iuxta aduerſarios) quaſi meritum: ſed ſolum relatiuè: apprehendendo promiſſionem ſalutis, ex qua quidem apprehenſione ſequatur *non imputatio*: ſiue *iuſtificatio* omnibus æqualis. Ergo ſi redditur fidei merces, & non operibus: debet reddi omnibus ęqualis: quia ęqualiter omnes iuſtificantur: ſiue miñorem, ſiue maiorem habeant fidem.

Ad probationem reſpondeo. 1. non dici à B. Petro beatitudinem, *mercedem*: ſed *finem Fidei*: quæ duo differunt. Nam finis habet relationem ad omnia media, etſi meritoria non ſint: merces verò, non niſi ad meritorium opus. 2. loqui Petrum de fide per Charitatem operante: cuius reuera non negamus mercedem eſſe, regnum Dei.

μισθόν. voca operarios: & redde illis mercedem: id eſt denarium: per quod interpretes omnes vitã intelligũt æternam.

[b] *Melancth. in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ.*

[c] *Caluin.*

[d] *Pſal. 61. v. vlt. Reddes vnicuique, ſecundum opera ſua. Math. 16. v. 27. Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui: & tunc reddet, vnicuique ſecũdum opera ſua: Rom 2. v. 6. Reddet (Deus) vnicuique ſecũdum opera eius. His quidem, qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem qui ſunt ex contentione ira, & indignatio. Item. 1. Cor. 3. v. 8. Galat. 6. verſ. 8. Apocal. vlt. v. 12.*

[e] *1. Petri 1. v. 8.*

Tertiò, probatur ex [f] locis, quibus, ratio conferendi gloriam æternam, tribuitur operibus.

Reſpondent, particulas *quia*: *enim*, eſſe notas ordinis, non cauſæ: ac ſignificare *Deum paraſſe regnum iis, qui prius* ſe bonis exercuerint operibus. Nam Geneſ. [g] 15. Deus promittit gratis Abrahæ, multiplicationem ſeminis eius, ſtellarum inſtar: & tamen cap. [h] 22. ait *Quia feciſti hanc rem, multiplicabo ſemen tuum*, &c.

Contra. Dominus eodem modo loquitur de bonorum præmiis: & impiorum ſuppliciis. At nullus negabit veram reddi ſuppliciorum cauſam, per particulam, *enim*: cum ait: [i] *Ite maledicti in ignem æternum, eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare.* Nam ſtipendium peccati mors. Ergo pariter, ratio redditur per particulam *enim* in diſtributione præmiorum.

Ad rationem Geneſ. 22. Reſpondeo, particulam *enim*: vere cauſam ſignificare: voluit namque Deus Abraham promereri bonis operibus donum illi anteà promiſſum.

Quartò, ex [k] locis, quibus, opera bona dicuntur, *ſalutem ipſam efficere.*

Quintò, ex [l] locis, quibus, *præmium bonis operibus ex iuſtitia reddendum dicitur.*

Sextò, ex [m] locis, quibus, vita æterna promittitur operibus bonis.

[f] *Math. 25. v. 34. venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. v. 35. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c. v. 21. Quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium Domini tui. Apocal. 7. v. 14. & 15.*

[g] *verſ. 5.*

[h] *v. 16.*

[i] *Math. 25. v. 41.* πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. *v. 42.* ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, *&c.*

[k] 2. *Cor. 4. v. 17. Quod in præſenti momentaneum, & leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur. Item Philipp. 2. v. 12.*

[l] 2. *Theſſal. 1. v. 5. 6. 7. & 2. Timoth. 4. v. 7. Bonum certamen certaui: curſum conſummaui: Fidem ſeruaui. verſ. 8. In reliquo repoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ: quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex. Hebræorum. 6. v. 10. Non eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri. Iacobi 1. v. 12. Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam gloriæ: quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Prouerb. 19. v. 17. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. 1. Corinth. 9. v. 24. & 25.*

[m] *Math. 19. v. 17. ſi vis ad vitam ingredi: ſerua*

mandata, & v. 29. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, &c. propter nomen meum centuplum accipiet: & vitam æternam poßidebit. 1. Timoth. 4. v. 8. Iacobi. 1. v. 12.

Septimò, ex [n] locis, quibus, fit mentio dignitatis, ad vitam æternam.

Obijcies, illud Pauli: *Non ſunt cōdignæ paßiones*, &c.

Reſpondeo, loqui de ſubſtantia operum, non de proportione abſoluta. Nam paſſiones huius temporis breues ſunt: gloria verò, æterna. Proportio tamen ineſt, propter charitatis dignitatem à qua procedunt opera.

Octauò, ex [o] locis, quibus, dicitur Deus, *iudex iuſtus*: & *non acceptor perſonarum*. At perſonarum acceptio, vitium eſt contrarium iuſtitiæ diſtributione. Cùm videlicet iudex dat ſine meritis, præmium: aut maius præmium minoribus meritis: vel contra. Ergo Deus in retributione præmiorum merita hominum conſiderat.

[n] *Luc. 10. v. 7. dignus eſt operarius mercede ſua. Sapien. 10. v. 5. & 2. Theſſ. 1. v. 5. vt digni habeamini in regno Dei. Apocal. 2. v. 4. Luc. 20 v. 35.*

[o] *Rom. 2. v. 11. Non eſt acceptio perſonarum apud Deū. 1. Petr. 1. v. 17. Actor. 10. v. 34.*

Idem ex PP. *probatur.*

CAP. IIII.

IGNAT. [a] *Sinite me vt beſtiarum eſca ſim: per quam poßim Deum promereri.*

Iuſtin. [b] *Homines, qui dignos ſe Dei voluntate, & conſilio operibus præſtiterint, cum eo victuros eſſe meritis ſuis ſumpſimus: ac regnaturos, ſic vt ab omni interitu perturbationeque ſint liberi.* Iren. [c] *Precioſam arbitremur coronam, quæ per agonem nobis acquiritur.*

Origen. [d] *Primo excludantur hæretici qui dicunt animarum naturas bonas, & malas: & audiant quia non pro natura, ſed pro meritis reddit Deus. Secundò ædificentur fideles, ne putent hoc ſolum ſufficere quod credunt, ſed ſciant, iuſtum iudicium Dei vnicuique reddere ſecundum opera ſua.*

[a] *epiſt. ad Rom.*

[b] *Apolog. 2. ante medium.*

[c] *4. cap. 72.*

[d] *in 2. ad Romanos.*

Digitized by Google

quo hîc alius alium merito ſuperat, illic alius alium retributione tranſcendat.

Bernard. [s] *Merita habere cures: habita, data noueris, pernicioſa paupertas, penuria meritorum.*

Concil. Arauſic. [t] *Debetur merces bonis operibus, ſi fiant: ſed gratia, quæ non debetur, præcedit, vt fiant.*

Lateranenſe [u] 4. [x] Florent. [[y] Trident. *Si quis dixerit hominis iuſtificati bona opera, ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita: aut ipſum iuſtificatum, bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum: cuius viuum membrum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit conſecutionem, atque etiam gloria augmentum: Anathema ſit.*]

s *ſerm. 68. in Cantica.*
t *can. 18.*
u *cap. Firmiter de Sum. Trinit.*
x *Decreto de Purgatorio.*
y *ſeſſ. 6. can. 32.*

Soluuntur obiectiones ex ſcriptura.

CAP. V.

OBIECTIO Prima: [a] *Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.* [b] *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

Reſpondeo, id verum: non quod beatitudo, non ſit vera meritorum merces: ſed, tum quia merita ipſa ex Dei miſericordia dantur. tum quia etiam in iuſtis ad gloriæ collationem eſt neceſſaria miſericordia intuitu remiſſionis venialium peccatorum.

a *Pſal. 102. v. 4.*
b *Math. 5. v. 7.* μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

Secunda, Iſaiæ. 55. [c] *Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* c *v. 1.*

Danielis 9. [d] *Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras: ſed in miſerationibus tuis magnis.* d *v. 18.*

Reſpondeo: in primo teſtimonio agi [e] de gratia huius temporis & non de gloria æterna. In ſecundo verò, de liberatione à captiuitate Babylonica. e *ita Hieron. in hunc locum.*

[f] *Luc.* 17. *v.* 10.

Tertia, [f] *Cum feceritis hæc omnia: dicite: quia ſerui inutiles ſumus.*

[g] *Ambroſ. lib.* 8. *in Lucam.* [h] *Beda in hunc locum.* [i] *ſerm.* 3. *de verbis Domini.*

Reſpondeo 1. [g] *inutiles eſſe,* viribus naturæ. 2. [h] *inutiles eſſe* Deo, Nam ille bonorum noſtrorum nō eget. 3. [i] quia ex proprio noſtro ſtatu, Dei mancipia ſumus: & ſi voluiſſet, nobis ſine remuneratione opera imperaſſet. Quare ſine liberali eius pacto interueniēte, iuſtam mercedem petere nō poſſumus.

[k] *Rom.* 6. *v.* 23.

Quarta, [k] *Stipendium peccati mors: gratia Dei, vita æterna.*

Reſpondeo, cum Auguſt. potuiſſe etiam Apoſtolum dicere: *ſtipendium iuſtitiæ vita æterna*: non dixiſſe tamen: ne quis exiſtimaret, hominem à ſeipſo iuſtitiam habere: ſicut peccatum habet.

[l] *Rom.* 3. *v.* 27.

Quinta, [l] *Excluſa eſt gloriatio tua, per quam legem? factorum? non: ſed per legem fidei.* Ergo lex fidei excludit merita omnia.

Reſpondeo: excludere merita virium naturæ. In his enim propriè, ſita eſſet gloriatio noſtra: non autem merita gratiæ: quorum intuitu, gloriamur in Domino.

Sexta: ſit, iuxta nos, magna iniuria Chriſtò, quaſi non ſufficianr ipſius merita.

Reſpōdeo, maximè hac in re commendari Chriſtum: tum quia noſtra merita ab eius liberalirate, & efficacia pendent. tum quia non ſolum potuit ſatisfacere pro nobis: ſed etiam mereri nobis virtutem merendi in ipſo.

Soluuntur obiectiones ex PP.

CAP. VI.

[a] *in Pſal.* 51.

PRIMA, Hilar. [a] *Non enim illa ipſa iuſtitiæ opera, ſufficerent ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei, etiam in hâc iuſtitiæ voluntate, humanarum demutationum, & motuum, non re-*

putet vitia. Spes igitur in miſericordia Dei in ſæculum ſæculi. Reſponſio vt ad 1. capitis ſuperioris.

Secunda: [b] Baſil. *Manet ſempiterna requies illos qui in hac vita legitimè certauerint: non ob eorum merita factorum, ſed de munificentiſsimi Dei gratia, in quâ ſperarunt.* [b] *in Pſal.* 114.

Reſpondeo 1. in Baſilio non eſſe: *ob eorum merita,* neque vocem, *gratia*: ſed οὐ κατ' ὀφείλημα τῶν ἔργων ἀποδιδομένα, ἀλλὰ κατὰ τοῦ μεγαλοδώρου Θεοῦ: *non ſecundum debitum operum reddenda: ſed munificentiſsimi Dei:* id eſt, non pro menſurâ operum, ſed magnificentiæ Dei: qui menſuram ſupereffluentem dabit. 2. etſi Baſilius excluderet merita: non tamen excludere, niſi viribus naturæ proprijs facta.

Tertia, Auguſt. [c] *Tua, peccata ſunt: merita, Dei ſunt. Supplicium tibi debetur: & cum præmium venerit ſua dona coronabit non merita tua.* [c] *in Pſal.* 70. *concione* 2.

Reſpondeo, vbicumque Auguſt. merita damnat ſolum loqui de meritis naturæ. *Ipſa* [d] (inquit) *vita æterna, quæ in fine ſine dubio habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur: tamen quia eadem merita, quibus redditur, non à nobis parta ſunt, per noſtram ſufficientiam: ſed in nobis facta per gratiam: etiam ipſa gratia nuncupatur: non ob aliud, niſi quia gratis datur: nec ideo quia meritis non datur: ſed quia data ſunt, & ipſa merita quibus datur.* & infra: *Cui debetur vita æterna, vera iuſtitia eſt: ſi autem vera iuſtitia eſt, ex te non eſt:* de ſurſum eſt, *&c.* Item: [e] *Si Dei dona ſunt bona merita tua: non Deus coronat merita tua, tanquam merita tua, ſed tanquam dona ſua.* [d] *epiſt.* 105. [e] *libro de gratia, & libero arbitrio cap.* 6.

Quarta, Proſper. [f] *ideò in parabola de his qui laborant in vinea dari idem præmium eandemque mercedem omnibus operarijs, ſiue multum, ſiue parum laborauerint: vt qui multo labore ſudarunt, nec amplius, quam noniſſimi acceperunt, intelligant, donum ſe gratiæ, non operum, accepiſſe mercedem.* [f] 1. *de vocat. gent.* 17.

Reſpondeo, per *idem præmium* intelligi [eandem beatitudinem obiectiuam] & æternitatem: de cætero eadem eſt ſolutio vt ad tertiam.

Quinta, Gregor [g] *ſi opus virtutis exercuero, ad vitam non ex meritis, ſed ex venia conualeſco.*

[g] 9.Moral. 14.

Reſponſio eadem.

Sexta, Bernard: [h] *Neque talia ſunt hominum merita, vt propter ea vita æterna debeatur ex iure: aut Deus, iniuriam aliquam faceret, niſi eam donaret.*

[h] ſerm.1. de Annunciatione.

Reſpondeo ſeipſum explicare Bernardum cum ait: [i] *Propterea non deberi meritis vitam æternam ex iure: quia merita ipſa naſcuntur ex gratia.* Merita namque quibus deberetur abſolutè ex iure gloria: deberent nec a gratia, nec a promiſſione dependere.

[i] ibidem.

Septima: *Totum* (inquit idem) *hominis meritum eſt: ſi totam ſpem ſuam ponat in eo, qui totum hominem ſaluum facit. Meritum meum miſeratio Domini.*

[k] ſerm.15. in Pſal. Qui habitat.

[l] ſerm.61.in Cantica.

Reſpondeo 1. hæc, & ſimilia dici, vt intelligamus merita noſtra, non eſſe ex nobis, ſed ex miſericordia Dei 2. quia homo incertus eſt de ſtatu proprio, ideſt an habeat merita, necne.

Quomodo fiducia in meritis collocari poſſit.

Cap. VII.

FIDVCIA, *eſt ſpes confirmata, atque perfecta.* Aliud eſt autem, *fiduciam ex meritis naſci:* aliud *fiduciam in meritis habere.* prius haberi poteſt ab eo, qui de propriis meritis diffidat: Quia, ſi nihilominus meritis abundet, ipſorum virtute operante, poterit magnam habere fiduciam in Deo. [At poſterius nequit haberi, niſi ab eo, qui fidat meritis: etſi fortaſſe pauca, aut nulla habeat, niſi imaginaria.]

Prima Propoſitio: *fiducia quam ſancti in Deo habent, naſcitur non ex fide ſola: ſed ex bonis meritis: at-*

que ideo ſummo ſtudio merita quærenda ſunt, vt apud Deum fiduciam habere poſſimus.

Probatur, Primò, Tobiæ 4. [a] *Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna, omnibus facientibus eam.*

Secundò, Iob. 11. [b] *Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris: & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia: tunc leuare poteris faciem tuam, & habebis fiduciam propoſita ſpe.*

Tertiò, Rom. 5. [c] *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò ſpem. Spes autem non confundit.*

Quartò, [d] *Qui benè miniſtrauerit, gradum bonum ſibi acquiret, & multam fiduciam.*

Quintò, [e] *Vincti compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram.*

Sextò, 1. Ioan. 3. v. 21. *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.*

Septimò, ex PP. Cyprian. [f] *Præclara, & diuina res, (fratres chariſſimi) ſalutaris operatio: ſolatium grande credentium, ſecuritatis noſtræ ſalubre præſidium, munimentum ſpei, tutela fidei, medela peccati.*

Chryſoſt. [g] *Nos oramus vt poſt Baptiſmum etiam vitam honeſtam habeatis: tu contra ſtudes, nihilque non facis, vt hinc migres abſque bona vita. At nos optamus vt ex benefactis habeas fiduciam.*

Ambroſ. [h] *Opus eſt vt creſcat in nobis fiducia, bonis actibus comparata.*

Auguſt. [i] *Ille ſperat, qui bonam conſcientiam gerit: quem vero pungit mala conſcientia retrahit à ſpe, & non ſibi ſperat niſi damnationem.*

Octauò, *fiducia* gignitur ex promiſſione diuina,

a v. 12.

b v. 14.

c v. 3. θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται. v. 4. ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα. v. 5. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

d 1. *Timoth.* 3. v. 13. οἱ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται: καὶ πολλὴν παῤῥησίαν, ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *In fide, quæ in Chriſto Ieſu.*

e *Hebræor.* 10. v. 34. καὶ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, v. 35. μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν.

f *ſerm. de eleemoſyna circa finem.*

g *homil. 2. in 1. Corinthior.*

h *in 3. Cor. Item in 17. Lucæ: Ex Fide Charitas, ex Charitate ſpes.*

i *in Pſalm. 31.*

& operibus bonis, Deus ex parte ſua, ſemper fidelis eſt. Ergo, ſi adſint merita, quidni fiducia gignetur?

[k] *tract. 83. in Ioan.* [l] *2. Sent. diſt. 25.*

Obijcies, [k] S. Auguſt. & [l] Petrum Lombardum docere, priorem eſſe Spem charitate. Ergo Spes, ſiue *fiducia* non ſequitur merita, quia merita charitatem ſequuntur.

Reſpondeo: in homine reconciliando primum motum ad ſalutem, *Fidei eſſe*. 2. *Amoris*, ſiue *deſiderij beatitudinis*. 3. *Spei*, hanc conſequendi beatitudinem: ſi adſint merita. Atque huiuſmodi ſpes reuera charitatem præcedit. 4. ſequitur *iuſtificatio plena*, ſiue *charitas infuſa*: & *operatio bona*. 5. inde roboratur *Spes*. Atque hac ratione Spes, Charitate poſterior erit.

Secunda propoſitio: *In bonis meritis, quæ verè talia eſſe compertum ſit, fiducia aliqua collocari poteſt, modo ſuperbia caueatur.* Probatur:

[m] *v. 19. verba Nehemiæ ſunt.* [n] *v. 21. 22.* [o] *v. 3. verba Ezechiæ regis ſunt.* [p] *v. 16. & ſeqq.*

Primò, Eſdræ 2. cap. 5. [m] *Memento mei Domine in bono, ſecundum omnia, quæ feci populo huic.*

Secundò, Pſal. 17. [n] *Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, quia cuſtodiui vias Domini.*

Tertiò, Iſaiæ 38. [o] *Obſecro Domine memento, quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim.*

Quartò, Eſther. 14. [p] *Tu ſcis neceſſitatem meam, quod abominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud, ſicut pannum menſtruatæ*, &c. *Deus fortis ſuper omnes exaudi vocem eorum, qui nullam aliã ſpem habent*: &c.

Quintò, *Bonum certamen certaui*, &c.

[q] *apud Hierony. in Paulo.* [r] *apud Hier. in Hilarione.* [s] *apud Sulpitium in Martino.*

Sextò, ex PP. Paulus Eremita, *Peracto curſu* [q] (inquit) *ſupereſt mihi corona iuſtitiæ*. Hilarion. [r] *Egredere anima mea, egredere quid times? ſeptuaginta prope annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times?* Martinus: [s] *Quid hic aſtas* (inquit) *cruenta beſtia? nihil in me funeſti reperies. Abrahæ me ſinus excipiet.*

Si quis tamen in propriis meritis ita confideret: vt à ſe ea, non à gratia Dei habere crederet: vel

cæteros deſpiceret: aut arbitraretur ſe maiora habere merita, quam habeat: præceps rueret in damnum: propterea diximus: *dummodo caueatur ſuperbia.*

Tertia propoſitio: *propter incertitudinem propriæ iuſtitiæ, & periculum inanis gloriæ: tutiſſimum eſt, fiduciam totam in ſola Dei miſericordia, & benignitate reponere: quamuis adſint reuera merita quibus ex iuſtitia debeatur gloria.*

Probatur primò, teſtimoniis ſcripturæ [t] Danielis & [u] Lucæ.

Secundò, ex Eccleſiæ collectis: [x] *Deus qui conſpicis quia ex nulla noſtra actione confidimus*, &c. Item: [y] *vbi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum, tuis nobis ſuccurre præſidiis.* Ex canone miſſæ: [z] *Intra quorum nos conſortium, non æſtimator meriti, ſed veniæ, quæſumus largitor admitte.*

Tertiò, ex PP. Chryſoſt. [a] *Oportet in virtute, & rectè factis ſpem ſalutis habere: imo neque in illis multum de ſe ſentire: ſed tunc magis humilem, & modeſtum eſſe, cum magnas virtutum diuitias congerere poſſumus: ſic enim, & ipſi collectas diuitias cuſtodiemus, & gratiam Dei nobis conciliabimus. Enimuerò propter hoc, & Chriſtus diſcipulis dicebat, cum feceritis,* &c.

Ambroſ. [b] *Non ſic vixi, vt me pudeat inter* [c] *vos viuere: nec mori timeo: quia bonum Dominum habemus.*

Auguſt. [d] *Ad exiſtimationem hominum magna teſtium, qui me nouerunt, ſuppetit copia. Ad Dei verò conſpectum ſola conſcientia, quam contra veſtras criminationes, cùm intrepidam geram: non me tamen ſub oculis omnipotentis iuſtificare audeo: magiſque ab eo effluentem miſericordiæ largitatem, quam iudicis ſummum examen expecto.* [e] Gregor. Bernard. [f] *Prætendat* (inquit) *alter meritum, ſuſtinere ſe iactet pondus diei, & æſtus: mihi adhærere Deo bonum eſt: ponere in Domino Deo ſpem meam.*

Quartò ratione. Nam ſi nulla homo habeat merita: ſeipſum deciperet, ſi fiduciam in meritis collocaret:: ſi vera habeat merita: nihil minus remunerabitur: quantumuis neſciat illa.

[t] *cap. 9. v. 18.*
[v] *Luc. 17. v. 10.*
[x] *Dominica Sexageſimæ.*
[y] *in Secreta dominicæ Aduentus.*
[z] *poſt conſecrationem.*
[a] *homil. 21. in Geneſim ante medium. Item homil. 3. in Math. Noli mercedem repoſcere, vt accipias mercedē.*
[b] *apud Paulinum in Ambroſio.*
[c] *alloquitur Mediolanenſes.*
[d] *3. contra Creſconium cap. 80.*
[e] *9. Moral. 17.*
[f] *ſerm. 9. in Pſal. qui habitat.*

Licitum eſſe operari bona opera, intuitu mercedis æternæ.

CAP. VIII.

PROBATVR primò, Math. 4.[a] *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* [b] *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*

Secundò, Math. [c] *Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.* [d] *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula* [e] *Debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi.*

Tertiò, Pſal. 118. v. 112. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem.* [f] *Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum.* [g] *Moſes grandis factus negauit ſe eſſe filium Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei,* &c. *Aſpiciebat enim in remunerationem.* [h] *Ad deſtinatum perſequor: ad brauium ſupernæ vocationis in Chriſto Ieſu.*

Quartò, [i] *Sic currite, vt comprehendatis. Bonum facientes non deficiamus.* [k] *Tempore enim ſuo metemus.* [l] *Quodcumque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus, ſcientes quod à Domino accipietis retributionem.*

Quintò ex PP. Cyprian. [m] *Si talem perſecutionis dies Chriſti militem inuenerit: vinci non poteſt virtus ad præmium prompta.*

[a] *v. 17.* μετανοεῖτε. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

[b] *cap. 5. v. 3.* μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

[c] *v. 33.* ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

[d] *Luc. 16. v. 9.*

[e] *1. Cor. 9. v. 10.* ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν, ἀροτριᾶν. καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι.

[f] *Eccleſiaſt. 18. v. 22.*

[g] *Hebr. 11. v. 24. 25. 26.* [h] *Philip. 3. v. 14.* κατὰ σκοπὸν διώκω, ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ ἐν χριστῷ ἰησοῦ.

[i] *1. Cor. 9. v. 24.* [k] *Gal. 6. v. 9.* [l] *Coloſſ. 3. v. 23. 24.*

[m] *lib. de exhortat. Martyrij cap. vlti.*

Ambroſ. [n] in 15. Luc. Hierony. [o] *Ideò Paulus hoc facit, vt plus laborans plus etiam mercedis accipiat.*

Auguſt. [p] *Quid eſt: neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, id eſt quando facis opus bonum, propter vitam æternam, fac,* &c.

Gregor. homil. 13, in Euangel. [Denique Concil. Trident. [q] *Si quis dixerit iuſtificatum peccare, dum, intuitu æternæ mercedis, benè operatur: Anathema ſit.*]

Sextò, vita æterna eſt finis fidei, & operum noſtrorum. At opera rectè fiunt, intuitu finis.

Septimò, licet opera bona ob metum gehennæ facere: quidni ergo ob ſpem fœlicitatis æternæ?

Octauò, non vitiantur Sacramenta, ſi percipiantur ad obtinendam gratiam. Ergò neque opera: ſi ad obtinendam gloriam.

[n] *tractans illud: Quanti Mercenarij.*
[o] *2. in Iouinianum.*
[p] *in Pſal. 120.*
[q] *ſeſſ. 6. can. 32. item. can. 26.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. IX.

PRIMA, Ioan. 10. Dominus reprehendit mercenarios & Bernard. [a] *Non ſine præmio* (inquit) *diligitur Deus etſi abſque præmij intuitu diligendus ſit. Vacua namque veritas eſſe non poteſt nec tamen mercenaria eſt.* D. [b] Thomas etiam, docet amorem mercenarium cum vera charitate conſiſtere non poſſe.

Reſpondeo, hæc propriè dici tantùm, de operantibus reſpectu ſolius mercedis: ita vt ſi merces nulla præſto eſſet, Domino non ſeruirent. At nos aſſerimus, præcipuè ſpectandum eſſe Deum, non mercedem.

Secunda, ſeruile & ſordidum eſt, propter mercedem, operari.

Reſpondeo, id verum, ſi merces ſit opere meritorio vilior: falſum, ſi merces præſtantior ſit: qualis eſt beatitudo æterna.

[a] *libro de diligendo Deo.*
[b] *2.2.q.19. ar.4.*

Tertia, amore amicitiæ diligendus eſt Deus. At amare propter mercedem, eſt amare amore concupiſcentiæ.

Ad Minorem, negatur: ſi principaliter ametur Deus: ſecundariò verò beata vita, propter Deum: nimirum vt tanto ardentius, & tutius Deum diligamus.

Ad meritum conſtituendum requiri liberum arbitrium.

CAP. X.

CONTRARIVM ſenſiſſe Robertum Olchot teſtatur [a] Ioannes Picus. Verùm noſtra ſententia [b] communis Theologorum eſt, & probatur.

Primò, Eccleſiaſtici 31. [c] *Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, & facere mala, & non fecit. Deinde additur meritum: ideo ſtabilita ſunt bona illius, & eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia ſanctorum.*

Secundò, 1. [d] Corinth. 9. *Si volens hoc ago mercedem habeo, ſi autem inuitus: diſpenſatio mihi credita eſt.*

Tertiò, 2. Corinth. 9. [e] *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia, aut neceſſitate*, &c.

Quartò, ex PP. Iuſtin. [f] *Neque enim quidquam horum laude dignum eſſet, niſi* (homines videlicet) *vtramque in partem conuertere, & quaſi flectere ſe poſſent.* Baſil. [g] *Deo non eſt gratum, quod coactum: ſed quod ex virtute rectè geritur. Virtus autem ex voluntate, & non ex neceſſitate fit. Voluntas autem, ex his quæ in nobis ſunt dependet. In nobis autem eſt liberum arbitrium.*

Chryſoſt [h] *Nonne manifeſtum eſt, ſua quemque voluntate, vel malitiam vel virtutem eligere? nam niſi ita eſſet, & naturæ noſtræ poteſtas inſita eſſet: neque illos puniri, neque iſtos præmia virtutum accipere oportebat.*

[a] in Apolog. q. 8.
[b] D. Thom. 1. 2. q. 114. ar. 1. Scholaſt. 1. diſt. 17. & in 2. diſt. 27. ac in 3. diſt. 18.
[c] v. 10. & 11.
[d] v. 17.
[e] v. 7.
[f] Apolog. 1. circa medium.
[g] orat. quod Deus non ſit author malorũ. Irenæ. 4. cap. 71. Clem. 1. Strom. circa medium.
[h] homil. 22. in Geneſ. Cyrill. 2. in Ioan. 14.

Verum quia in noſtra voluntate totum (poſt gratiam Dei) *relictum eſt, ideo & peccantibus ſupplicia propoſita ſunt, & bene operantibus merces, & præmia.*

Tertull.[i] *Nec boni, nec mali merces iure penſaretur ei, qui aut bonus, aut malus neceſſitate fuiſſet inuentus, non voluntate.*

Hilar.[k] *Quid honoris ac præmij, bonitatis neceſſitas mereretur, cum malos nos eſſe vis quædam inſerta non ſineret? voluntati ergo promiſſa bonitas eſt, vt præmium ſibi voluntas bonitatis acquirat.*

Aug.[l] *Illud bonum, quo commodatur ipſa iuſtitia in damnandis peccatis, recteque factis honorandis, quomodo eſſet ſi homo voluntatem non haberet liberam?*

Quintò, res quam plurimæ vt ſol, vineæ, horti &c. nobis quamplurima beneficia præſtant: & tamen non dicuntur erga nos mereri, quia libertate carent. Igitur vt meritum fiat requiritur libertas.

Sextò, merito debetur merces, debitum autem non oritur niſi quia vnus, quod ſuum eſt alteri dat: ſi enim alienum daret, nihil ei deberetur. At nihil proprie noſtrum eſt, niſi quod pro arbitrio poſſumus facere, vel omittere.

Septimò, mala niſi libere fiant, pænam non merentur. Ergo neque præmium bona, ex neceſſitate facta.

[i] *2. in Marcionē ante medium.*

[k] *in Pſal. 2. Hieronym. 2. in Iouin. Liberi-arbitrij nos condidit Deus: nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin vbi neceſſitas, nec corona: nec damnatio eſt.*

[l] *2. de libero-arbitrio cap. 1. Paulin. epiſt. 2. ad Seuer. Bern. ſerm. 81. in Cantic.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. XI.

PRIMA, meritum pendet ex acceptatione diuina. Ergo poterit Deus acceptare in ratione meriti actiones neceſſarias. Ad antecedens: requiri præterea liberum arbitrium ad meritum: poterit ergo Deus (ſi velit) ac-

ceptare, ad vitam æternam, actionem neceſſariam, non tamen ſub ratione meriti.

Secunda, Innocentes adepti ſunt gloriam martyribus debitum, non libero merito. Ergo neceſſario.

Reſpondeo, neque libero, neque neceſſario merito, quia nullo proprio actu: gloria enim illa fuit illis ſingulari priuilegio collata *ſi ſunt* (inquit [a] Bernard.) *plane Martyres tui, Deus, vt in quibus nec homo, nec Angelus meritum inuenit, ſingularis tua prærogatiua gratia euidentius commendetur.*

[a] *ſerm. de Natali Innocent.*

Tertia: Chriſtus neceſſario diligebat Deum, vt pote beatus, & tamen pro nobis meruit. Ergo &c.

Reſpondeo 1. dilectionem conſequentem viſionem beatam in Chriſto, neceſſariam equidem fuiſſe, nec hac nobis meruiſſe: conſequentem verò cognitionem infuſam fuiſſe liberam 2. Quamuis, Chriſtus non poſſet, non diligere Deum: tamen potuiſſe, ex actibus Charitatis imperatis, alios facere, alios pro arbitriò omittere.

Quarta, Chriſtus præceptum habuit a patre, ponendi animam ſuam. Sed non poterat peccare, ideſt hoc præceptum violare, Ergo neceſſario hoc præceptum impleuit: implendo: noſtram Redemptionem meruit. Ergo &c.

Reſpondeo 1. duplicem eſſe neceſſitatem: vnam internam: nimirum quâ determinatur potentia ex natura ſubiecti, vel ratione obiecti ad vnum. alteram extrinſecam: qua, etſi potentia ſit ad vtrumlibet indifferens, tamen ita gubernatur a Deo vt infallibiliter impleat quod mandatur ab eo: nec peccare valeat. priori modo non fuit neceſſitas in Chriſto, ſed poſteriori.

Dices abſolute ergo peccare poterat: ſicut & ſancti in gratia confirmati.

Reſpondeo: magnum eſſe diſcrimen dumtaxat, inter Chriſtum & SS. quia ſanctis nō erat Deus hypoſtatice vnitus: erat, & eſt humanitati Chriſti,

quare etſi neceſſitas non peccandi in Chriſto fuerit extrinſeca, ratione voluntatis præciſè ſumptæ, fuit tamen intrinſeca ratione hypoſtaſis.

[Reſpondeo, 2. [b] etſi poſtquam iuſſus eſt Chriſtus à patre mori, illi liberum non fuerit mortem recuſare crucis: illi tamen liberum fuiſſe illam acceptare hoc, vel illo momẽto: his, vel illis ſingularibus actibus: & actu prompto, ac feruenti.]

[b] [*ita reſpondet Gregorius à Valent. in 3. D. Thom. q. 19. ar. 3.*]

Ad meritum requiri ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum.

CAP. XII.

REQVIRI contendimus: tam ex parte operum: quia nimirum ſine gratia nequeant impleri præcepta: quam ex parte ſubiecti: quia ſcilicet etſi quis mandata, ſine gratia, impleret: tamen ſine gratia, vitam non mereretur æternam. Probatur noſtra ſententia.

Primò, Ioan. 15. [a] *Manete in me, & ego in vobis: ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi mãſerit in vite, ſic & vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, & vos palmites qui manet in me, & ego in eo hic fert fructum multum.*

Secundò, Ioan. 8. [b] *Seruus non manet in domo in æternum. filius manet in æternum, quod ſi vos filius liberauerit verè liberi eritis.*

Tertiò, Rom. 8 [c] *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum.* [d] *Si autem filij, & hæredes.* Item: [e] *ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quid dicit ſcriptura:* [f] *Eijce ancillam, & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.*

Quartò, [g] *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & ſe-*

[a] 4. μείνατε ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν. καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν, ἀφ' ἑαυτοῦ ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε. v. 5. ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα, ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ οὗτος φέρει καρπὸν πολύν. Item cap. 3. v. 5.

[b] v. 35. 36.

[c] v. 15.

[d] v. 17.

[e] v. 21.

[f] Gal. 4. v. 30.

[g] Ezech. 18. v. 24.

cerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius non recordabuntur. At ſi merita non penderent à ſtatu perſonæ: antea parta non deberent, per offenſam, amitti.

Quintò, ex Auguſt. [h] *Non viuunt* (inquit) *rectè homines, niſi effecti ſilij Dei. Et non filij Dei: niſi per regenerationem, in qua remittuntur peccata, & infunditur gratia gratum faciens.*

[h] *1. contra duas epiſtolas Pelagianor. cap.2.*

Sextò, ex quadam Bulla Pij V. à Gregorio XIII. confirmata in qua hic articulus damnatur: *Opera bona à filijs adoptionis facta non accipiunt rationem meriti ex eo quod fiunt per Spiritum adoptionis inhabitantem corda filiorum Dei: ſed tantum ex eo quod ſunt conformia legi.*

Septimò, viſio beata eſt omninò ſupernaturalis. Ergo ad eam conſequendam requiruntur ſupernaturalia opera: hæc autem fieri nequeunt, niſi prius homo eleuetur ad ſtatum ſupernaturalem.

Octauò, ſi opera non pendent à dignitate perſonæ. Ergo opera Chriſti non erunt infiniti pretij.

Nonò, poterit homo ante remiſſionem peccati mereri vitam æternam, per auxilium ſpeciale, quod implicat. Nam cum ſupponatur manere in peccato, non niſi meretur [i] damnationem æternam: & tamen ſimul aſſeritur mereri gloriam beatam: id eſt ſimul poterit eſſe beatus, & non beatus.

Decimò, ſi poteſt gloriam mereri nondum regeneratus: poterit & gratiam. At gratiam primam non cadere ſub meritum proprie dictum, docent Theologi omnes & [k] Concilium Tridentinum.

[i] *non quidem ratione operum quæ facit moraliter bona, per auxilium ſpeciale: ſed ratione ſtatus peccati mortalis, in quo manet.*

[k] *ſeſſ.6.cap.8.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. XIII.

OBIECTIO prima, [a] *Si volueris ſeruare mandata conſeruabunt te.* [b] *Si vis ad vitam ingredi,* &c.

Reſpondeo, hæc dici ad iam per gratiam regeneratos.

[a] *Eccleſiaſtici. 15.v.16.*

[b] *Math. 19. v.17.*

Secunda, Deus non eſt perſonarum acceptator. Ergo opera non dignitatem perſonarum, attendit.

Reſpondeo 1. vitium acceptationis perſonarum, non eſſe in eo, qui ſua liberaliter donat, poteſt enim dare cuicumque, & quomodocumque placuerit ei. Deus ergo voluit equidem ſuam largiri gloriam: ſed non niſi regeneratis per gratiam. 2. attendere dignitatem perſonarum, non eſſe *acceptationem perſonarum* quando meritum, ex dignitate perſonæ dependet: ſicut in propoſito contingit.

Tertia, [c] Concil. Arauſic. ſtatuit, deberi mercedem bonis operibus, ſi fiant: ſed gratiam quæ non debetur præcedere, vt fiant. Igitur ſola requiritur gratia bene operandi. [c] *can.* 18.

Reſpondeo gratiam *adoptionis*, & *bene operandi*, vnam & eandem eſſe.

Quarta, Auguſt. 1. de liber. arbitr. 6. ait lege naturæ conſtitutum eſſe, vt boni beatam: mali miſeram vitam ducant.

Reſpondeo 1. non dixiſſe ex lege naturæ, ſed ex lege æterna. 2. non loqui de viſione beata, ſed de beatitudine in genere. ſenſus enim eſt: *lege immutabili conſtitutum eſſe, vt boni bene, & mali malè recipiant.*

Quinta, [d] *Natura humani generis* (inquit Aug.) *ex illius vnius prævaricationis carne procreata, ſi poteſt ſibi ſufficere ad implendam legem, perficiendamque iuſtitiam: de præmio debet eſſe ſecura, hoc eſt de vita æterna: etiamſi in aliqua gente aut in aliquo ſuperiori tempore, fides eam latuit ſanguinis Chriſti.* Ergo ex ſententia Auguſt. non requiritur, ſaltem ex parte ſubiecti, gratia iuſtificans. [d] *libro de natura, & gratia cap.* 2.

Negatur conſeq. quia Auguſtinus loquitur ex hypoteſi impoſſibili. Nec enim fieri poteſt, iuxta legem Dei ordinariam vt impleantur mandata, ſine iuſtificante gratia, & impleri, iuſtificante gratia, ac eam non inhærere animæ.

Sexta, opus malum ex natura ſua meretur pœ-

nam. Ergo & bonum, meretur prœmium æternum.

Negatur conſeq. 1. quia ad peccandum ſufficit libertas arbitrij & defectus operis: ad benè agendum reſpectu prœmij æterni requiritur gratia & actus perfectus. [2. quia gloria ordinis eſt ſupernaturalis: non autem damnatio æterna.] 3. quia vt peccato debeatur pœna, nulla conuentio requiritur: vt autem debeatur operi gloria, conuentio eſt neceſſaria: quæ exigit opus ex charitate procedens.

Requiri ad meritum vitæ æternæ promiſſionem Dei gratuitam.

Cap. XIIII.

PRIMÒ, quia opera ipſa, remota promiſſione diuina, ac dignitate principij operantis [a] non verſantur in æquali proportione cum gloria.

Secundò, quia Deus nulla re indiget: eiuſque ſunt omnia. Ergo, vt [b] inquit Auguſt. *Debitor nobis factus eſt Deus, non aliquid accipiendo, ſed quod ei placuit promittendo. Nam & ſeipſum ſua largitate dignatus eſt facere debitorem.*

[a] *Rom. 8. v. 18. Non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis, ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. 2. Cor. 4. v. 17. Athan. in Antonio: Nec vniuerſo orbi renunciãtes* (inquit) *dignũ aliquid habitaculis poſſumus compenſare cœleſtibus. Emiſſ. homil. 3. ad Monachos: Totis licet animæ, & corporis laboribus deſudemus: totis licet viribus obedientiæ exerceamur: nihil tamen condignum merito pro cœleſtibus bonis compenſare, & offerre valebimus. Aug. in Pſal. 93. Quãto labore digna eſt requies, quæ non habet finem? Si verum vis comparare, & verum iudicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Verum hoc eſt, ſed noli timere, miſericors eſt Deus.*

[b] *ſerm. 16. de verbis Apoſtoli. Fulgent. in Prologo librorum ad Moninum: ſeipſum* (inquit) *ſua largitate dignatus eſt* (*Deus*) *facere debitorem. Bernard. lib. de grat. & lib. arb. Promiſſum quidem ex miſericordia, ſed tamen ex Iuſtitia perſoluendum.*

Tertiò,

Tertiò, vel debet Deus vitam æternam bonis operibus ex iuſtitiâ cõmutatiuâ: vel diſtributiua. ſi prius. Ergo requiritur pactum, vt patet. ſi poſterius: quamuis in diſtributione bonorum communium, non requiratur pactum: requiritur tamen, in diſtributione bonorum propriorum principis. Neque enim (verbi-gratia) debetur velociùs currenti prœmium certum: niſi promiſſio pactumque proponentis prœmium interceſſerit. At Deus ex ſuis bonis nobis largitur gloriam. Ergo, &c.

Quarto homines ſunt conditione mancipia Dei. Ergo ſi nulla conuentio interueniret, illi deberentur noſtra opera ſine præmio vllo. Vnde Aug. [c] *O magna bonitas Dei, cui cum pro conditione reddere debeamus obſequia, vt ſerui Domino: famuli Deo ſubiecti potenti: mancipia Redemptori: amicitiarum nobis præmia repromittit.*

Dices: conuentionem aliam non eſſe: quam *deberi ex lege naturæ bonis operibus, vitam æternam.*

Contra [1 hoc non eſt conuentio: ſed debitum naturæ] 2. non potuiſſet Deus conuentionem de vita æterna danda, non facere. Et proinde non gratuita: ſed debita conuentio eſſet: contra Scripturas, & PP.

Quinto, Angeli beati multa faciunt libera opera: quæ tamen meritoria non ſunt. At huius rei differentia, aſſignari alia non poteſt: niſi quia tempus quoddam meritorum præſcripſit Deus: pro beneplacito ſuo.

Præterea, ſi deſtributio meritorum deberetur ex lege naturæ, obedientiæ legis, ſequeretur Chriſtũ nobis non meruiſſe vitam beatam immediatè: ſed ſolum gratiam bene operandi: cuius contrarium conſtat: tum in paruulis: qui ſine operibus ſaluantur: tum in adultis qui in ipſo inſtanti iuſtificationis acquirunt ius ad vitam æternam.

Sextò, ex bulla Pij V. ſupra: in qua damnatur [e] ar. 11. *piè, & iuſtè in hac mortali vita conuerſati vſque in finem: vitam conſequuntur æternam: id,*

[c] *ſerm. 3. de verbis domini Bernard. ſerm. de quadruplici debito.*

[a] *Quia lex naturæ immutabilis.*

[e] *Secundus: Sicut opus malum ex ſua natura eſt mortis æternæ meritorium: ſic opus bonum ex ſua natura, eſt vitæ æternæ meritorium.*

non gratiæ Dei propriè, ſed ordinationi naturali, ſtatim initio creationis conſtitutæ, iuſto Dei iudicio: deputandum eſt. Neque in hac retributione bonorum, ad Chriſti meritum reſpicitur: ſed tantum ad primam inſtitutionem humani generis, in qua, lege naturali conſtitutum eſt, vt iuſto Dei iudicio, obedientiæ mandatorum, vita æterna reddatur.

Septimò ex Concilio Trident. [f] ſeſſ. 6. can. 26. *ſi quis dixerit iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & ſperare æternam retributionem à Deo: per eius miſericordiam & Ieſu Chriſti meritum: ſi bene agendo, & diuina mandata cuſtodiendo vſque in finem perſeuerauerint: Anathema ſit.*

A qua virtute principaliter pendeat meritorium opus.

CAP. XV.

GVILIELMVS Altiſiodorenſis arbitratus eſt: *meritum, prius, & principalius à fide quam à charitate pendere.*

Prima propoſitio, *Bonum opus non eſt meritorium, niſi fiat ab homine Charitate prædito.* Probatur.

Primò, Ioan. 14. [b] *Si quis diliget me diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſto ei meipſum.*

Secundò, 1. Corinth. 2. [c] *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt quæ præparauit Deus diligentibus ſe.*

Tertiò, [d] *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam Charitatem autem non habeam, nihil ſum.*

Quartò, [e] *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex: non ſolum mihi ſed & iis qui diligunt aduentum eius.*

Quintò, meritum vitæ æternæ ex diuina ordina-

[f] *& cap. vlt. Benè operantibus vſque in finem proponenda eſt vita æterna: & tanquam gratia filiis Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa: & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis, fideliter reddenda.*

[a] *lib. 3. tract. 11. cap. 1. q 2. & cap. 2. q. 1.*

[b] *v. 21.* ὁ ἀγαπῶν με ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν.

[c] *v. 9.* ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

[d] 1. *Cor.* 13. *v.* 2.

[e] 2. *ad Timot.*

tione pendet. Sed Deus Charitatis opera ad eam
ordinauit: tum ex ſcripturis allatis, tum quia, illa 4. *Iacob. 1. v. 12.*
media Deus ordinare ſolet ad finem quæ magis
ſunt conformia fini. At cõformior eſt fini charitas:
quia nos magis ſummo bono vnit: quam fides.

Secunda propoſitio: *meritorium opus debet: vel ab
ipſa Charitate imperari: vel ab actu imperato à charitate
procedere: non quidem generali quadam intentione: ſed
particulari: qua illud ipſum opus referatur in Deum.*

Probatur primò, ita ſe habent iuſti ad Chriſtum,
[f] ſicut palmites ad vitem. At palmites nequeunt [f] *Ioan.* 15.
ferre fructum: niſi ſuccum à vite traxerint. Igitur
neque iuſti opera meritoria facere, niſi per chari-
tatem: quam eis, vt vitis influit Chriſtus.

Secundò, Dominus alloquens Apoſtolos, &
proinde homines iam iuſtificatos: [g] *Si diligitis eos* [g] *Math.* 5. *v.*
qui vos diligunt (inquit) *quam mercedem habebitis?* Item 46. ἐὰν ἀγα-
[h] *qui recipit iuſtum mercedem iuſti accipiet.* Quibus ver- πήσητε τοὺς
bis oſtendit, iuſtos, poſſe alia opera, quam merito- ἀγαπῶντας
ria vitæ æternæ, facere. ὑμᾶς τίνα μι-

Tertiò, ſi omnia opera bona dirigerentur ex ſe σθὸν ἔχετε;
in Deum: nec opus eſſet vt à charitate imperaren- [h] *Math.* 10.
tur: ſuperfluè. [i] Apoſtolus moneret omnia ope- *v.* 41. ὁ δεχόμε-
ra noſtra facienda eſſe in nomine Domini, & glo- νος δίκαιον εἰς
riam Dei: fruſtra Dominus, poſtquam dixiſſet: [k] ὄνομα δικαίου,
Qui reliquerit patrem vel matrem, &c. addidiſſet *propter* μισθὸν δικαίου
me: vt vita æterna haberi valeat. λήψεται.

Quartò, illa ſunt ſolum meritoria vitæ æternæ, [i] 1. *Cor.* 10.
quæ charitatem augent. Nam omne meritum glo- *v.* 31. *Coloſſ.* 3.
riæ, eſt augmentum gratiæ, ſiue charitatis. At cha- *v.* 17.
ritas, non niſi per actus, ab ipſa procedentes, au- [k] *Math.* 19.
getur, id enim omnibus habitibus eſt commune. *v.* 29.
Ergo, &c.

Quintò, opera non ſunt meritoria, niſi referan-
tur in Deum, ſupernaturalem finem. At non ita re-
feruntur, niſi à charitate imperentur.

Dices, referri, etſi non imperentur. tum quia
ipſe operans, ratione habitualis charitatis refertur
ad Deum. tum quia, quicumque recipit chari-

tis habitum : hoc ipſo refert omnia ſua in Deum.

Contra. ſubiectum ordinatum ad finem per habitum aliquem, non communicat neceſſario operi ordinationem in eundem finem, niſi ex illo operetur habitu. 1. quia alioquin omnia opera peccatoris eſſent ordinata ad peruerſum finem: ac proinde peccata omnia. 2. nec quidem venialiter peccaret iuſtus : quia omnia eius opera ordinarentur ad debitum finem.

An opera iuſtorum ex charitate facta meritoria ſint vitæ æternæ ex condigno.

Cap. XVI. & XVII.

[a] VOces *de condigno: de cõgruo* non probat [b] waldenſis: ſed ſatis eſſe vult aſſerere abſolutè opera bona iuſtorũ, eſſe vitæ meritoria æternæ, ex gratia Dei.

Contra. vtitur voce *digni* ſiue, *condigni* dumtaxat ſcriptura, Coloſſ. 1. [c] *vt ambuletis dignè Deo.* 2. Theſſal. 1. [d] *Vt digni habeamini regno Dei.* Apocalyp. 3. [e] *Ambulabunt mecum in albis: quoniam digni ſunt.*

[f] Durandus verò : *nullum meritum eſſe de condigno in iuſtis putat.*

Prima Aſſert. *Opera noſtra ex charitate facta merentur gloriam ex condigno : ratione pacti diuini.*

Probatur Primò, ex 1. ad Titum: [g] *Secundum ſpem vitæ æternæ, quam repromiſit : qui non mentitur Deus.*

Secundò, Iacobi 1. [h] *Accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* Ecce quomodo falſum eſt non extare in ſcripturis promiſſionem dandæ hæreditatis : vt contendit Durandus.

Tertiò, ex PP. Auguſt. [i] *Debitorem Dominus ipſe ſe fecit non accipiendo, ſed promittendo. Non ei dicitur,*

[a] Cap. 16.
[b] *tom. 3. de Sacramentalibus, cap. 7.*
[c] *v. 16.* περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ κυρίου.
[d] *v. 5.* εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.
[e] *v. 4.* περιπατήσουσι μετ᾽ ἐμοῦ ἐν λευκοῖς ὅτι ἄξιοί εἰσι.
[f] *2. diſt. 27. q. 2. Et Gregor. 1. diſt. 17. q. 1. ar. 2.*
[g] ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς θεός.
[h] *v. 12.* μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμὸν, ὅτι δόκιμος γενόμενος, λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο ὁ κύριος τοῖς ἀγαπῶσι αὐτόν.
[i] *in Pſal. 83.*

redde quod accepiſti,ſed redde quod promiſiſti.

Paulin. epiſt. ad Victricium: Fulgent. ad Monimum.

Aſſertio ſecunda: *opera iuſtorum bona, ſunt meritoria de condigno: ratione operum etiam.* Probatur.

Primò, 2. Timoth. 4. v. 8. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex.*

Reſpondet Durandus: non dici: *quam reddet mihi iuſto iudicio.* Quia ideò *dicitur iuſtus*, Deus, non quod reddat ex iuſtitia, prœmia: ſed quia ex iuſtitia infert ſupplicia.

Contra. 1. ſuperfluum ergo eſſet eo in loco illud: *iuſtus iudex*: non enim ibi agitur de retributione pœnarum. 2. Auguſt.[k] hunc locum tractans, ait: Deum eſſe indulgentiæ largitorem: coronæ autem debitorem: & ideò indulgentiam tribuere, vt patrem: coronam iuſtitiæ, vt iudicem iuſtum.

Probatur ſecundò propoſitio, ex 2. Theſſal.[l] *vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere retributionem iis qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cœlo cum Angelis virtutis eius.*

Tertiò, Hebræor. 6. *Non eſt iniuſtus Deus: qui obliuiſcatur operis veſtri, & laboris.*

Quartò, ex PP. *Non eſt iniuſtus Deus, qui iuſtos fraudet mercede iuſtitiæ* (inquit[p] Auguſt.) Item:[o] *Per quod vera iuſtitia, per hoc & regnum Dei: Deus namque ipſe, quod abſit, erit iniuſtus: ſi ad eius regnum non admittatur iuſtus.* Baſil.[p] *opera oſtende: & exige retributionem.*[q] Ambroſ. *Vult Deus conueniri: vt ſi quis propoſita ſecutus virtutibus præmia, benè certauerit, fructum remunerationis expectet, quin etiam exigat.*

Quintò, vita æterna eſt gratia pro gratia[r] Ioan. 1. id eſt gratia mercedis pro gratia meritorum. At inter gratiam, & gratiam maxima intercedit proportio.

Sextò, vita æterna eſt[s] flumē lætificans ciuitatem Dei: gratia verò eſt[t] fons aquæ ſalientis in

k *in Pſal.* 83.
l *v.* 5. 6. 7.
m *v.* 10. οὐ ἄδικος ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, καὶ τοῦ πόνου.
n *lib. de natura, & gratia, cap.* 2.
o 4 *in Iulian.* 3. *Durādus temeritatem, vel blaſphemiā ait eſſe: aſſerere Deum fore iniuſtum, ſi non redderet iuſtis regnū æternū ſed Auguſtinus hanc non timuit blaſphemiam.*
p *orat. ad diuites.*
q *ſerm.* 7. *in Pſal.* 118. *ad illud: Memor eſto verbi tui, &c.*
r *v.* 16.
s *Pſal.* 45. *v.* 4.
t *Ioan.* 4. *v.* 14.

Digitized by Google

vitam æternam: At inter flumen & fontem interuenit conuenientia magna.

v Math. 20. v. 1. Septimò, vita æterna, eſt v denarius diurnus laborantium in vinea. At denarius diurnus, iuſtum eſt pretium laboris diurni.

Octauò, quia ſicut gloria ex parte obiecti, & principij tum efficientis, tum formalis, eſt omnino ſupernaturalis, ita & meritum.

Nonò, merita noſtra pendent a meritis Chriſti: Ergo detrahitur de gloria Chriſti: ſi merita noſtra ex ſola acceptatione Dei, ſint meritoria.

Obiicitur, Nequit merces, ex iuſtitia peti ab aliquo: niſi ei reddantur omnia: quæ illius ſunt, & aliquid amplius. At erga Deum id non poſſumus præſtare. Ergo &c.

Reſpondeo 1. non poſſe equidem abſolute hominem exigere aliquid à Deo: poſſe tamen: ſuppoſito eius pacto: quo non vult Deus exigere à nobis opera noſtra gratis. 2. veram eſſe Maiorem, in iuſtitia commutatiuâ: falſam in diſtributiua. Nam qui ad brauium currunt: non tenentur aliquid regi dare: & tamen tenetur Rex, victori brauium cõferre. At Deus ex iuſtitia diſtributiua prœmium æternum dare decreuit.

Tertia propoſitio: *requiritur Dei pactum, & opus charitatis ad meritum, nec vnum ſufficit horum.*

Probatur: quia ſcriptura, & PP. vbicumque dicunt Deum fidelem eſſe, & iuſtum in reddendo prœmio: ferè ſemper mentionem promiſſionis faciunt.

Obijcitur: filio debetur hæreditas, ſi bene ſe geſſerit: etiamſi nulla conuentio inter patrem, & filium interueniat. Ergo eo ipſo quo adoptati ſumus per gratiam, debetur hæreditas nobis: etſi nullum interueniret pactum.

Reſpondeo, deberi quidem nobis gloriam: verùm non ratione operum, & tanquam mercedem: quia non tenetur Deus acceptare opera noſtra, ad

gloriam:ſed ratione ſimpliciter adoptionis gratuitæ. [2. ſi nullum interueniret pactum : nec etiam fore adoptionem ad gloriam : quantumuis conferretur gratia. Quia ex ſimplici collatione gratiæ non tenetur Deus propterea gloriam dare : ſed ſolum quia illi placuit ita conuenire nobiſcum.]

Soluuntur obiectiones.

CAP. XVIII.

PRIMA, complectitur quædam [a] PP. loca quibus aſſeritur, Deum nulli debitorem eſſe.

Reſponſio : equidem nulli debitorem eſſe abſolute: eſſe tamẽ ſuppoſito pacto.

Secunda, inter Deum & hominem nequit eſſe iuſtitia : niſi ſecundum quid. At iuſtitia ſecundum quid,non eſt iuſtitia ſimpliciter.

Reſpondeo:*ſecundum quid*,dupliciter dici. Primò: *quod* [b] *careat forma,à qua denominatur ſecundũquid tale:* quomodo Cygnus dicitur niger, ſecundum quid, ratione pedum. Secundò, *quod non careat forma, ſed tantum perfectione eius, quæ in rebus eiuſdem generis reperitur*: quomodo creatura dicitur Ens, ſecundum quid reſpectu Dei. priori modo, ſecundum quid nequit dici, *tale abſolute.* poteſt tamen poſteriori. quomodo aſſerimus intercedere iuſtitiam inter hominem, & Deum.

Tertia, inuenitur maxima inæqualitas inter opera noſtra & gloriam : tam ſubiectiuam, quam obiectiuam.

Reſpondeo, ad iuſtitiam diſtributiuam vt inueniatur meritum ex condigno, non requiri abſolutam æqualitatem,inter meritum, & prœmium:ſed tantum proportionem [c] quandam dignitatis.

[a] *Auguſt. I. Confeſſ. 4. Bernard. ſerm. I de Annunciat. D. Thom. I. 2. q. 114. ar. I. ad 3.*

[b] *[non quidẽ omnimodè:cùm illam habeat in aliqua parte: ſed ſecundum ſe ſimpliciter conſideratum.]*

[c] *ſecundum quam is, qui meretur, dici poſſit eo præmio dignus: quomodo qui bonus moribus, & doctrina præditus eſt ac pro Eccleſia laborauit, dicitur dignus Epiſcopatu: quamuis Epiſcopatus, nullo pretio ſit comparabilis.*

Digitized by Google

Deum remunerare opera ſupra condignum.

CAP. XIX.

PRIMÒ, Math. 5. [a] *Gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.*

Secundò, Luc. 6. [b] *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinus veſtros.*

Tertiò, in [c] parabolæ vineæ multis datur integrum denarium. qui tamen per integrum diem non fuerant operati.

Quartò, ex PP Baſil. [d] *Propoſita eſt æterna requies his, qui legitime in hac vita decertarunt, quæ non ſecundum operum debitum, ac meritum retribuitur, ſed iuxta magnificentiam Dei, his qui in ipſum ſperauerunt exhibetur.*

Fulgent. [e] *Gratia autem ipſa non iniuſtè dicitur, quia non ſolùm donis ſuis Deus dona ſua reddit: ſed quia tantum etiam ibi gratiæ diuinæ retributionis exuberat, vt incomparabiliter atque ineffabiliter omne meritum, quamtumuis bonæ, & ex Deo datæ, humanæ voluntatis, atque operationis excedat.*

Vtrum autem Deus puniat citra condignum non adeo certum eſt. Probatur tamen pars affirmatiua: tum B. [f] Ioan. Chryſoſt. teſtimonio. tum quia, hæc ſententia non omninò diſplicuit [g] Auguſtino. tum quod iam videatur Theologorum communis.

Obiicitur primò, [h] *Non exibis inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem.*

Reſpondeo, ſolum ſignificari, nullum peccatum ſine ſuo cruciatu manſurum: non tamen tantum cruciandum, quantum mereatur.

[a] *v.* 12. χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς.
[b] *v.* 38. μέτρον καλὸν πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν.
[c] *Math.* 20.
[d] *in Pſal.* 114.
[e] 1. *ad Monimum.* 10.
[f] *homil.* 37. *in Geneſ.*
[g] 21. *Ciuit.* 24.
[h] *Math.* 5: *v.* 26. οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην.

Secundò, [i] *Qua menſura menſi, fueritis remetietur vobis.*

Reſpondeo, hoc eſſe generatim accipiendum: ſenſus enim eſt. *Qui boni fuerint, bona recipient: qui mali, mala: & qui valdè boni fuerint, multum boni recipient: qui valdè mali, multum mali.*

Tertiò, [k] *Iudicium ſine miſericordia ei, qui non fecerit miſericordiam.*

Reſpondeo, non agi de quacumque miſericordia, ſed tantum de ſaluante: ſenſus enim eſt eum non fore ſaluandum, qui miſericordia vſus non fuerit. [l] *Beati* namque *miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

Quartò, [m] *Quantum ſe glorificauit, & in delicijs fuit tantum date illi tormentum, & luctum.*

Reſpondeo. hic ſolum haberi proportionem quandam futuram inter culpam & pœnam vide ſolutionem ad 2.

[i] *Luc.6.v.38.*

[k] *Iacobi 2. v. 13.* ἡ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος.

[l] *Math. 5.*

[m] *Apocal 18. v.7.* ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν, καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμόν.

Vitam æternam, quoad primum eius gradum non ſolum haberi ab adultis iure hæreditatis: ſed etiam mercedis.

CAP. XX.

PRIMO Math. 19. [a] *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.*

Secundò, [b] *Qui reliquerit* patrem, &c. *vitam æternam poſſidebit.*

Tertiò, Iacobi 1. [c] *Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.*

Quartò, [d] *Qui ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu metet vitam æternam.*

Quintò, Coloſſ. 3. [e] *Quodcumque facitis: ex animo operamini, ſicut Deo, & non hominibus: ſcientes, quod à*

[a] *v.17.*

[b] *ibid. v.29.*

[c] *v.12.*

[d] *Galat. 6. v. 8.* ὁ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον.

[e] *v.23.* πᾶν ὅ τι ἐὰν ποιῆτε ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ κυρίῳ, καὶ οὐκ

ἀνθρώποις. v. 24. εἰδότες ὅτι ἀπὸ κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας. τῷ γὰρ κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε.

Domino recipietis retributionem hæreditatis. Domino Chriſto ſeruite.

Quare in ipſa gloria, etiam ratione primi gradus, præſtabunt adulti infantibus. Quia hi vno tantum titulo, ſcilicet hæreditatis: illi duplici, gloriam obtinebunt.

Non gratiam iuſtificationis, ſed eius augmentum cadere ſub meritum.

Cap. XXI.

GRATIAM iuſtificationis *non cadere ſub meritum ex condigno ratione operum naturæ: aut ſpecialis auxilij ante Charitatem:* [a] ſupra probatum eſt. *Non conferri autem reſpectu ſubſequentium meritorũ probatur.* tum quòd datur, non raro morientibus ante vlla opera bona. tum quia datur Adultis quibuſdam, qui ea malè vtuntur. tum quod non datur aliis, qui fortaſſe ea bene vſi fuiſſent. *Non dari reſpectu meritorum alterius (vno Chriſto excepto) patet.* Cum nullum hac de re pactum habeamus: & ſolus Chriſtus gratiam & gloriam meruerit de condigno. Quamuis non negamus vnum poſſe alteri gratiam de congruo mereri. Augmentum gratiæ cadere ſub meritum probatur. Primò ex Auguſt. [b] *Reſtat* (inquit) *vt intelligamus ſpiritum ſanctum habere qui diligit, & habendo mereri, vt plus habeat: & plus habendo, plus diligat.*

[a] *lib. 5. de Gratia.*

[b] *tract. 77. in Ioan.*

Secundò, ex Concil Trident. ſeſſ. 6. can. 32. ſupra.

Reparationem poſt lapſum : & perſeuerantiam vſque in finem non cadere ſub meritum de condigno: ſed ſolum de congruo.

CAP. XXII.

NON *cadere ſub meritum de condigno,* probatur, Primò, ex communi Theologorum ſententia.

Secundò, quia ſequeretur alioquin, omnes iuſtos eſſe prædeſtinatos.

Poſſe tamen donum Perſeuerantiæ precibus aſſiduis impetrari [a] ſupra docuimus. [a] 2. *de gratia cap.* 12.

Reparationem poſt lapſum poſſe iuſtum ex congruo mereri. id eſt ne deſeratur, ſed conuertatur cum lapſus, fuerit probatur.

Primò, 2. Paralip. [b] *Impio præbes auxilium, & proinde peccauerat Ioſaphat, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram Dei merebaris: ſed bona opera inuenta ſunt in te.* [b] 19. *v.* 2. & 3.

Secundò, alioquin fruſtra oraret Propheta: [c] *Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* [c] *Pſal.* 70. *v.* 10.

Tertiò, poteſt iuſtus mereri alteri de congruo conuerſionem: quidni ergo & ſibipſi, ſi cadat.

Quartò, poteſt homo nondum reconciliatus, ſibi per opera pænitentiæ, mereri de congruo Iuſtificationem, quare ergo non poterit idem præſtare iuſtus operibus gratiæ, ſi forte poſtea labatur.

Obiicitur Primò, iuſtum, poſt peccatum, omnia amittere merita.

Reſpondeo inde ſolum probari, reparationem non eſſe mercedem ex Iuſtitia. poteſt tamen Deus

DE BONIS OPERIBVS

IN PARTICVLARI.

Liber primus.

Qui eſt de oratione.

Definitio orationis.

CAP. PRIMVM.

ORATIO, [a] *Eſt actus rationis practicæ, voluntatis deſiderium explicantis: & ab alio aliquid poſtulantis.*

Dicitur, *Actus rationis*: quia etſi ad orationem concurrat etiam voluntatis actus: tamẽ quia oratio eſt petitio, petitio vero intimatio, ac loquutio, propterea ad intelligentiam magis oratio ſpectat.

Practicæ: quoniam non ad cognitionem: ſed ad impetrationem ordinatur.

Explicantis deſiderium voluntatis: quia cum ad orationem, intellectus, & affectus concurrant: huius eſt bonum deſiderare: illius bonum deſideratum exponere.

Ab alio aliquid poſtulantis: Quia ſi res deſiderata non pendeat ab aliquo: ſed poſſit noſtra vi comparari: non exprimitur deſiderium per modum poſtulantis: ſed imperantis. At ſi pendeat ab aliquo, ſupplicatione opus eſt.

[a] *Baſil. orat. in Iulittam: Oratio* (inquit) *eſt boni cuiuſdam petitio, quæ à piis ad Deũ effunditur. Nyſſen. orat.* 1. *de oratione Dominica: Oratio eſt conuerſatio, ſermocinatioque cum Deo. & orat.* 2. *Eſt petitio bonorũ: quæ Deo cum ſupplicatione offertur. Chryſoſt. hom.* 30. *in Geneſ. Oratio eſt colloquium cum Deo Damaſc.* 3. *fid.* 24. *Oratio eſt aſcẽſio mentis in Deum, aut decentium à Deo petitio.*

PARTITIONES

De neceſſitate, & vtilitate orationis.

Cap. III.

PRIMVS error dumtaxat fuit [a] Ethnicorum quorumdam, *arbitrantium per orationes poſſe Dei prouidentiam mutari.*

Contra. Deus eſt immutabilis omninò.

Secundus [b] Meſſalianorum, qui *per ſolas orationes, hominem iuſtificari volebant.*

Contra. ſequeretur ſuperflua eſſe Sacramenta.

Tertius, arbitrantium inanem eſſe orationem vel quod nulla ſit Dei in homines prouidentia: vel quod propriis naturæ viribus poſſit bene viuere homo: vel [c] quòd bonis operibus ſit contentus Deus, nec orationes requirat: vel [f] quòd aliàs daturus eſſet, quod petitur, Etſi non peteretur.

Contra Primò Luc 18. [g] *oportet ſemper orare, & numquam deficere.*

Secundò, [h] *vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia.*

Tertiò, [i] *ſine intermiſſione orate* Item. [k] *Non impediaris orare ſemper.*

Quartò, ſine auxilio Dei ſpeciali non poſſumus rectè viuere. Igitur oratio eſt neceſſaria, ad huiuſmodi auxilium petendum.

Quartò quia, Deus dat petentibus quod aliàs

[a] *apud D. Thom. 3. contra Gent. 96.*

[b] *apud Theodoret. 4. hiſtorio.*

[c] *Epicureor. apud Tullium 1. de natura Deorum: Peripateticor. apud Clem. 5. Strom. ac ſimilium ca. 22. v. 14. Iob.*

[d] *Pelagianor. apud Aug. 88. cap. de hæreſibus.*

[e] *wiclefi apud waldenſ. tom. 3. cap. 1. & 2.*

[f] *Ioannis Mohemij Lutherani in ſuo Catechiſmo.*

[g] *v. 1.*

[h] *Luc. 21. v. 36.* ἀγρυπνεῖτε ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα.

[i] *verſ. 16.*

[k] *Eccleſiaſtici 18. verſ. 22. in Græco 23:* μὴ ἐμποδίσῃς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως. *Ne prohibeas reddere votum, opportunè.*

Math.
o. aliàs
c genus
oniorũ)
itur niſi
ione &
Iacobi.
non ha-
ropterea
õ poſtu-
3. Peti-
non ac-
o quod
etatis.
n. 1. de
hano.
le bono
erantia
.
neſ. 25.
Pſalmis
.
eg. 18. v.
42. 43.
bia 6. v.
ocis titu-
retat.
nſtit. 20.
nfeſſ. wi-
rg. cap. de
ne.
e Pœni-
oſtio ora
dito red-

tiones, poſtulationes: gratiarum actiones.

Orati
ref

Triplex orationis partitio.

3. in

Philip. 4. v. 6. ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ δεήσει, μετὰ εὐχαριστίας τὰ

verſ. 15.

Biblioteca V. E. III Napoli

a apud
Thom.3.
Gent. 96
b apud T
doret. 4.
rio.
c Epicu
apud Tu
1. de nat
Deorum:
pateticor.
Clem.5.S
ac ſimiliu
22.v.14.
d Pelag
apud Aug
cap. de hæ
bus.
e wiclefi
waldenſ.
3. cap. 1.
f Ioannis
hemij Lut
ni in ſuo
techiſmo.
g v. 1.
h Luc. 2
36. ἀγρυπ
ἐν παντὶ κ
i verſ.
k Ecc
ἀχ

non dediſſet, Pſal 105. [l] Et dixit vt diſperderet eos: ſi non Moyſes electus eius *ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.*

Auguſt. [m] *Si S. Stephanus ſic non oraſſet Eccleſia Paulum non haberet.* Item: [n] *Conſtat Deum alia danda, non orantibus: ſicut initium fidei: alia, non niſi orantibus præparaſſe: ſicut vſque in finem perſeuerantiam.* Nec id prouidentiam Dei mutat: quia qui ab æterno omnia nouit, atque diſpoſuit: quædam donare non decreuit, niſi per orationes: quas etiam, præuiſa ſubiectorum ratione, ordinauit.

Quintò, ab exemplis SS. [o] Iſaac, [p] Dauidis, [q] Heliæ, [r] Tobiæ, *&c.*

Quartus error eſt [s] Melancthonis, [t] Caluini, & [v] Brentij negantium, *orationem eſſe ſatiſfactoriam, & meritoriam: imò nec impetratoriã remiſſionis peccatorum.*

Prima Aſſertio Catholica: *Oratio in gratia facta eſt ſatiſfactoria.* Probatur: Quia eſt opus pœnale: tale autem opus, ſi in gratia fiat, eſſe ſatisfactorium probauimus [x] tertio tomo.

Secunda: *eadem oratio eſt meritoria.* 1. Math. 6. [y] *Cum oraueris*, &c. 2. quia eſt opus bonum, à charitate productum.

Tertia: *eſt impetratoria remiſſionis peccatorum.*

Probatur primò, ex oratione Dominica. *Dimitte nobis debita noſtra.* Fruſtra namque peteretur quod obtineri non poſſet.

Secundò, Luc. 18. Publicanus orans, & [z] dicens: *Deus propitius eſto mihi peccatori*: deſcendit in domũ ſuam iuſtificatus.

Præter hos tres primarios fructus orationis: ſunt alij multi ſecundarij.

Primus, *illuſtratio mentis.* Nam cum Deus ſit lux, fieri non poteſt, vt quis oculos cordis in eum figat:

[l] *v. 23. Math. 17. v. 20. aliàs 21. Hoc genus (Dæmoniorũ) non eiicitur niſi in oratione & ieiunio. Iacobi. 4. v. 2. non habetis, propterea quod nõ poſtulatis. v. 3. Petitis, & non accipitis eo quod malè petatis.*

[m] *ſerm. 1. de S. Stephano.*

[n] *2. de bono Perſeuerantia cap. 16.*

[o] *Geneſ. 25. v. 21.*

[p] *in Pſalmis paſſim.*

[q] *3. Reg. 18. v. 36. & 42. 43.*

[r] *Tobiæ 6. v. 18.*

[s] *in locis titulo de precat.*

[t] *3. Inſtit. 20. §. 3.*

[v] *Confeſſ. witemberg. cap. de oratione.*

[x] *4. de Pœnitentia.*

[y] *verſ. 6. intra in cubiculum tuum: & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus, qui videt in abſcondito reddet tibi.*

[z] *verſ. 13.*

[a] *verſ.6.* & non illuſtretur:iuxta illud: [a] *Accedite ad illum, & illuminamini.*

Secundus, *nutritio fidei, & ſpei:* quo enim aliquis cum alio frequẽtius loquitur: eo fidentius ad eum accedit.

[b] *Aug. lib.2. de ſerm. Domini in monte cap. 7.*

Tertius,[b] *inflammatio charitatis, & mentis, ad maiora dona recipienda capacioris.*

Quartus, *augmentum humilitatis, & caſti timoris.* qui enim ad Deum accedit, intelligit ſe eius mendicum eſſe: ac proinde, coram eo ſtudet humiliter apparere, diligenterque cauet, ne illum offendat: cuius auxilio, omnibus in rebus indiget.

Quintus, *contemptus rerum omnium temporalium.* Quomodo enim non vileſcant omnia terrena, ei, qui aſſiduè cœleſtia ſpeculatur?

Sextus, *delectatio incredibilis:* cùm per orationem res diuinæ guſtentur.

[c] *Chryſoſt. lib.1. de orando Deo.*

Septimus, *dignitas & honor in orante.* Nam ipſi etiam [c] Angeli, eum honorant, quem vident adeò familiariter ad colloquium diuinæ maieſtatis admitti.

De excellentia Orationis Dominicæ.

CAP. IIII.

PRESTAT oratio Dominica omnibus aliis formis orandi: *authoritate: breuitate: perfectione: ordine: efficacitate: neceſſitate.*

Auctoritate: quoniam ab ipſa Dei ſapientia, condita eſt.

Breuitate: quoniam pro magnitudine rerum, quas continet, non poterat oratio fieri breuior.

[a] *epiſt. 121. cap. 12.*

Perfectione: quia vt (inquit Aug.) [a] *Quamlibet alia verba dicamus, nihil aliud dicimus, quam in iſta Dominica oratione poſitum eſt, ſi rectè, & congruenter oramus.*

Ordine:

Ordine: quia 1. petuntur quæ ad Dei gloriam ſpectant. 2. quæ ad ſalutem animæ. 3. quæ ad ſalutem corporis.

Efficacitate, 1. quoniam nihil magis poteſt Deum patrem mouere quam oratio filij eius. 2. quia nullus melius nouit, quæ ſit oratio efficacior apud Deum, quam Ieſus Chriſtus, noſter aduocatus.

Neceſſitate, quia nulla eſt alia forma precandi: quam conceptis verbis iubeantur Chriſtiani tenere, & frequentare: niſi iſta. In [b] conſtitutionibus Apoſtolicis, monentur omnes Chriſtiani, ter, quolibet die, hanc orationem fundere. Toletan. Concil. [c] 4. nullo vnquam die orationem hanc intermittere iubemur. [d] Remenſi docetur non licere homini Chriſtiano, Dominicam orationem aut non tenere memoria: aut non intelligere: aut non frequentare.

Porrò hanc explicarunt, [e] Tertull. [f] Cyprian. [g] Cyrillus, [h] Ambroſ. [i] Nyſſen. [k] Chryſoſt. [l] Hierony. [m] Auguſt. [n] Caſſian. [o] Chryſologus, [p] Bernard. [q] Innocent. Papa, & commentarij in 6. Mathæi.

[b] *lib. 7. cap. 25.* [c] *can. 9.* [d] *can. 2.* [e] *libro de oratione.* [f] *ſerm. 6.* [g] *Catech. 5.* [h] *5. de Sacr. 4.* [i] *quinque orationibus de oratione dominica.* [k] *in 6. Math.* [l] *in 6. Math. & homil. de orat. Dominica.* [m] *epiſt. 121. cap. 11. & in Enchiridio cap. 115.* [n] *collat. 9. cap. 18. & ſeq.* [o] *ſerm. 67. & ſeq.* [p] *ſerm. 6. de Quadrageſ.* [q] *5. de Myſteriis Miſſæ cap. 17.*

De numero & ordine petitionum orationis Dominicæ.

CAP. V.

TERTVLLIANVS, [a] & poſt eum [b] Caluinus, ſex tantum eſſe in Dominica oratione petitiones, voluerunt. Septem tamen eſſe, vera ſententia docet: probatur.

Primò, ex PP. Auguſt. [c] *Apud Euangeliſtam Mathaeum, ſeptem petitiones continere Dominica videtur oratio.* Anſelm Rupert. Innocent. &c.

Secundò, ſi ſex tantum ſunt: & proinde vna peti-

[a] *ſupr.* [b] *3. Inſtit. 20. §. 35.* [c] *cap. 115. Enchiridij: Item*

lib.2. de ſermone domini in monte cap.16. 17.18. tio: *Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo.* non erit hæc oratio breuiſſima, & pleniſſima, *breuiſſima*, quia illa duo idem ſignificabunt: pleniſſima, quia petetur quidem præſeruatio à malis futuris, & culpæ: ſed nulla erit petitio præſeruationis à malis pœnę. tentatio enim in quam petimus, non induci, malum futurum eſt, & culpæ.

[d] *vt demonſtrat. Aug. lib. 2. de ſerm. domini in monte.*

Tertiò, quia congruum eſt, tot eſſe Dominicæ orationis petitiones, quòt dona ſpiritus ſancti, quandoquidem his petitionibus, illa dona [d] reſpondent.

Obiicitur primò, ſi duæ petitiones eſſent, illæ: *Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera*, &c. coniungerentur per copulatiuam, *Et*, non autem per aduerſatiuam, *ſed*.

[e] *v.4.* [f] *cap.116. Enchiridij.*

Secundò, Lucas [e] 11. non habet illam ſententiam: *Sed libera nos à malo.* quia (inquit [f] Auguſt.) continetur in ſuperiori.

Ad 1. aduerſatiuam, *ſed*, non explicare, quod antea dictum erat: ſed aliquid maius ſignificare: quaſi diceretur: *Ne nos inducas in tentationem*: ſed potius: *libera nos ab omni malo*: id eſt, & hoc etiam adde: ſicut ſi debitor diceret creditori: *Ne quaſo repetas nummos: ſed potius alios adde.*

[g] ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Ad 2. reſpondeo 1. [g] in Græcis codicibus & Syriacis hanc particulam haberi, & ab Euthymio, & Theophylacto explicari. 2. non eodem tempore tradi hanc orationem apud Mathæum, atque apud Lucam. Quia ergo Dominus apud Lucam rudiores diſcipulos inſtruebat, contentus fuit omnia breuiùs tradere. 3. in Latina editione omitti etiam in Luca: *Fiat voluntas tua*: & proinde, ſi quid argumentum valeret, inferret eſſe tantum quinque petitiones.

Omittuntur autem illæ duæ petitiones, quia continentur aliquo modo in præcedentibus. Non quod eædem ſint: ſed quia ſunt valdè præcedentibus ſimiles. Propterea non dixit Auguſt. eas eſſe præcedentes repetitas: ſed, eſſe *quodammodo*, & *tan-*

Digitized by Google

quam. Sicut nemo negat [h] octo beatitudines eſſe: & tamen [i] Lucas quatuor tantum numerauit, quia vt [k] inquit Ambroſ. in quatuor illæ octo continentur. Ordo verò petitionum talis eſt. 1. petimus bonum Dei. 2. bonum noſtrum ſummum. 3. bonum noſtrum medium, id eſt, gratiam implendi mandata. 4. bonum noſtrum infimum, id eſt, ſubſidia temporalia. 5. remotionem mali præteriti. 6. mali futuri. 7. mali præſentis: Ita [l] Ianſenius, vel iuxta [m] D. Thom. Primò petimus gloriam Dei. 2. beatitudinem noſtram. 3. medium principale, & per ſe ad beatitudinem. 4. medium per ſe inſtrumentarium, ſcilicet panem ſpiritualem & corporalem. 5. medium per accidens, nimirum remotionem peccati præteriti. 6. aliud medium per accidens, nimirum remotionem peccati futuri. 7. remotionem mali præſentis, omnium ſcilicet huius vitæ miſeriarum.

[h] *Math. 5.*
[i] *cap. 6.*
[k] *lib. 5. in Lucam.*
[l] *in Concordia Euãgelica.*
[m] *2.2. q. 83. ar. 9.*

Exponitur Oratio Dominica.

CAP. VI.

Pater noſter qui es in cœlis.

HÆC totius orationis præfatio eſt: qua exprimitur quidem prima Trinitatis perſona: ſed in qua ſimul inuocantur aliæ. Hac præfatione.

Primò, [a] admonemur, adoptionis diuinæ, per illa verba *Pater noſter*. & peregrinationis noſtræ: per illa: *Qui es in cœlis*: vt ſimul intelligamus nos egere auxilio, quia peregrini ſumus: & fiduciam petendi concipiamus, quia filij Dei ſumus per gratiam. vnde [b] Nyſſenus colligit eos qui voluntarie in peccato mortali perſiſtunt, mendaciter dicere: *Pater noſter qui es in cœlis*: quia inuocant dia-

[a] *Bernard. ſerm. de natali B. Mariæ, qui inſcribitur de aque-ductu.*
[b] *orat. 2. de oratione dominica.*

bolum patrem eorum: qui certè non eſt in cœlis.

[c] *Aug. lib. 2. de ſerm. domini in monte ca. 18.*

Secundò, [c] captamus beneuolentiam nam. 1. laudamus bonitatem Dei: qui pater appellari dignatur a viliſſimis creaturis: 2. Laudamus eius potentiam & excellentiam: cum profiteamur eum habitare in altiſſimo ſolio: quæ duo ſignificari ſolent illis duabus vocibus: *Optimus, Maximus.*

Tertiò, accenditur amor noſter in Deum: quia cogitamus patrem noſtrum adire: vt cum eo de rebus neceſſariis colloquamur timor excitatur quia cogitamus patrem illum in cælo reſidentem moderari omnia.

Quartò, inſinuatur ratio, cur debeamus audiri a Deo. Nam ſi Pater eſt, debet iuſtis poſtulatis filiorum annuere: ſi in cœlis eſt, vt ſummus rector vniuerſitatis, poteſt quæcumque voluerit, facere.

Quintò, admonemur, nos terreno renunciaſſe patri: & patrem in cœlis habere, ac ideo cæleſtem eſſe vitam ducendam, & hæreditatem in cælis quærendam.

Sextò, admonentur diuites non ſuperbè ſapere: quia communem cum pauperibus habent patrem: & proinde quorum ſunt fratres.

Septimò, monemur, debere omnes eſſe cor vnum, & animam vnam, ſicut decet fratres.

Octauò, intelligimus inde eo meliorem eſſe: orationem quo vniuerſaliorem. Hîc enim non dicitur: Pater mi, ſed Pater noſter: ita enim qui orat, pro omnibus orat.

[d] *Bernard. ſerm. 16. in Pſal. Qui habitat.*

Nonò, monemur cor ſurſum eleuatum gerere: & [d] magno clamore cordis Deum inuocandum eſſe vt pote, qui habitet in cœlis. Non quod non ſit vbique: ſed tum quia ibi in gloria apparet: tum quia Deo ſunt meliora danda: In cœlo vero maximè relucet ſapientia, potentia, & pulchritudo diuina.

Porrò nomine cælorum nonnulli intelligun mentes Sanctorum: in quibus per gratiam habita

Deus. Alij cælos corporeos: quod magis literali ſenſu congruit. In hac enim acceptione ſolent cæli in ſcriptura vſurpari.

Sanctificetur nomen tuum.

[e] Alij volunt his verbis peti ſanctitatem nobis: vel in ſanctitate perſeuerantiam. [f] Alij: glorificationem Dei in operibus noſtris. Literalis expoſitio maxime videtur eſſe, [g] *peti vt innoteſcat omnibus nomẽ Dei:* & *vt ab omnibus ſanctè veneretur*: id eſt, *omnes, piè iuxta Religionis Chriſtianæ normam, viuant.*

Adueniat regnum Deum.

Triplex regnum Dei inuenitur in ſcripturis ſcilicet: *naturæ*: *gratiæ*: *gloriæ*. *Naturæ*, eſt imperium, [h] quod naturaliter Deus in omnes habet creaturas. Atque de hoc regno, nullus exponit hanc petitionem.

Gratiæ: eſt, [i] quo regnat in fidelium mentibus per fidem, & charitatem. atque de hoc regno exponunt hanc petitionem [k] nonnulli: ſed non adeò cõuenienter: quia recideret hæc tertia petitio cum ſecundâ.

Gloriæ: eſt beatitudo ſempiterna: de quo reuera hæc intelligitur petitio. tum quia ita exponunt Cyprian. Cyrill. Chryſoſt. Hierony. Auguſt. Caſſian. Bernard & alij ferè omnes. tum quod regnum Dei, promiſſum venturum, vix aliter vſurpetur in [l] ſcriptura.

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

Duplicem Dei voluntatem Theologi aſſignant, vnam [m] *ſigni*, nimirum *præcepta*, & *prohibitiones*:

[e] *ita Tertull. & Cyprian.*
[f] *ita Cyrill. ſup. Nyſſ. orat. 3. de oratione Dominica. Chryſoſt. Hier. Rupert. in 6. Mathæi.*
[g] *Aug. lib. 2. de ſerm. Domini in mõte cap. 10. Caſſian. collat. 9. cap. 18. Bernard. ſer. 6. in Quadrag.*
[h] *de quo Pſal. 144. v. 13. Regnum tuum, Regnũ omniũ ſæculorum.*
[i] *de quo Math. 13 v. 4. Colligent de regno eius omnia ſcandala.*
[k] *Ambroſ. 5. Sacram. 4. Rupert. in 6. Math.*
[l] *vt Lucæ. 13. v. 28. & cap. 14. v. 15. &c.*
[m] *Math. 12. v. 50. Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. 1. Theſſ. 4. v. 3. Hæc eſt voluntas Dei, Sanctificatio veſtra.*

bolum patrem eorum:qui certè non eſt in cœlis.

Aug. lib. 2. de ſerm. domini in monte ca. 18.

Secundò, [c] captamus beneuolentiam nam. 1. laudamus bonitatem Dei: qui pater appellari dignatur a viliſſimis creaturis: 2. Laudamus eius potentiam & excellentiam:cum profiteamur eum habitare in altiſſimo ſolio: quæ duo ſignificari ſolent illis duabus vocibus: *Optimus, Maximus.*

Tertiò, accenditur amor noſter in Deum: quia cogitamus patrem noſtrum adire: vt cum eo de rebus neceſſariis colloquamur timor excitatur quia cogitamus patrem illum in cælo reſidentem moderari omnia.

Quartò, inſinuatur ratio, cur debeamus audiri a Deo. Nam ſi Pater eſt, debet iuſtis poſtulatis filiorum annuere: ſi in cœlis eſt, vt ſummus rector vniuerſitatis, poteſt quæcumque voluerit, facere.

Quintò, admonemur, nos terreno renunciaſſe patri: & patrem in cœlis habere, ac ideo cæleſtem eſſe vitam ducendam, & hæreditatem in cælis quærendam.

Sextò, admonentur diuites non ſuperbè ſapere: quia communem cum pauperibus habent patrem: & proinde quorum ſunt fratres.

Septimò, monemur, debere omnes eſſe cor vnum, & animam vnam, ſicut decet fratres.

Octauò, intelligimus inde eo meliorem eſſe: orationem quo vniuerſaliorem. Hîc enim non dicitur: Pater mi, ſed Pater noſter: ita enim qui orat, pro omnibus orat.

Bernard. ſerm. 16. in Pſal. Qui habitat.

Nonò, monemur cor ſurſum eleuatum gerere: & [d] magno clamore cordis Deum inuocandum eſſe vt pote, qui habitet in cœlis. Non quod non ſit vbique: ſed tum quia ibi in gloria apparet: tum quia Deo ſunt meliora danda: In cœlo vero maximè relucet ſapientia, potentia, & pulchritudo diuina.

Porrò nomine cælorum nonnulli intelligun mentes Sanctorum: in quibus per gratiam habita

Deus. Alij cælos corporeos: quod magis literali ſenſu congruit. In hac enim acceptione ſolent cęli in ſcriptura vſurpari.

Sanctificetur nomen tuum.

[e] Alij volunt his verbis peti ſanctitatem nobis: vel in ſanctitate perſeuerantiam. [f] Alij: glorificationem Dei in operibus noſtris. Literalis expoſitio maxime videtur eſſe, [g] *peti vt innoteſcat omnibus nomē Dei: & vt ab omnibus ſanctè veneretur*: id eſt, *omnes, piè iuxta Religionis Chriſtianæ normam, viuant.*

Adueniat regnum Deum.

Triplex regnum Dei inuenitur in ſcripturis ſcilicet: *naturæ: gratiæ: gloriæ. Naturæ*, eſt imperium, [h] quod naturaliter Deus in omnes habet creaturas. Atque de hoc regno, nullus exponit hanc petitionem.

Gratiæ: eſt, [i] quo regnat in fidelium mentibus per fidem, & charitatem. atque de hoc regno exponunt hanc petitionem [k] nonnulli: ſed non adeò cōuenienter: quia recideret hæc tertia petitio cum ſecundâ.

Gloriæ: eſt beatitudo ſempiterna: de quo reuera hæc intelligitur petitio. tum quia ita exponunt Cyprian. Cyrill. Chryſoſt. Hierony. Auguſt. Caſſian. Bernard & alij ferè omnes. tum quod regnum Dei, promiſſum venturum, vix aliter vſurpetur in [l] ſcriptura.

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

Duplicem Dei voluntatem Theologi aſſignant, vnam [m] *ſigni*, nimirum *præcepta*, & *prohibitiones*:

[e] *ita Tertull. & Cyprian.*
[f] *ita Cyrill. ſup. Nyſſ. orat. 3. de oratione Dominica. Chryſoſt. Hier. Rupert. in 6. Mathæi.*
[g] *Aug. lib. 2. de ſerm. Domini in mōte cap. 10. Caſſian. collat. 9. cap. 18. Bernard. ſer. 6. in Quadrag.*
[h] *de quo Pſal. 144. v. 13. Regnum tuum, Regnū omniū ſæculorum.*
[i] *de quo Math. 13 v. 4. Colligent de regno eius omnia ſcandala.*
[k] *Ambroſ. 5. Sacram. 4. Rupert. in 6. Math.*
[l] *vt Luca. 13. v. 28. & cap. 14. v. 15. &c.*
[m] *Math. 12. v. 50. Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. 1. Theſſ. 4. v. 3. Hæc eſt voluntas Dei, Sanctificatio veſtra.*

quibus ſignificat Deus quid à nobis fieri velit: alteram [n] *beneplaciti*: qua Deus vult abſolutè aliquid fieri, quæque ſemper implerur.

De priori cõueniunt PP. accipi hãc petitionem: nimirũ, vt gratia, & auxilium Dei nobis adſit: quo poſſimus, ac velimus diuina implere mandata.

De poſteriori tamen etiam intelligi poteſt: Non quod debeamus optare, vt ſemper impleatur huiuſmodi beneplacitum. Nam multa Deus vult hoc beneplacito, quæ nobis velle non licent, & nobis licet velle quædam, quæ tamen Deus non vult. Sed quatenus cognito hoc beneplacito non obmurmuremus: ſed humiliter ei nos ſubijciamus. Ita enim. 1. Dominus ipſemet dixit Lucæ 22. [o] *Non mea, ſed tua voluntas fiat.* 2. cum diſcipuli minime poſſent retinere Paulum ne in manifeſta vinculorum pericula iret, dixerunt: [p] *voluntas Domini fiat.* 3. Cyprianus cum hortaretur populum vt æquo animo ferret mortalitatem graſſantem: *Meminiſſe* (inquit) [q] *debemus voluntatem nos non noſtram, ſed Dei facere debere: ſecundum quod nos Dominus quotidie iuſſit orare.*

[n] *Pſal. 133. v. 6. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, &c. Iſaiæ 46. v. 10. Conſilium meum ſtabit: & omnis voluntas mea, fiet.*

[o] *v. 42.* μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ σὸν γινέσθω.

[p] *Actor. 21. v. 14.* τὸ θέλημα τοῦ κυρίου γενέσθω.

[q] *ſerm. de mortalitate.*

Sicut in cœlo & in terra.

Quadruplex huius ſententiæ explicatio extat.

[r] Prima, per *cœlum* intelligit *ſpiritum*; per *terram*, *carnem* vt ſenſus ſit: ſicut *ſpiritus regeneratus per grattam obedit Deo: ita caro obediat ſpiritui.*

[ſ] Secunda, *ſicut fideles iuſti qui ſunt inſtar cœlorum, ſeruiunt Deo; ita infideles & peccatores, qui ſunt inſtar terræ, conuertantur, & ſeruiant Deo.*

[t] Tertia per *cœlum*, intelligit, *Chriſtum*: per *terram*, *Eccleſiam*. vt ſit ſenſus: *ſicut Chriſtus perfectiſſimam præſtitit obedientiam patri: ita Eccleſia ſponſum imitetur ſuum.*

Quarta, communis: *ſicut cœleſtis Hieruſalem, ſiue Eccleſia* triumphans perfecte obedit Deo: ſic & obediat Eccleſia quæ militat in terris.

[r] *Tertull. Cyprian. Aug.*

[ſ] *Cyprian.*

[t] *Aug. lib. 2. de ſerm. domini in mõte cap. 11.*

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

[u] Prima expoſitio exiſtimat, *ſolum peti corporalem* panem.

Contra. 1. PP. initio citati, excepto Chryſoſt. & authore operis imperfecti: de pane ſpirituali hanc petitionem intelligunt. 2. valde manca eſſet oratio: ſi tam diligenter peteretur cibus corporalis, & non ſpiritualis. 3. quia (vt inquit [x] Auguſt.) non eſt credibile Dominum voluiſſe adeo ſollicitè peti ſolum panem corporis: cum in [y] eodem ſermone nimiam circa temporalia prohibuerit ſollicitudinem.

[z] Secunda expoſitio: *peti ſolum ſpiritualem cibum.*

Contra. panis corporalis merito [a] deſiderari poteſt. Ergo debuit in hac oratione aliquomodo peti. Alioquin non eſſet perfectiſſima oratio.

[b] Tertia, eaque vera: *peti omnia alimenta, atque ſubſidia in genere*: & primario quidem ſpiritualia, *ſecundario verò, corporalia.*

Obiicitur, apud Math. & Lucam eſſe vocem ἐπιούσιον quam noſter interpres vertit in Mathæo *Superſubſtantialem*: panis autem corporalis, non eſt ſuperſubſtantialis.

Reſpondeo 1. Græcos PP. vim vocabuli Græci apprimè intelligentes, velle, ἄρτον ἐπιούσιον nihil eſſe aliud quoad rem ipſam, niſi *panem ſubſtantialem*, id eſt noſtræ alendæ accõmodatum ſubſtantiæ. Quare noſter interpres quod in Mathæo verterat ſuperſubſtantialem, in Luca vertit quotidianum. 2. *Superſubſtantialem* idem eſſe, ac *valdè ſubſtantialem*: quomodo dicimus, *ſuperabundare*, eſſe, *valde abundare*: valde autem ſubſtantialis eſt, quod neceſſarium omnino ad vitam alendam.

Panem dicimus: comprehendentes omnia neceſſaria vitæ. tum quia Sacramentum altaris, verus animæ cibus, appellatur panis à [c] Chriſto ac co-

[u] *Chryſoſt. & authoris operis imperfecti in 6. Mathæi. Melancth. in locis titulo de inuocatione, & precatione: Calu. 3. Inſt. 20. §. 44.*

[x] *ſup. cap. 12.*

[y] *Math. 6. v. 25.*

[z] *Hieron. in 6. Math. Ambr. 5. Sacram. 4. Cyrill. ſup Caſſian collat. 9. cap. 21. & 24. Chryſolog. ſer. de orat. Dominica.*

[a] *Prou. 30. v. 8. & Geneſ. 28. v. 20.*

[b] *Tertull. Cyprian. Nyſſ. Theophil. Euthym. Beda, &c. ac Aug. 115. cap. Enchiridij.*

[c] *Ioan. 6. v. 52.*

dem nomine verbum Dei nominari poterit: cum dixerit Apoſtolus: [d] *Enutritus verbis fidei*: &, [e] *Guſtauerunt bonum Dei verbum.* tum quia certum eſt in ſcripturis, nomine *panis*, intelligi quemcumque cibum corporalem.

[d] 1. *Timoth.* 4. *v.* 6. ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως.

[e] *Hebræor.* 9. *v.* 4.

Noſtrum 1. vt intelligamus alienorum non eſſe: ſed filiorum proprium. 2. non eſſe deſiderandum panem alienum, id eſt prædicationis hæreticæ, ſed Catholicæ, neque furatum corporalem, ſed legitimè partum.

Quotidianum. 1. vt intelligamus non eſſe ſuperflua ac curioſa quærenda, ſed ea, ſine quibus nullo die viuere poſſumus. 2. ne de craſtino ſolliciti ſimus, ſed tanquam hoſpites viuamus in diem. 3. ad differentiam panis æterni: quo ita fruemur in cœlo, vt ſemel guſtatus æternam adferat ſaturitatem, quare non erit opus illum quotidie petere.

Da nobis. 1. quia ſine prouidentia, & auxilio Dei inanes noſtri conatus eſſent. 2. quoniam cupimus cibum de manu Dei accipere, id eſt ab illo ſanctificatum & dimenſum: vt corporalis corpori proſit, & animæ non obſit: ſpiritualis animam nutriat, corpus non deſtruat.

Hodie: id eſt [f] vel *huius tempore vitæ mortalis*: vel [g] *hoc ipſo præſenti die.* Nullus eſt enim dies quo aliqua in re ſubſidio non indigeamus.

[f] *Cyrill. Aug. epiſt.* 121. *cap.* 11.

[g] *Tertull. Cyprian. Chryſ.*

Dimitte nobis debita noſtra.

Per *debita* intelliguntur, peccata: Dominus enim hanc petitionem explicans: [h] *Si enim* (inquit) *dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis Pater veſter cæleſtis peccata veſtra.* Peccata namque dicuntur *debita*, tum quia peccator facit iniuriam Deo, ac proinde debitor eſt ſatisfactionis. tum quod legem Dei præuaricatur: & proinde luendæ pœnæ debitor eſt. tum quia Deus commiſit vnicuique animam propriam excolendam: deditque nobis talenta naturæ, & gratiæ, quibus operaremur, quare qui

[h] *Math.* 6. *v.* 14. ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει, καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος.

operari negligunt, debitores fiunt lucri non acquiſiti, & non redditi cenſus.

Sicut et nos dimittimus debitoribus noſtris.

His non ſignificatur *Deum nos imitari debere*: ſed tum nobis miſericordiam placere: tum [nos implere conditionem, quam Deus requirit, ad remiſſionem peccatorum noſtrorum,] ne fortè ſupplicantibus nobis, Deus reſpondeat: *Quare tu miſericordiam petis*, qui miſericordiam odiſti? & cur audes illam poſtulare, qui eam aliis exhibere non vis?

Primo ergo debemus proximis, etiam non poſtulantibus, [1] dimittere offenſam: non tamen tenemur damnum dimittere illatum: niſi qui offendit non poſſet damnum reſarcire ſine ſuo detrimento maximo.

[1] *quomodo Deus dimittit culpam, ſed nõ totam pœnam, verùm eam ſolam, quæ non niſi noſtro maximo detrimẽto reſarciri poſſit: nimirum æternam.*

Secundò, qui ſerio petit dimitti ſibi peccata, cupitque gratiam: & tamen à concupiſcentia victus inhæret peccatis nõ inutiliter hanc orationẽ dicit: ſi ex corde dimittat iniuriam fratri ſuo. Nam qui cœpit bonum opus in eo, perficiet certè: ſi ille perſeueret orare.

Tertiò, ſi ſolis labiis oret, cùm in peccatis ſordeſcat: fit ei in peccatum oratio, cum in ſingulis fere petitionibus, mentiatur. Quomodo enim dicere poteſt, *Pater noſter*: qui filius eſſe non vult? *Sanctificetur nomen tuũ*: per quẽ aſſiduè nomẽ Dei blaſphematur? *Adueniat regnum tuum*: qui nihil magis quam Aduentum Domini timet. *Fiat voluntas tua*: qui ſuam, non Dei voluntatem ſemper facit.

Quarto, fruſtra illi petunt remiſſionem à Deo qui hæc verba prætermittunt, quod nolint aliis iniuriam condonare: quia non implent neceſſariam conditionem, vt eis remittantur peccata.

Et ne nos inducas in tentationem.

Primo horum ſenſus eſt, vel: [k] *ne permittas non*

[k] *Hilar. & Hieron Ambr. Cyrill. Aug. epiſt. 121. cap. 11. & Caſſian. coll 9. cap. 23.*

[l] *Tertull. Cyprian. Nyſſ. Chryſoſt.*

tentatione ſuccumbere, vel: [l] *ne permittas tentationem nos inuadere*. Quia etſi tentatio ſit fortiter toleranda, ſi occurrat, non tamen appetenda, quia eſt periculoſa.

Secundò monemur, nos ſine Dei auxilio omnino eſſe infirmos.

Tertiò, ſine Dei permiſſione nihil in nos Sathanam poſſe: & proinde neque noſtris viribus fidendum: neque Sathanam formidandum: ſed humiliter ambulandum.

Sed libera nos a malo.

[m] *Nyſſen. Cyrill. Chryſoſt. Euthy. Theophil. Ambroſ. Chryſoſt. Caſſian.*

[m] Alij, per *malum*, intelligunt *Diabolum*: propter articulum Græcum: legimus enim ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

[n] *Cyprian. Aug. Rupert. Beda, & plerique alij Latini.*

[n] Alij, *res omnes malas*, & potiſſimum *præſentis vitæ calamitates*, cui opinioni fauet oratio Eccleſiæ in myſterio Altaris: *libera nos quæſumus Domine ab omnibus malis præteritis*: ecce petitio quinta. *præſentibus*: Ecce ſeptima & *futuris*. Ecce ſexta. *vt ope miſericordiæ tuæ adiuti, & a peccatis ſimus ſemper liberi*: quod pertinet ad quintam, & ſextam petitionem: *& ab omni perturbatione ſecuri*, quod ad ſeptimam ſpectat.

[o] *v. 9.* ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ.

Ad probationem opinionis prioris reſpondeo: πονηρὸν cum articulo non rarò accipi pro *re mala*: vt Rom. 12. [o] *odientes malum adhærentes bono*.

[p] *Math. 6. v. 13.* ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

[q] *ea namque prætermittunt antiquiſſimi PP. Tertull. Cyprian. Ambroſ. Hieron. Aug.*

Additur in codicibus Græcis: [p] *Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſæcula: Amen.* hancque clauſulam explicant Chryſoſt. Theophyl. Euthim. Sed hæc verba [q] non ſunt ex Euangelij textu. Inſerta ſiquidem fuere à Græcis, ex conſuetudine quam habent ea recitādi verba, poſt orationem Dominicam in miſſa.

Digitized by Google

Solius creaturæ rationalis proprium eſſe, orare

CAP. VII.

PROBATVR: Oratio eſt rationis actus: quo vnus vt inferior, alteri vt ſuperiori ſupplicat. Ergo nec Deo, nec brutis cõueniet oratio.

Metaphoricè ergò ſunt intelligenda: Primò quæ dixit Dominus ad Moyſem: [r] *Dimitte me vt iraſcatur furor meus*: ac ſimilia. Non enim ſignificant Deum impediri potuiſſe a Moſe: ſed precibus eius placatum feciſſe, quod ſolent qui ab aliquo impediuntur, ne in alium ſeuere animaduertant 2. quæ brutis orationes tribuuntur.

Significatur enim, naturali quodam inſtinctu, animalia exprimere quę ſibi neceſſaria ſunt. 3. illud monſtri cuiuſdam ad Antonium: [t] *legatione fungor gregis mei: precamur vt pro nobis communem Dominum depreceris.* Quamuis enim [u] miraculo quodam iſtud [x] monſtrum peteret quæ ſuo conueniebant gregi: tamen quid diceret, non intelligebat.

[r] *Exodi 32. v. 10.*
[s] *vt Pſal. 103. v. 21. Catuli leonum rugientes vt rapiant: Et quærant à Deo eſcam ſibi & 146. v. 9. Qui dat iumẽtis eſcam ipſorum: Et pullis coruorum inuocantibus eum.*
[t] *Hieron. in Paulo Eremita.*
[u] *vt contigit in Aſina Balaam.*
[x] *quod perpetuo Hieronym. beſtiam vocat.*

Non ſolum generatim, ſed etiam in ſpeciali pro certis hominibus orari poſſe.

CAP. VIII.

VICLEF aſſeruit 1. [a] *orationes ſpeciales non magis quam generales prodeſſe.* 2. [b] *non licere in ſpeciali orare.*

Contra: Primo, Iſaac [c] orauit in ſpeciali pro Rebecca: [d] Dauid pro infantulo filio ex Betſabee:

[a] *vide Concil. Conſtantienſe ſeſſ. 8.*
[b] *apud walden. tom 3 de Sacrament. titulo. 11. cap. 107.*
[c] *Geneſ. 25. v. 21.*
[d] *2. Reg. 13. v. 16.*

Digitized by Google

[e] 3. *Reg.* 17. *v.* 20. 21. [f] *Luc.* 22. *v.* 32. *Actor.* 12. *v.* 5. *Oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro Petro.* [g] *Epheſior.* 6. *v.* 18. 19.

[e] Helias pro viduæ filio: [f] Chriſtus pro Petro: Paulus petit [g] ab Epheſiis, vt orẽt generatim pro omnibus, & ſpeciatim pro ſe. Ergo non ſunt illicitæ: vel inutiles huiuſmodi orationes.

Secundò, nulla ratio ſuppetit cur non liceat orare pro ſingulis: ſi pro omnibus licet: & quare oratio vt ſatisfactoria non magis proſit vni, quam pluribus. non eſt enim ſatisfactio infiniti valoris, & indiuiſibilis, vt tantum proſit omnibus, quã vni.

Obiicitur, primo, oratio efficax non eſt, niſi à perfecta Charitate procedat. At perfecta Charitas amplectitur omnes.

Reſpondeo, 1. orationem ſpecialem à Charitate procedere ordinata. quæ Charitas, etſi amplectatur omnes: tamen alios aliis anteponit: & nunc illos, nunc iſtos: nunc omnes, nunc ſingulos iuuat pro diuerſa rerum neceſſitate. [2. nullam eſſe orationem, quæ non amplectatur omnes, ſaltem implicite: quamuis hos vel illos magis intendat, aut exprimat.]

Secundo, oratio Dominica tota generalis eſt. At non licet petere, niſi quod in ea continetur.

Reſpondeo: nec nos aliud petere: ſed tantum quod generale eſt, particularibus applicare.

Tertio, communitas præferenda eſt, ſingularitati. At non poſſumus eodem tempore pro omnibus, & pro ſingulis, in ſpecie orare.

Reſpondeo 1. veram eſſe Maiorem cæteris paribus. At ſi ſingularitas magis egeat auxilio quam communitas poterit præferri. [2. negatur ſimpliciter Minor. iuxta reſponſionem ſecundam ad primum.]

Conditiones orationis.

CAP. IX.

VT oratio ſit *meritoria*, requiritur *Charitas*, & *ſtatus viæ*. Quare nec in peccatoribus: nec in beatas, meritoria erit. Vt ſit *impetratoria*, aliquando neutrum requiritur horum: ſicut patet in beatis, & in Publicano. Tamen vt ſit infallibiliter impretratoria requiruntur,

Primò, [a] *fides.* Hæc autem fides non exigit certo credere Deum facturum quod petimus, ſed poſſe facere: niſi ſit ex parte noſtri defectus. Nam dubium non eſt quin [b] orauerit ex fide Apoſtolus, à ſe ſtimulum carnis remoueri: tamen non habuiſſe certam fidem, ſe impetraturum, inde conſtat, quòd alioquin falſa eius fides fuiſſet.

Secundò, *ſpes*, ſiue, [c] *fiducia*, qua firmiter adhæreamus benignitati Dei, confidentes facturũ quod petimus. Deus enim quando non exaudit, non infundit fiduciam. cum verò exaudire decernit, fiduciam & lætitiam ingentem in cor infundit orantis.

Tertiò, [d] *charitas ſiue iuſtitia.*

Obijcitur: peccatores etiam [e] exaudiri à Deo.

Reſpondeo: peccatores tripliciter orare poſſe. 1. ad impetrandum aliquid in confirmationem fidei. 2. in propriæ ſanctitatis oſtentationem. 3. in bonum aliquod ſibi vel ſpirituale: vel corporale. primo modo poſſunt impetrare non vi orationis, ſed

[a] *Rom.10. v. 14. Quomodo innocabunt, in quem non crediderunt? Iacobi 1. v. 6. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Et Marci. 11. v. 24.*

[b] *2. Cor. 12. v. 8.*

[c] *Marci 11. v. 23. Quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare: & non hæſitauerit in corde ſuo: ſed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat: fiet ei. Math. 9. v. 2. Confide fili, remittũtur tibi peccata tua. Hebr. 4. v. 16.*

[d] *Pſal. 33. v. 16. Oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius ad preces eorum. Pſal. 65. v. 19. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo: non exaudiet Dominus. Ioan. 15. verſ. 7. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcumque volueritis, petetis: & fiet vobis. Iſaiæ. 1. v. 15. & 1. Ioan. 3. v. 21. 22. ac Ioan. 9. v. 31.*

[e] *Luc. 11. v. 8. & cap. 18. v. 13. & 14. ac Math. 7. v. 8.*

fidei confirmandæ: vel inuocationis nominis Dei: aut ſigno crucis. ſecundo nuſquam impetrant: quia Deus non eſt mendacij teſtis. tertio ſi voluntariæ inhærent peccato non exaudiuntur ordinarie. Iſaię 1. [f] *Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* aliquando tam exaudiuntur: [g] vel in iudicium, ſiuè condemnationem: vel in miſericordiam, vt ſuis beneficijs eos aliciat Deus. ſi vero pœnitentiam incipiant agere, impetrant ſæpè, non ex iuſtitia, quaſi digni ſint: ſed, miſericordiâ Dei: neque id infallibiliter.

Quartò, requiritur [h] *humilitas*, qua orans, non in ſe ſed in benignitate Dei confidat. Nec enim dignus eſt accipere aliquid: qui ſe ea re indigere non agnoſcit.

Quintò, *deuotio*, ſcilicet, *ſtudium attentè, ſollicitè, diligenter*, atque *ardenter orandi.* [i] *Maledictus enim, qui facit opus Dei negligenter.*

Sextò, *perſeuerantia.* 1. quia [k] amicus perſeuerando precari, impetrauit, intempeſtiua nocte, ab amico panes: & vidua [l] à iudice inhumano iudicium extorſit. 2. quia ipſe Dominus dixit. [m] *Oportet ſemper orare: & numquam deficere.*

Semper autem orare, quadrupliciter explicatur. 1. *pro ſemper benè operari.* Eſt enim bonum opus, quoddam orationis genus, ſemper tendens in Deum. Sed Parabolæ de vidua & iudice: de Publicano & Phariſæo: Dominum aliam voluiſſe orationem commendare, ſatis demonſtrant. 2. *pro* [n] *perpetua coniunctione mentis cum Deo.* verùm: quamuis id quam optimum ſit: tamen non intenditur hoc in loco, & refellitur vt primum. 3. [o] *pro ſtatis* & *certis quibuſdam horis orare.* quæ expoſitio contem-

[f] *v. 15.*

[g] *quomodo Numeror. 11. exauditi ſunt Iſraelitæ qui petebãt carnes. Metuendũ eſt* (inquit *Aug. tract. 73. in Ioan.*) *ne id quod poſſet non dare propitius, det iratus.*

[h] *Iſaiæ 66. v. 2. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos. Dan. 9. v. 18. Eccleſiaſt. 35. v. 21. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit. Geneſ. 18. v. 27.*

[i] *Hierem. 48. v. 10. Math. 15. v. 8.*

[k] *Luc. 11.* [l] *Luc. 18.* [m] *Ibid. v. 1.* [n] *Auguſt. epiſt. 121. cap. 9.* & *Baſil. orat. in Iulittam.*

[o] *Aug. cap. 57. libri de hæreſib. Bed. in 18. Luc. Anſel. Haym. in 5. prioris ad Theſſalonic.*

nenda non eſt. 4. aſſiduè, [p] quantum patitur noſtra poſſibilitas, exprimere Deo deſideria noſtra: quæ germanior videtur interpretatio. Id enim ſignificat Parabola viduæ, & amici, panes ab amico petentis.

Obiicitur, [q] reprehēdi multiloquiū in oratione.

Reſpondeo, cum [r] Auguſt. argui ſolùm inanem verborum multiplicationem.

Septimo, requiritur, *vt pro quiſque petat.*

Quia alij pro quibus oratur, non ſemper digni ſunt accipere.

Octauo, [ſ] *vt neceſſaria petantur, vel vtilia ad ſalutem*

Quare, cùm petimus quod minimè expedit: exaudit Deus: non quidem illud conferendo: ſed negando.

[p] *ita enim Pſal. 24. v. 15. dicitur, oculi mei ſemper ad Dominum. Itē Pſal. 33. v. 1. Luc. 2. v. 37. & cap. vlt. v. vlt.*

[q] *Math. 6. v. 7.*

[r] *epiſt. 121. ca. 10.*

[s] *1. Ioan. 5. v. 14. Hæc eſt fiducia, quam habemus ad eū: Quia quodcumque petierimus, ſecundū voluntatē eius, audit nos. 1. Theſſal. 4. v. 3. Hæc eſt autem voluntas Dei, Sanctificatio noſtra.*

---

1. De Nomine. 2. de definione Officij Diuini, ſiue horarum Canonicarum.

CAP. X.

QVO ad Primum: *officij diuini nomen* inuenitur in Concilio [a] Aquiſgranenſi & [b] Lateranenſi. Nomen, *horarum Canonicarum*, inuenitur apud [c] Bedam.

Dicuntur autem, *Diuinum officium*: quia continent quod præſtare ergo Deum debemus. Si quidem orare, & laudare Deum: eſt proprium Chriſtianorum officium: dicuntur, *horæ canonicæ*, quia certis horis iuxta Regulas PP. recitari debent.

[c] Brentius tamen contendit horas canonicas dici apud veteres, certa tempora à canonibus præſcripta quibus per annum: ſacræ legerentur Scripturæ.

Contra. Canones non præſcribunt quid ſingulis horis, ſed quid ſingulis menſibus ſit legendum.

[a] *cap. 131.*

[b] *cap. dolentes titul. de celebr. Miſſar.*

[c] *in 18. Lucæ.*

[d] *Confeſſ. witemberg. cap. de horis Canonicis.*

Quare tempora illa non horæ canonicæ, ſed menſes canonici potius dici deberent.

Quoad ſecundum: Diuinum officium, *eſt certa ratio publicè laudandi, precandique Deum, mente ſimul, & voluntate: authoritate præſulum Eccleſiæ inſtituta.*

Dicitur, *certa ratio.* Quia non quælibet oratio, vel laus Dei, eſt iſtud officium diuinum: ſed tantùm quæ præſcripta eſt: quamque ſequi debent, qui ad diuinum officium obligantur.

Publicè, quia perſoluitur nomine totius Eccleſiæ, pro bono communi, ac publico: per publicos, & ſolemnes miniſtros.

Laudandi, precandique. Quoniam hæc duo continet officium diuinum: prius pro beneficijs acceptis: poſterius pro accipiendis.

Deum. Quia propriè hoc totum officium ſoli Deo præſtatur.

Mente ſimul, & voce. Quoniam huius officij forma cum ex præſcripto, & inſtitutione hominum ſit, actum externum neceſſario poſtulat.

Authoritate Præſulum Eccleſiæ inſtituta. Quia nemo poteſt certam orandi formam præſcribere [f] niſi qui præeſt.

[e] *can. Sancta Romana diſt.* 15.

[f] *vnde Concil. Milen. can. 12. Placuit vt preces, vel orationes ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omninò dicantur, in Eccleſia, niſi quæ à prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in Synodo fuerint.*

---

1. De partibus officij diuini. 2. de Canonico tempore ſingularum partium.

CAP. XI.

QVOAD primum: diuini officij partes aliæ ſunt *Maiores*: nimirum, *Nocturni: laudes: Prima: Tertia: Sexta: Nona: Veſpera: Completorium.* Aliæ *minores* (ſcilicet ex quibus maiores conſtant) *Pſalmi*, nimirum: *Hymni: lectiones: Cantica: Antiphona: Reſponſoria: Litaniæ: verſus: Capitula: Collecta.*

Quoad

Quoad ſecundum: ſumitur tempus canonicarum horarum, iuxta diſtributionem veterum. Qui ſpatium ab ortu Solis ad occaſum, in [a] duodecim diuidebant horas: Et ſimiliter ſpatium ab occaſu ad ortum: quas horas inæquales & planetarias vocabant. Non quod eſſent inæquales horas diei inter ſe: vel noctis: Sed quia cum ſpatium ortus ad occaſum, & occaſus ad ortum varietur per annum: ſintque æſtate dies longiores: noctes breuiores: è contra verò hyeme: Propterea variebantur etiam per annum huiuſmodi horæ; Nam in æſtate erant diei horæ longiores: è contra vero hyeme. vide Francolinum cap. 9. Harum prima horarum incipiebat ab ortu Solis, ſecunda: quæ eſt ſecunda ab ortu Solis: & ſic deinceps.

Porrò, *noctis horas*, [b] in quatuor ordinabāt vigilias: vnicuique vigiliæ tres horas aſſignando. Ita vt prima vigilia inciperet ab occaſu Solis, & terminaretur in horam tertiam noctis. Secūda inchoaret ab hora tertia noctis, & terminaretur in ſextam. Tertia à ſexta in nonam. Quarta, quæ propriè dicebatur vigilia matutina inciperet à nona ad duodecimam, ſiue vltimam noctis completam.

Nocturni [c] dicebantur alicubi antiquitus, diſtinctè per tres vigilias noctis.

[d] Alicubi, verò dicebantur tres nocturni ſimul in media nocte.

Alibi [e] denique, *laudes matutinis* iungebantur: ac in quarta vigilia noctis celebrabantur.

Laudes, namque, debent proprie recitari in autora: nimirum ab initio crepuſculi Matutini vſque ad ortum Solis.

[a] Ioan. 11. v. 9. Math. 20. mētio ſit horæ primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, vndecimæ. Ioan. 1. v. 39. decima cap. 4. v. 52. ſeptima.

[b] Marci 13. v. 35. cum Luc. 12. v. 38. & Marci 6. v. 48. Thren. 2. v. 19. ſit mentio initij Vigiliarum: Iudic. 7. v. 19. Vigiliar. mediæ Noctis. Exodi. 14. v. 24. Matutinæ Vigil. Hieron. epiſt. ad Cyprian. & in 14. Math. vide Marcellū Francolinum tractatu de tēpore canonicarum horarum cap. 1.

[c] Hieron. epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis Rupert. 1. offic. diuin. D. Thom. lect. 6. in 14. prioris ad Corinth. vide Francolinum cap. 2. & 5.

[d] Athanaſ. libro de Virgin. Baſil. in qq. fusè explicatis. q. 37. Hieronym. de obitu Paulæ.

[e] Amalar. præfatione libri de ordine Antiphonarij Francolin. cap. 7. & 8.

Officium [f] *Primæ* celebrari debet ab ortu Solis, vſque ad finem primæ horæ: inſtitutumque fuit tempore Caſſiani, [g] vt ipſe teſtatur.

Officium Tertiæ, Sextæ, & Nonæ debet celebrari illis ipſis horis, non quidem terminatis: ſed inchoantibus, vel labentibus, à quibus denominationem accipit. Quoniam autem illę horę inæquales antiquæ non ſunt amplius in vſu: propterea nobis ſunt obſeruanda, & accipienda illa temporis ſpatia, quæ in noſtra ſupputatione illis inęqualibus reſpondent horis. Quod facilè fiet, [h] ſi quis aduertat in quas horas Solis ortus, occaſus ac meridies incidant. Nam hora ſexta inæqualis ſemper in meridiem incidit. Tertia in medium tempus inter ortum Solis, & meridiem. Nona in medium inter meridiem & occaſum.

[i] *Veſpertinum* incipi debet ab hora duodecima inchoante, id eſt vltima diei artificialis, paulo ante occaſum Solis. 1. quia [k] veteres docent veſpertinum celebrandum eſſe in fine diei. 2. [l] Caſſianus teſtatur magiſterio Angelico inſtitutum fuiſſe, vt in Veſperis canerentur duodecim Pſalmi. At Concil. [m] Turonenſ. 2. ait Veſpertinam horam, in qua duodecim Pſalmi, Angelo doctore canuntur duodecimam eſſe. 3. quia maxima eſt proportio [n] inter matutinum, & veſperas. Matutinum autem celebrari debet paulo ante ortum Solis id eſt ad finem noctis. Ergo veſperæ erunt celebrandæ paulo ante occaſum Solis.

[o] *Completorium*, non eſt æquè ac cætera antiquum, inuenitur tamen in q. 37. Sancti Baſilij ex regulis fuſius explicatis, ac in regula [p] S. Benedicti. Tempus completorij eſt initium noctis ante finem cre-

[f] *Raban. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 3. Amalar. ſup. cap. 6. Frã-col. cap.* 10. 14. 15. *&* 16. *numero* 20. *&* 27.

[g] *3. Inſtitutionum cœnobiorum cap. 4.*

[h] *vide Francolini cap.* 10. 93. *& ſeqq.*

[i] *vide Francol. cap.* 17. 19. 21.

[k] *Rabą. Hug. Rupert. & Amalar. libro de ordine Antiphonarij ac ante eos Athanaſ. ſupr. Chryſoſt. hom. 59. ad populum Baſil. ſup. q. 37. Cypr. ſerm. 6.*

[l] *2. de Inſtitutis cœnobior. cap. 4. & 5.*

[m] *can. 19.*

[n] *Nam ſæpè habent eaſdem Antiphonas, eundem hymnum, idem capitulum, eaſdem commemorationes, ac eundem numerum Pſalmorum.*

[o] *Francol. ſupr. & cap.* 18. *ac* 14.

[p] *cap.* 16.

puſculi veſpertini. 1. quia id ex [q] antiquis facile colligitur. 2. quia eam quam habent inter ſe proportionem matutinum & veſperæ: eam habent inter ſe prima, & Completorium. Ergo par eſt, vt ſicut prima incipit prima diei hora, orto iam Sole: ſic Completorium celebretur prima noctis hora occiduo Sole.

[q] *Iſidor. 1. diuin. Officio. 21. Amal. 4. offic. Eccleſiaſtic. 8. Hugo 2. offic. diuinor. 7. aſſerunt Completorium ad noctem pertinere. & poſt cœnam ac omnia alia opera, debere perſolui.*

Obiicies illud Hymni Completorij, *Te lucis ante terminum.*

Reſpondeo: non ſignificari ante terminum, ſiue occaſum Solis, ſed lucis, ſiue crepuſculi veſpertini.

Hæretici qui horas reprehendunt canonicas.

Cap. XII.

PAVLVS [a] *Samoſatenus* hymnos ab hominibus compoſitos, vt Neotericos, ab Eccleſia ſua remouit.

[b] *Vigilantius*, nocturnas vigilias reprehendebat.

[c] *Wiclef*, multa contra canonicas ſcripſit horas.

[d] *Thaboritæ in Boehemia*, fruſtra teri tempus aſſeruerunt, in horis canonicis perſoluendis.

[e] *Martinus Lutherus*, improbat ritum Eccleſiæ, quem in Horis Canonicis ipſa obſeruat: & ipſe [f] quaſdam poſtea ſuas inſtituit canonicas horas.

[g] *Illyricus*, paſſim arguit ſummos Pōtifices, quod officium Eccleſiaſticum inſtituerint, vel auxerint, vel ornarint.

[h] *Brentius*, reprehendit. 1. inſtitutionem certi generis hominum, id eſt Sacerdotum ad Canonicas horas perſoluendas. 2. quòd lingua [i] vulgo

[a] *circa annum* 280. *vide Euſeb. 7. hiſt. 26.*
[b] *apud Hier. epiſt. ad Riparium.*
[c] *apud Walden. tom. 3. de Sacramentalib. cap. 24.*
[d] *apud Æneã Syluium lib. de origine Bohemorum cap. 35.*
[e] *lib. de abroganda Miſſa.*
[f] *præcepit enim vt mane tres dicerentur Pſalmi, & tres ad Veſperam: ac, Te Deum laudamus, & Athanaſij Symbolum.*
[g] *in Centurijs.*
[h] *Confeſſ. Witemberg. cap. de horis Canonicis.*
[i] *hac de re vide tom. 1. lib. 2. de Verbo Dei cap. 15. & 16.*

ignota celebrētur officia diuina. 3. quòd ſine intermiſſione die, noctuque perſoluantur. 4. quod id fiat non vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus, ſed vt merito operis huius, mitigemus iram Dei, & expiemus peccata. Sed quis noſtrum negat inter fructus laudum Dei numerari patientiam, & conſolationem ex ſcripturis?

---

1. [a] *Demonſtratur antiquitas. 2. ratio inſtitutionis horarum Canonicarum.*

CAP. XIII.

ANTIQVITAS. Primò, ex ſcripturis: Dauid: [b] *ſepties in die*, laudem dicebat Deo: Item. [c] *media nocte*, Pſal. 118. *Mane*, [d] Pſal. 5. Illud Eſdræ: [e] *Legerunt in volumine legis Domini Dei ſui quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum ſuum.* explicat Beda de *Prima, Tertia, Sexta, & Nona.* [f] Daniel, *tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat, confitebaturque coram Deo.* quod de iiſdem horis interpretantur [g] Cyprian. & [h] Hierony. Dominus non ſolum media nocte orabat, ſed etiam [i] pernoctabat in oratione: & [k] Paulus atque Silas, in ipſo carcere, circa mediam noctem orantes, laudabant Deum. Tertiâ horâ [l] Apoſtoli orantes accipiunt Spiritum ſanctum. [m] Sextâ Petrus aſcendit in ſuperiorem ædium partem, vt orationi vacaret. Nonâ, idem Petrus, & Ioannes aſcenderunt in templum ad orandum. De officio verò Veſpertino, dixit Dauid: [o] *Veſpere, & Mane, & Meridie narrabo, & annunciabo*, &c. Item: [p] *Eleuatio manuum mearum, ſacrificium Veſpertinum.*

Secundò, ex PP. Clemen. [q] *Preces veſtras facite*

[a] *Vide Francol. cap.* 11. 12. 13.
[b] *Pſal.* 118. *v.* 164.
[c] *v.* 62.
[d] *v.* 5. *& Pſal.* 62. *v.* 7. *ac Pſal.* 118. *v.* 148.
[e] *Eſdræ.* 9. *v.* 3.
[f] *Danielis* 6. *v.* 10.
[g] *ſerm.* 6.
[h] *in Daniele.*
[i] *Luc.* 6. *v.* 12.
[k] *Actor.* 16. *v.* 25.
[l] *Actor.* 2.
[m] *Actor.* 10. *v.* 9.
[n] *Act.* 3. *v.* 1.
[o] *Pſal.* 54. *v.* 18.
[p] *Pſal.* 140. *v.* 2.
[q] 8 *Conſtit. Apoſtolicarum cap.* 40.

diluculo, hora Tertia, Sexta, Nona, Veſpere & *in galli cantu.* Cyprian. [r] *In orationibus celebrandis inuenimus obſeruaſſe cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores, horam Tertiam, Sextam & Nonam.* Et paulo poſt: *Sed nobis (fratres dilectiſſimi) præter horas antiquitùs obſeruatas, orandi nunc & ſpatia, & Sacramenta creuerunt. Nam & mane orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur. Recedente item Sole, ac die ceſſante, neceſſario rurſus orandum eſt.* Et infrâ: *Qui autem in Chriſto, hoc eſt, in lumine ſemper ſumus, ne noctibus ab oratione ceſſemus.*

[r] *ſerm 6.*

Athanaſ. [s] *Habeto Pſalterium: & Pſalmos ediſce, Sol exoriens videat librum in manu tua. Poſt tertiam horam, peragito communionem, quoniam hac horâ adductum eſt lignum Crucis. Sexta hora celebrato preces cum Pſalmis. plorationibus & obſecrationibus: quoniam hac hora filius Dei ſublatus eſt in cruce. Hora nona rurſus eſto in hymnis & laudibus Dei, cum lachrymis confitens peccata tua. Deo ſupplica: quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit ſpiritum.* Et infrâ: *Horâ duodecimâ maiorem, & celebriorem celebra communionem cum virginibus tuis,*&c. Item: *Media nocte ſurgito & laudato Dominum Deum tuum.*

[s] *libro de Virginitate.*

[t] Ambroſ. [u] Baſil. [x] Hieronym. *Horam Tertiam* (inquit) *Sextam, Nonam, diluculum quoque, & Veſperas, nemo eſt qui neſciat,* Et infrâ. *Noctibus quoque bis terque ſurgendum.* Item: [y] *Mane, Hora Tertia, Sexta, Nona, Veſpere, noctis medio, per ordinem pſalterium cantabant.*

[t] *in Pſal. 118. & lib. 3. de Virginibus.*
[u] *in Regulis fuſius explicatis. q 37.*
[x] *epiſt. ad Euſtochium, de cuſtodia Virginitatis.*
[y] *de obitu Paulæ.*

Chryſoſt. [z] *Ante lucem; cum gallus vocem dederit, omnes ſtatim, cum reuerentiâ ſomnum deponentes exurgunt: excitante eos* Prælato: *& conſiſtunt, ſanctum conſtituentes chorum: & ſtatim manus extendentes, ſacros hymnos decantant:* Et infrâ. *Tertiam, Sextam, Nonam & Veſpertinas orationes celebrant: & in quatuor partes diem diſpartiti, dum ſingulæ partes implentur pſalmodiis & hymnis, Deum venerantur.*

[z] *homil. 59. ad Populum Antiochenum.*

Auguſt. [a] *Rogo vos ad Vigilas maturius ſurgite*

[a] *ſerm. 55. de tempore.*

Ad Tertiam, ad Sextam, ad Nonam ante omnia conuenite.

b 2. de Inſtit. cœnobiorum. [b] Ioan. Caſſian. [c] S. Benedict. *His* (inquit) *horis referamus laudes creatori noſtro. Matutinis, Prima,* *c cap. 16. Regulæ.* *Tertia, Sexta, Nona, Veſpere, Completorio, & nocte ſurgamus ad confitendum ei. Ratio inſtitutionis* huiuſmodi horarum eſt multiplex.

d Cypr. ſerm. 6. [d] Prima, *vt in honorem Trinitatis, tertiâ quaque hora, Deum laudemus.*

Secunda, *vt beneficium Creationis commemoremus: gratias agentes Deo.* Sex enim diebus creatio completa eſt: & die ſeptimo Deus requieuit. Additur autem *hora octaua*, id eſt, *officium nocturnum*, pro ſpe Reſurrectionis: quæ per diem octauum ſignificari ſolet. Noctu autem futuram eſſe Reſurrectionem Dominus admonet [e] Luc. 17.

e v. 34. & Math. 25. v. 6. Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit.

Tertia, *Ad memoriam Redemptionis conſeruandam. Hora* namque *Veſpertina*, Chriſtus celebrauit cœnam. *Completorij*, poſt orationem in horto, & ſanguinis ſudorem comprehenſus fuit ab inimicis: & ad Annam, ac Caipham ductus, variiſque modis illuſus. *Matutina hora*, initum eſt Concilium, & Conſilium Pontificum, ac Phariſæorum de perdendo Chriſto. *Prima*, ductus eſt ad Pilatum & Herodem. *Tertia*, crucifixus eſt vocibus Hebræorum: flagellis cæſus, & ſpinis coronatus à militibus Pilati. *Sexta*, crucifixus reipſa, immolauitque pro ſalute mundi, Sacrificium ſummum Patri. *Nona*, ſpiritum emiſit: ad inferos deſcendit, ſathanæ regnum deſtruxit. *Veſpertina*, de Cruce depoſitus eſt, & in ſepulchrum illatus *Completorij*, ſignatum & cuſtodiis ſeptum ſepulchrum fuit. *Matutina*, id eſt ſub Auroram reſurrexit: *Prima*, apparuit mulieribus. *Tertia*, deſcendit Spiritus ſanctus in Apoſtolos. *Sexta*, Petrus orans mandatum accepit, admittendi ad Eccleſiam *Actor. 10.* Gentiles: & eadem hora Paulus ad fidem Chriſti fuit conuerſus. *Nona*, Cornelius Centurio primitiæ gentium ad audiendum Petrum, ab Angelo [f] incitatus eſt.

De antiquitate ſingularum partium officij diuini.

CAP. XIIII.

PSALMI, & Cantica, in diuinis literis habentur, excepto *Te Deum laudamus* : quod [a] editum fuiſſe a BB. Ambroſio & Auguſtino, alternatim canentibus, ſtatim a Baptiſmo eiuſdem Auguſtini, teſtatur S. [b] Dacius Epicoſpus Mediolanenſis.

Hymnorum. 1. meminit [c] Paulus ac [d] Dionyſ. Areopagita. 2. Paulus Samoſatenus, qui ante mille, & trecentos vixit annos, cum prohibuerit Hymnos, ſequitur illos iam antea, in vſu Eccleſiaſtico fuiſſe. 3. Tolet. Concil. [e] 4. præcipit Hymnos [h] in officio retineti Eccleſiaſtico, à SS. PP. Hilario, atque Ambroſio compoſitis.

Lectiones præcipuè leguntur in officio nocturno partim ex ſcripturis: partim homilijs PP. partim vitis SS. Harum eſſe antiquiſſimum vſum probatur. 1. ex Iuſtino Apolog. 2. qua teſtatur, lectiones ex Prophetis, & Apoſtolis legi ſolitas in fidelium conuentu. 3. ex [f] Concil. Laodicen. ante 1200. quo ſtatuitur interſerendas eſſe lectiones Pſalmis. 4. ex [g] Carthag. 3. quo præſcribuntur lectiones, non ſolùm ex ſcripturis: ſed etiam ex vitis SS. Martyrum. [h] Hierony. quoque teſtatur legi conſueuiſſe in Eccleſia, poſt lectiones Apoſtolorum, & Prophetarum, ſermones S. Ephrem. 5. [i] Caſſianus refert à maioribus inſtitutum fuiſſe, vt in officio Nocturno 12. Pſalmi, & totidem lectiones pronunciarentur. 6. Gelaſius Papa, ante mille annos, ordinem lectionum [k] deſcripſit, tum ex ſcripturis, tum ex homilijs PP. 7. [l] Gregor.

a *&* ab *Eccleſia frequentatum.*
b 1. *Chronici* 10. *floruit ſub Iuſtino ſeniore.*
c *Coloſſ.* 3. *v.* 16. *&* *Epheſior.* 5. *v.* 19.
d 4. *diuinor. Nomin.*
e *càn.* 12.
f *cap.* 17.
g *cap.* 47.
h *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*
i 2. *de Inſtitutis cœnobiorum.* 5.
k *apud Gratianum diſt.* 15. *can. Sancta Romana.*
l *ante annos quingentos.*

VII. [m] reuocauit Breuiarium ad formam antiquam.

Benedictionis ante lectiones meminit [n] Petrus Damianus.

Reſponſoria poſt lectiones, iam erant in vſu tempore Sancti Benedicti : & fortaſſe inuenta ſunt à [o] B. Ambroſio:ac quidquid ſit, [p] ab Italicis Eccleſijs initium duxerunt.

Capitula, breuiſſimæ lectiones ſunt, in ſingulis horis diurnis, ex ſacris literis deprompta : horumque meminit Agathenſe Concil.cap.30.

Antiphona, ſignificat vocem reciprocam : ea eſt autem, in officio Eccleſiaſtico, [q] ſententia quæ Pſalmo concinendo præmittitur : quoniam ſecundum eius modulationem totus Pſalmus canitur, atque vtrumque chorum in fine coniungit. *Vſum Antiphonarum*, ſiue *per Antiphonas canere*, id eſt *alternatim* : exordium [r] ſumpſiſſe ſanctum Ignatium ex Angelica admonitione, & exemplo [s] teſtatur Socrates. Apud Latinos, Ambroſium introduxiſſe hunc vſum ſcribit [t] Iſidorus. Sed id de ſolo officio Eccleſiaſtico intelligendum videtur. Nam in Miſſa Pſalmum alternatim canendum tradidit Cœleſtinus Papa. Tertullianus etiam antiquior Ambroſio lib. 2. ad vxorem ait Pſalmũ inter duos ſonare.

[m] *vnde extat can. In Die : de cõſecrat. diſt.* 5.
[n] *lib. de, Dominus Vobiſcũ cap.* 2.
[o] *vt cenſet walfridus in libro de rebus Eccleſiaſt. cap.* 25.
[p] *ſicut referũt Iſidorus* 1. *officior. diuin. cap.* 8. *& Raban.* 2. *de Inſtit. Cleric.* 51.
[q] *Amalar.* 4. *officior. Eccleſ.* 7.
[r] *& Antiochenæ Eccleſia tradidiſſe.*
[s] 6. *hiſtor.* 8.
[t] 1. *offic. diuinor.* 7.

De Antiphona, Salue Regina.

CAP. XV.

HANC Antiphonam (quam Hermannus Cõtractus compoſuit) maxime execrantur [a] hæretici : quod multa contineat, quæ ſoli Deo competere videntur. Sed quomodo intelligenda ſint proximè patebit.

[a] *Luther. ſer. de Natali B. Mariæ Petrus Mart. in* 3. *prioris Corinth.*

Primò, ergo vocatur B. Virgo *Regina*, tum quia

omnes Beati ſunt reuera [b] reges. tum quia cum ſit Mater Regis Regum, quidni merebitur Reginæ nomen?

Secundò, *Mater miſericordiæ.* tum quia Chriſti mater eſt: per quem, à Deo miſericordiam conſequuti ſumus. tum quia nobis quotidie miſericordiam à Deo precatur, & impetrat. tum quod phraſi Hebraica, idem ſit *Mater miſericordiæ*, ac *valdè miſericors.*

Tertiò, *Vita*: non quod ſit ipſa, per eſſentiam, vita: ſed quia Chriſtum peperit, & per eum ſit facta Mater omnium viuentium in ſpiritu: quomodo prima mulier dicta eſt Eua [c] חַוָּה *Chauuah*, id eſt vita: quod futura eſſe mater viuentium.

Quartò, *Dulcedo.* tum quia innumerabilibus beneficijs conſolatur afflictos. [tum quia reuera, ingens pelagus dulcedinum ſpiritualium eſt.]

Quintò, *Spes noſtra*: quoniam poſt Dominum, in ipſius potiſſimùm interceſſione confidimus. *Hæc peccatorum ſcala* (inquit [d] Bernard.) *hæc mea maxima fiducia eſt: hæc tota ratio ſpei meæ.*

Sextò, additur: *Et Ieſum benedictum, &c. nobis poſt hoc exilium oſtende.* Quia ſi Apoſtolo licuit dicere: [e] *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* Quare non licebit Eccleſiæ precari B. Virginem: vt poſt hoc exilium nobis Chriſtum oſtẽdat? cum id non ſit magis difficile, quam ſaluare. Præclarè. Ergo dixit S. Ephrem: [f] *Intemerata, prorſuſque pura Virgo Deipara, Regina omnium, ſpes deſperantium.* Et infra: *Tu portus procellis vexatorum: ſolatium mundi, carcere clauſorum liberatrix: tu orphanorum ſuſceptio: tu captiuorum redemptio: tu ægrotantium exultatio, & omnium ſalus.* Et infra. *Sub alis tuis cuſtodi me, & protege: miſerere mei, qui ſum luto inquinatus.* Item: *Non mihi alia fiducia, ô Virgo ſacrata.* Et infra: *Aue pax, gaudium, & ſalus mundi.*

---

[b] *Math. 5. v. 4. & cap. 25. v. 34. venite benedicti patris mei: percipite Regnum, &c.*

[c] *Geneſ. 3. v. 20. à verbo* חָיָה *Chaiah, vixit.*

[d] *ſerm. de Aquæductu: & Ephrẽ ſerm. de Deipara.*

[e] 1. *Cor.* 9. *v.* 22. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. 1. *Timoth.* 4. *v.* 16. *Iacobi* 5. *v.* 20.

[f] *ſupr. apud Lipomanum. to. 8. vide etiã Bernard. ſerm. 4. de Aſſumpt.*

An cantus in officio Eccleſiaſtico ſit adhibendus.

CAP. XVI.

NEGAVERVNT adhibendum Hilarius quidam apud [a] Auguſtinum, [b] Henricus, & Petrus Bruis, [c] wiclef, & [d] Trinitarij Tranſyluani.

Affirmat retinendum Eccleſia Catholica: Primò, exemplo Angelorum, Luc. [e] 2.

Secundò, [f] exemplo, & [g] admonitione Danidis. [h] Nec enim inſtrumenta muſica erant propria populi Iſraelitici ſed erant omnibus gentibus communia: vt genuflexio, tunſio pectoris, &c.

Tertiò, exemplo Hebręorum approbato à Chriſto, clamantium: *Benedictus qui venit in nomine Domini: oſanna in excelſis.* Math. 21. v. 9. Marci 11. v. 10. & Ioan. 12. v. 13.

Quartò, exemplo Chriſti. [i] Math. 26. v. 30.

Quintò, exemplo Pauli, & Silæ [k] qui in carcere *προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν θεόν: orantes laudabant Deum.*

Sextò, ex Apoſtolico præcepto: *in Pſalmis* (inquit [l] Paulus) *& Hymnis & Canticis ſpiritualibus, cantantes Deo.*

Septimò, ex Concilijs: Laodicen. [m] *Nulli alij in Eccleſia Pſalmos canant, præter eos qui cantorum funguntur officio.*

[n] Concil. Rom. *Vt Diaconi non canant in Eccleſia niſi Euangelium. Lectiones cæteras, vt etiam Hymnos, & Pſalmos ab inferioribus Clericis decantari ſinant.*

[o] Carthag. 4. *Cantor poteſt, abſque ſcientia Epiſcopi,*

[a] 2. *Retract.* 11.
[b] *apud Petrũ Cluniac. epiſt. ad omnes Epiſcopos cap. vlt.*
[c] *Apud waldenſ. tom. 3. tit.* 2.
[d] *libro* 2. *cap.* 1. *ac in antitheſibus Chriſti veri, & falſi.*
[e] *v.* 13. 14.
[f] *qui plurimos compoſuit Pſalmos.*
[g] *Pſal.* 150. *v.* 3. 4. 5. 6.
[h] *non enim inſtituta erant ad ſignificandum aliquod myſterium: ſed excitandos animos ad Deum laudandum.*
[i] *vide tom.* 3.
[k] *Actor.* 16. *v.* 25.
[l] *Coloſſ.* 3. *v.* 16. ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς, πνευματικαῖς, ἐν χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ θεῷ, *in gratia cantantes, in corde veſtro, Deo.*
[m] *can.* 15. [n] *ſub Gregorio.* 1. [o] *can.* 10.

ſola iuſsione presbyteri officium cantandi ſuſcipere, &c.

Toletan.4. [p] *De Hymnis, & Pſalmis canendis publicè, in Eccleſia: & Saluatoris, & Apoſtolorum habemus exemplum.*

Agathen.in Gallia. [q] *Hymni diebus ſingulis decantentur.* Aquiſgranenſ. in Germania: [r] quo monentur Eccleſiæ Cantores: *vt ædificationem, non adulationem populi quærant: dum ſacras lectiones, & pſalmos atque hymnos, modulatis vocibus canunt.*

Octauò, ex PP. Dionyſ. [s] 7. Eccleſiaſt. Hierarch. par.2. Tertull. in Apologet. cap 2. & 39. Euſeb. 2. hiſtor. 17. Baſil. epiſtola 63. Hilar. [t] *Audiat orantis populi conſiſtens quis extra Eccleſiam, vocem: ſpectet celebres hymnorum ſonitus.* [u] Ambroſ. [x] Hierony. [y] Chryſoſt. [z] Auguſt.

Nonò, quia pia cantica accendunt ad deuotionẽ animos. *Quantum* (inquit [a] Auguſt.) *fleui in hymnis, & canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter*, &c. Item: [b] *Sine dubitatione faciendum eſt, maxime illud quod ſcripturis defendi poteſt, ſicut de hymnis & pſalmis canendis: cum & ipſius Domini, & Apoſtolorum habeamus documenta, & exempla, & præcepta, de re, tam vtili ad monendum pie animum, & accẽdendum diuinæ lectionis affectum.*

Decimò quia faciliùs, libentiùs, & prolixiùs officium diuinum perſoluitur: dum cantus iucunditate conditur.

Vndecimò, hoc modo teſtamur Ethnicis, & hæreticis nos non erubeſcere fidem noſtram: cuius dogmata palam decantemus.

Duodecimò, teſtamur legem Dei, nobis eſſe iucundam.

Decimo tertiò, perfectum reddimus obſequium Deo: id eſt, *animo*, per ardentiſſima vota: & corpore, per cantus. Eleganter ergo Iuſtinus: [c] *Excitat* (cantus Eccleſiaſticus) *cum voluptate quadam, animum ad flagrans eius, quod carmine celebratur, deſiderium: affectiones & concupiſcentias carnis ſedat: cogitationes malas inimicorum, quos cernere non eſt, ſuggeſtione*

[p] *cap.*12.
[q] *cap.*21.
[r] *cap.*132. 133.
[s] *quo meminit cantus Eccleſiaſtici in ſepeliendis mortuis.*
[t] *in Pſal.*63.
[v] *oratione de tradendis Baſilicis.*
[x] *epiſt. ad Oceanum de obitu Fabiolæ: & altera de obitu Paulæ.*
[y] *homil.*56. *in Math.* & 59. *ad populum Antioch.*
[z] 9. *Confeſſ.* 7. & *lib.*11. *cap.* 33.
[a] 9. *Confeſſ.* 6.
[b] *epiſt.* 119. *cap.*18.
[c] *reſponſione ad q.* 107.

oborientes, amolitur : pietatis decertatores ,generoſos , & fortes , per conſtantiam , in rebus aduerſis efficit : omnium rerum quæ vitæ , triſtes , & luctuoſæ accidunt , pijs adfert medicinam : Mentes ad fructificationem diuinorum bonorum rigat: Gladium ſpiritus , hoc Paulus appellat in armamentario : vbi contra inuiſibiles aduerſarios, milites veræ pietatis ſuis inſtruit armis. Verbum namque Dei eſt, & quod animi cogitatione , quod carminis præludio, quod carmine ipſo celebratur , ac dæmones fugat atque depellit: Et in rebus omnibus, quæ pijs eueniunt, animus, veræ pietatis virtutibus per carmina Eccleſiaſtica, perficitur.

Soluuntur obiectiones.

Cap. XVII.

PRIMA, [a] Helias irridens Prophetas Baal: *Clamate* (inquit) *voce maiori: Deus enim eſt, & forſitan loquitur*, &c.

Reſpondeo, Heliam non irridere illos quòd clamarent : ſed quod Deum inanem inuocarent. Alioquin ſi clamor debeat reprehendi arguatur [b] Chananea, [c] Chriſtus, & [d] Stephanus.

Secunda, [e] Anna Elcanæ tacita orabat : quam geſſiſſe figuram Eccleſiæ, [f] Cyprianus teſtatur.

Reſpondeo, hîc de priuata: nos de publica oratione agere.

Tertia: Dominus oraturos [g] iubet in cubiculum intrare ac in ſilentio orare.

Reſponſio eadem.

Quarta, [h] *Pſallentes* (inquit Paulus) & *cantantes in cordibus*, &c. In quem locum Hierony. *Audiant* (inquit) *hi quibus pſallendi in Eccleſia officium eſt . Deo, non voce: ſed corde canendum: nec in tragœdorum modum, guttur & fauces dulci medicamine colliniendas , vt in Eccleſia theatrales moduli audiantur*, &c.

[a] 3. Reg. 18. v. 27.
[b] *Math. 5. v.* 22.
[c] *Hebræor. 5. v. 7.*
[d] *Actor. 7. v.* 59.
[e] 1. Reg. 1. v. 13.
[f] *ſerm. 6.*
[g] *Math. 6. v. 6.*
[h] *Epheſior. 5. v. 19.*

Reſpondeo, tam Apoſtolum, quam Hierony. ſolum velle:non eſſe,ſola voce, Deo cantandum: ſed præcipue corde. vnde idem Hierony *Sic cantet ſeruus Chriſti, vt non vox cantantis : ſed verba placeant, quæ leguntur.*

Quinta, idem [l] Hierony. ait, titulum orationis Habacuh, non debuiſſe verti: *Oratio Habacuh cum cantico:ſed,pro ignorantiis*, quoniam non decet orantem canere. Ergo non debent ſaltem Collectæ,& ipſa Dominica oratio,cantari.

Reſpondeo,neque illas proprie cantari : ſed tantùm clarè,& diſtinctè cum vocis quadam inflexione pronunciari,quæ ſupplicantis indicet affectum, quæ autem proprie cantantur non puræ ſunt preces:ſed Hymni,ac Pſalmi,quibus laudes continentur Dei.

Sexta, [k] Clemens Alexandr. inſtrumentorum vſum Muſicorum improbare omnino videtur.

Reſpondeo.1. eum non loqui de officio Eccleſiaſtico:ſed de conuiuiis.2. neque reprehendere omnino huiuſmodi vſum : ſed ſolùm ei anteponere cantum ſolius humanæ vocis. Cum enim viſus eſſet improbare generaliter omnia inſtrumenta muſica,addit tamen:*Etſi ad lyram,vel cytharam canere & pſallere noueris:nulla in te cadet reprehenſio. Hebræorum iuſtum Regem imitaberis, qui Deo eſt gratus & acceptus.*

Septima, [l] Iuſtinus ait hunc vſum fuiſſe Iudæis conceſſum, ob imperfectionem ipſorum : ac ideo in Eccleſia locum non habere inſtrumenta muſica.

Reſpondeo : illa retineri in Eccleſia etiam propter infirmos:& ideo ſero admitti cœperunt : nimirum [m] tempore Vitaliani Papæ: vel [n] Ludouici Pij.

l *lib.1.in Habacuh.*

k *2.Pædagogi.4.*

l *q.107.*

m *iuxta Platinam.*

n *iuxta Aimoinum. 4. de geſtis Francorum 114.*

De requiſitis ad officium perſoluendum.

Cap. XVIII.

PRimò, requiritur, *Integritas officij* tum vt nulla horarum canonicarum prætermittatur. Alioquin qui prætermitteret ſciens, nec legitime impeditus, mortaliter peccaret. tùm vt ſingulæ partes horæ, ſicut Pſalmi, hymni, &c. diſtinctè, & integrè pronuncientur. Nam qui dimidiata verba ſolent pronunciare [in notabili quantitate] non ſatisfacere officio [merito] [a] Nauarra iudicat.

Secundò, *Ordo*: ideſt vt Priores horæ, prius perſoluantur. Si tamen poſterius recitarentur, non ideo eſſet repetendum officium, iam dictum. Inter *officium* autem, & *miſſam* nullus videtur eſſe eſſentialis, ordo tamen qui celebraret abſque graui neceſſitate, Matutino non expleto, mortaliter peccaret, [b] vt communis ſententia docet: quam tutius eſt ſequi.

Quod ſi quis ante ortum Solis, celebraret: rectius faceret, poſtponere, quam anteponere Primam.

Tertiò, *Qualitas*, nimirum vt clerici certæ Eccleſiæ addicti ſuarum Eccleſiarum: Monachi, ſuorum ordinum, formam officij ſeruent.

Et quamuis [c] Caietan. velit, eos non peccare læthaliter, ſi prætermiſſo officio proprio, Breuiarium Romanum eligant: non tamen id certum, & tutum eſt: niſi fiat de Epiſcopi, & totius Capituli conſenſu 1. quia ſicut ideo Clericus tenetur ad Officium: quia Eccleſiæ mancipatus eſt: ſic tenetur ad tale, vel tale officium, quia tali, vel tali Eccleſiæ aſtrictus 2. non fuiſſet opus, [d] Concilium Viennenſe indulgere Clericis, & Monachis vt of-

[a] *in cap. 25. Enchiridij Num. 98. vide D. Bernard. ſerm. 47. in Cantica.*

[b] *Antoninus par. 3. titulo 13. cap. 6. §. 4. Palud in 4. diſt. 13 q. 2. ar. 2. Hoſtienſ. in Summa tit. de conſecr. Eccleſiæ diſt. 2. Nauarr. in Enchiridio de orat. cap. 21. num. 30.*

[c] *in Summa.*

[d] *Clementina: Dignum: de celebratione Miſſ.*

ficium diuinum recitare poſſent iuxta formam officij Epiſcoporum, vel Cardinalium cum quibus forte viuunt: niſi ex præcepto tenerentur ſequi formam Eccleſiarum ſuarum, vel ordinum.

Qui autem ad ſolum patrimonij titulum ordinantur his liberum eſt ſequi formam cuiuſcumque Eccleſiæ: rectius tamen facient vſum Eccleſiæ ſequi apud quam ordinariè verſantur.

Quartò, *Locus*, is enim publicarum precum eſt *Eccleſia*, qui autem priuatim recitant [e] vbique id facere poſſunt.

Quintò, *tempus*: nimirum, *ſpatium inter veſperam vnius Dei, & mediam noctem alterius*: vt vitetur peccatum mortale. Nomine autem veſperæ, *intelligitur tempus officij veſpertini*: Vt autem veniale vitetur, non eſt ſcienter recedendum [f] notabiliter a tempore ſtatuto vniuſcuiuſque horæ, niſi obſtet rationabilis conſuetudo.

Sextò, *Attentio*: quæ triplex eſt: vna ad verba: Altera ad Senſum: Tertia, ad Deum. Vnaquæque autem earum ſuffioit: etiam ſolùm virtualis, quæ voluntarie non interrumpatur [in ipſa recitatione officij, ideſt vt aliud voluntariè attendas dum actu recitas quam requirat vna, harum Attentionum.]

Septimò, *Deuotio* 1. *interna*, ſcilicet promptitudo animi ad Deum laudandum, ac precandum 2. *externa*, nimirum ad ritus externos, vt genuflexionem, cantationem &c.

[e] *niſi obſtet (extra tamen neceſſitatem) loci turpitudo.*

[f] *cenſetur is notabiliter recedere: qui tunc alicuius horæ officium perſoluit, cum verba quæ legũtur, aut cantantur, nulla ratione cum tẽpore conueniũt, vt ſi quis ante lucem dicat: Iam lucis orto ſydere, &c.*

Qui teneantur, ſiue deputentur ad officium diuinum.

CAP. XIX.

HI ſunt [a] Clerici, ac Monachi: Et quidem merito,

Primò, quia in veteri Teſtamento non totus populus: ſed ſoli Leuitæ, Pſalmos ex officio publice [b] decantabant.

Secundò, Apoſtoli fuerunt primi [c] qui relicta, temporalium curâ munus ſuum proprium eſſe dixerunt, Verbo Dei, & orationi, ſine intermiſſione inſtare.

Tertiò, Si Reſpublica temporalis ſuos habet milites, qui diu noctuque ad cuſtodiam excubant ciuitatis: cur id non conueniet ſpirituali Reipublicæ, id eſt Eccleſiæ, iuxta illud: [d] *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes: tota die, ac nocte in perpetuum non tacebunt.*

Quartò, ad cætera munera certi homines deputatur. Nec enim omnes sũt iudices: patroni &c. Quidni Ergo certi deputabantur ad orandum Deum: præſertim cum reliquus populus ad alia ſit occupatus?

Porrò, Clerici, & Monachi tenentur quidem ex iure diuino, ad vacandum precibus, ac laudibus Dei, magis quam cæteri: tamen non niſi iure obligantur humano ad quandam orandi præſcriptam formam.

Beneficiati autem qui ſuum non recitant officium diuinum [e] carere debẽt fructibus beneficiorum ſuorum. Quod ſi perceperunt eos: reſtituere tenentur.

[a] *vide Gratianũ diſt. 92. can. Finali. Item Decretal. epiſt. cap. Preſbyter: de celebrat. Miſſ. & cap. Dolentes: eod. tit. Concil. Cabilonẽſe can. 59. Mogunt. ſub Rabano can 16. Et Lateranenſ. ſub Leone 10. ſeſſ. 9.*

[b] *1. Paralip. 15.*

[c] *Actor. 6.*

[d] *Iſaiæ 62. v. 6.*

[e] *Concil. Lateran. ſub Leone 10. ſeſſ 9. §. Statuimus. Et conſtitutio Pij V. apud Nauarrum cap. 25. Num. 122.*

LIBER SECVNDVS

Qui eſt

De ieiunio.

De nomine, & varia acceptione ieiunÿ.

CAP. PRIMVM.

NOMEN *Ieiunÿ*: abſtinentiam à cibo ſignificare videtur: Græcè namque ieiunare eſt νηστεύειν quaſi τὸ μὴ ἐσθίειν, *non Edere*: *Ieiunium* autem, eſt Quadruplex. *Spirituale*: ſcilicet a vitiis abſtinentia: *Morale*: parcimonia nimirum, & temperantia cibi & potus, ad ſobriè, & modeſtè viuẽdum: *Naturale* abſtinentia ab omni prorſus cibo, vel potu, quacumque ratione ſumpto: *Eccleſiaſticum*: videlicet Abſtinentia cibi per modum alimenti, ſecundum Eccleſiæ regulam aſſumpta. Aſſumitur autem vel voluntarie, aut ex voto, aut ex præcepto.

Dicitur, *per modum alimenti*. Tria ſiquidem per os traiiciuntur ad ſtomachum 1. quæ per ſe referuntur ad corpus alendum: & hæc proprie cibi dicuntur. 2. quæ tantum ad digeſtionem iuuandam, vel reſtingendam ſitim aut depellendos morbos ordinantur: quamuis alioquin etiam nutriant. 3. quæ referuntur ad depellendos, vel vitandos morbos. primi ergo generis, tantum in ieiunio Eccleſiaſtico prohibentur.

Vnicam in ieiunio refectionem eamque [iuxta ritum antiquum] cænam eſſe debere non prandium.

CAP. II.

PROBATVR [a] primò, exemplis ſcripturæ Iudic. [b] 20. *ieiunauerunt in illa die vſque ad veſperam.* Item: [c] 2. Reg. *ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul.*

Secundò, ex PP. Athanaſ. [d] *Poſt communionem hora nona, comede panem tuum, gratias agens Deo ſuper menſam tuam.*

Baſil. [e] *Expectas veſperam vt cibum capias.* Epiph. [f] *Quarta & Proſabbatho ieiunium ſtatum eſt, vſque ad horam nonam.*

Ambroſ. [g] *Indictum eſt ieiunium: caue ne negligas. Et, ſi te fames quotidianum cogit ad prandium, vt intemperantia declinet ieiunium: tamen cæleſti magis te ſeruato conuiuio: non epulæ paratæ extorqueant, vt cæleſtibus ſis vacuus Sacramentis. Differ aliquantulum: non longe eſt finis diei.*

Hierony. [h] *A Paſcha, vſque ad Pentecoſtem, cœnæ mutantur in prandia, quo & traditioni Eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato.*

[i] Prudent. [k] Paulin. [l] Chryſoſt. *Non exiſtimemus mediam vſque ad veſperam, ad ſalutem nobis ſufficere.* Auguſt. [m] epiſt. 86. Caſſian. [n] ſcribit, horam capiendi cibum tempore ieiunij eſſe horam nonam. Benedict. in Regula: [o] *Quarta, & ſexta feria ieiunabant: Et tamẽ ſemel tantùm comedebant in die. Ergo ad ieiunium requirebatur, non ſolùm, ſemel comedere: ſed debebatur refectio ad veſperam ſumi.*

[a] [*vide Francolinum cap.* 31. *& ſeqq.*]
[b] *v.* 26.
[c] *cap* 1. *v.* 12. *& cap* 3 *v.* 35.
[d] *libro de Virginitate.*
[e] *orat.* 1. *de Ieiunio.*
[f] *in fine librorum aduerſus hæreſes.*
[g] *ſerm.* 8. *in Pſal.* 118.
[h] *epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis. Quo etiam in loco docet fuiſſe ſolitos Monachos non ieiunare à Paſcha vſque ad Pentecoſtẽ: quia tunc temporis prandebant:*
[i] *Hymno poſt ieiunium.* [k] *epiſt. ad Amandum.*
[l] *homil.* 4. *in Geneſim, cùm loquitur de Quadrageſimæ ieiunio.*
[m] *& epiſt.* 118. *cap.* 7. [n] *Collat.* 21. *cap.* 23. [o] *cap.* 14.

nent vſque ad nonam. Et infra. *Ab initio Quadrageſimæ vſque ad Paſcha ad veſperam reficiant.*

Bernard.[p] *Hactenus vſque ad Nonam ieiunauimus ſoli, nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum vniuerſi reges & principes, clerus, & populus,* &c.

Denique inauditum eſt apud veteres ieiunium ſolui ante horam Nonam: quæ eſt tertia poſt meridiem, qui enim ieiunant, Chriſto compatiuntur. At vſque ad Nonam, Chriſtus ſuſtinuit dolores in cruce: atque in illa hora requieuit ab eis.

Obiicit[q] Kemnitius: alium iam eſſe morem. Nam cibus in meridie ſumitur: cui ad veſperam additur cænula.

Reſpondeo, 1. id non imperari ab Eccleſia ſed tolerari. 2. determinationes hac de re, iuris eſſe humani: & proinde contraria conſuetudine, tacito Prælatorum conſenſu, probata potuiſſe hunc abrogari vſum. 3. non ſine cauſa ſumi nunc in meridie cibum. Nam ideo differebatur antiquiùs in nonam: quia ſolebant antiqui, meridie, prandere. Viſum eſt autem ſatis, ad edomandam carnem ieiuniumque celebrandum ſeriùs tribus horis ad refectionem accedere. At poſterioribus temporibus, maxima pars prandere ſolet, tertia hora matutina: quare eadem proportio ſeruabitur: ſi meridie cibus nunc ſumatur in ieiunij diebus.

Hæreſes circa ciborum delectu.

CAP. III.

PRIMA,[a] *omnium animantium carnes immundas eſſe aſſerit.*

[b] Secunda, *ſolum vinum immundum dicebat.*

Contra. vtramque Apoſtolus diſputat. 1. Timoth. 4.

[p] *ſerm.* 3. *de Quadrageſima.*

[q] 4. *par. Exam. pag.* 516. 517.

[r] *Geneſ.* 43. *v.* 25. *colligiturque ex* 2. *Eſdræ.* 8. *v.* 3. *cũ* 10. 12. *Danielis.* 13. *v.* 7. *cum* 13. *Ioan.* 4. *v.* 6. 8. *Act.* 9. *&* 10. *v.* 10. *Caſſian. coll.* 21. *cap.* 23 *Benedict. cap.* 41. *Regal. Gregor.* 3 *Dialog.* 15.

[a] *Ebionitarũ apud Epiph. hæreſi* 30. *Encratitarũ apud Auguſt. hæreſ.* 25. *Euſtathianar. apud Socratem* 2. *cap.* 33. *Priſcillian. apud Aug. hæreſi* 70. *Apoſtolicor. apud Bernard. ſerm.* 66. *in Cantica.*

[b] *Manichæor. apud Aug. hæreſi.* 46. *Mahometi* 3. *capite Alcorani.*

Tertia, [c] *nullos omnino cibos: nec in perpetuum: nec ad tempus: neque omnibus: neque quibuſdam: neque abſolutè: neque certa de cauſa interdici debere.* Contra quam nobis eſt diſputatio.

[c] *hæreticorum omnium huiuſce temporis. & ante eos, Nicolaitarum, & Valentinianorum apud Irene.1.cap 1. & 27. ac Iouiniani apud Hiero. 2. in Iouin. & apud Auguſt. cap.82.libri de hæreſib.*

Calumnia hæreticorum huiuſce temporis.

Cap. IIII.

Calvmnia: [a] *Pontificij cum Tatianis, Manichæis & Priſcillianiſtis, cibos quoſdam natura immundos putant.* Probatur.

[a] *Kemnit.4. par. Exam.*

Primò, Pontificij prohibent carnes, eo quod Deus maledixerit terræ: non autem aquæ: & quia Chriſtus non legitur carnes comediſſe: ſed panem, piſces, ac mel. Ergo ſentiunt carnes eſſe maledictas.

Secundò, caro, iuxta Pontificios, concupiſcentias excitat. Ergo iuxta eos eſt immunda.

Tertiò, curant benedici carnes ab Eccleſiæ miniſtro, cum his vti volunt: Ergo ſentiunt eas eſſe immundas: quando non benedicuntur.

Contra. 1. illi hæretici antiqui, nullo tempore comedebant carnes, & comedentes damnabant.

At Catholici, extra tempus Quadrageſimæ veſcuntur carnibus: quique Religioſi, ex ſua profeſſione, à carnibus perpetuò abſtinent non damnant cæteros: aut carnes vt immundas execrantur.

Secundò, Ebionitæ, Tatianiſtæ, Manichæi, & Priſcillianiſtæ etiam piſces deteſtabantur: quod minime Catholici faciunt.

Tertiò, PP. qui veteres illos arguunt hæreticos: delectu ciborum nobiſcum vtebantur. Ergo alia ratione, Eccleſia: alia antiqui hæretici à carnibus abſtinent.

Quartò, Catholici à carnibus abſtinent, ob Continentiæ, & purioris vitæ rationem. At illi hæretici abſtinebant: quia carnes iudicabant immundas.

Ad primam, negatur Antecedens. Nam ratio huius prohibitionis eſt, Eccleſiæ beneplacitum ad carnis petulantiam edomandam: [colendum hoc cultu Deum: puriùs rebus ſacris vacãdum: Pœnitentiæ opera exhibendum.] quibus quidam addunt congruentias illas in argumento poſitas: ſed inde nequit ſolidum duci argumentum.

Ad 2. Antecedẽs verum eſſe de immoderato eſu. Negatur verò conſequens: *Non ego* (inquit [b] Aug.) *immundiciem obſonij timeo: ſed immundiciem cupiditatis.*

[b] 10. *Confeſſ. cap.* 31.

Dices: quare ergo Eccleſia non prohibet ſolum immoderatum carnium vſum?

Reſpondeo, quia ipſo iure naturali diuino, immoderatus vſus prohibetur. Particulatim autem definire quantum quiſque ſumere debeat, non eſſe Eccleſiæ poſſibile: cum varia ſit corporum complexio. Quare cùm Regula communis præſcribi deberet, opus fuit legem circa qualitatem, non autem circa quantitatem, ferri.

Ad 3. negatur conſequens. 1. quia ſequeretur fideles toto fermè anno à carnibus abſtinere. Nam communiter ita benedicuntur carnes ſolum in Paſchate. 2. ſequeretur Eccleſiam abſtinere, ab oleribus, aqua, pane, &c. quia etiam iſta benedicuntur. 3 eam vti poſſe in Quadrageſima carnibus: nimirum adhibita benedictione.

Quod verò in benedictione aquæ petitur à Deo expelli diabolum, & fieri aquam in ſalutem animæ & corporis. Non arbitramur propterea, inquinari à diabolo aquam: vt ea nobis non liceat vti: ſed diabolum, malè aliquando vti creaturis. Quare merito precamur, ne id fieri Deus permittat.

Ad rationem ieiunij abſtinentiam à certis cibis, & potiſſimum à carnibus pertinere.

CAP. V.

[a] *cap.10.v.2. & 3.* PRIMÒ, Danielis exemplo: [a] *In diebus illis ego Daniel lugebam, trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi: & caro, & vinum non introierunt in os meum.*

[b] *Math.3.v.4.* Secundò, Ioannis Baptiſtæ: [b] cuius victus erat ſolùm locuſta, & mel ſylueſtre.

[c] *orat. de pauperum amore.* Tertiò, Sancti Petri: qui [c] teſte Nazianzeno, penè ſemper ieiunans, tantummodo ſumebat lupinos minuto aſſe veneuntes.

[d] *2. Pædag.1.* Quartò, Mathæi: qui oleribus, baccis, & ſeminibus ſolùm veſcebatur, [d] teſte Clemẽte Alexandrino.

[e] *in Euſebio 2. hiſtor. 17.* [f] *hæreſi 29.* [g] *Catech.4.* [h] *orat.1. de ieiunio.* [i] *hom. 6. in Geneſ.* [k] *30. in Fauſtum c.* [l] *Aug. ſup.*

Quintò, ex Eccleſiæ praxi apud [e] Philonem, [f] Epiphanium, [g] Cyrillum, [h] Baſil. [i] Chryſoſt. [k] Auguſt. [l] Hierony. [m] Theodoret.

Sextò, [l] finis ieiunij eſt corporis concupiſcentias edomare. At non potuit regula conſtitui certa, circa quantitatem cibi ſumendi: vel circa lautitias, & condimenta ciborum. Hæc enim infinitis variantur modis: & quod vni eſt multum, alteri parum eſt: quod vni lautum, alteri non lautum. Debuit ergo Regula, penes abſtinentiam conſtitui, in aliquo genere cibi, qui, ex genere ſuo, vt plurimum nutriat: magis, & magis delectet: qualem eſſe pecorum, & auium carnem, omnes concedunt.

[m] *4. parte Exam. pag. 442.* Obijcit [m] Kemnit. Primò, in ſcripturis Teſtamenti veteris ieiunia definiri per vnicam comeſtionem: eamque ad Veſperam ſumendam: nihil autem præſcribi circa ciborum delectum.

Secundò, magis pugnat cum ieiunij fine, ventrem optimis repleri piſcibus ac fructibus lautè præparatis, quam modicum ex carnibus ſumere fumo duratis: arido caſeo: vel rancido butyro.

Tertiò, magis irritatur concupiſcentia per vini potum, quam per eſum caſei, & ouorum: & tamen non prohibetur vinum.

Ad primum: veteres, ieiunando, comediſſe carnes, non niſi ex ſua ſuſpicione Kemnitius habet. Nec enim id ſcriptura dicit: nos contrarium habemus ex Danielis exemplo.

Ad 2. hanc repugnantiam eſſe per accidens, nimirum ratione immoderationis. Nam cæteris paribus, magis repugnat fini ieiunij eſus carnium, quam piſcium.

Ad 3. reſpondeo 1. in locis calidioribus, vt in [n] Oriente celebrari ieiunium cum abſtinentia vini: in frigidioribus non item: quia id nimis ſanitati obeſſet, plurimis. 2. eſum carnium eſſe principaliorem libidinis cauſam, quam ſit vini potus. Nam ille libidinis cauſa eſt: quia materiam generationis miniſtrat: hic, quia calefaciendo corpus, libidinem prouocat. Sed illa prouocatio, ſi materia generationis non grauet, facile pacari poterit. At etſi vini inflammatio deſit: materia tamen generationis, ſtimulare non deſinit.

[n] *Baſil. orat. 1. de ieiunio, Cyrill. Catech. 4. Theophil. 3. libro Paſchali, Chryſoſt. hom. 6. in Geneſ.*

Jeiunium in genere eſſe lege diuina præceptum.

CAP. VI.

NEGANT aduerſarij: Probatur tamen noſtra ſententia, Primò, Ioelis 2. [a] *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu*, &c. Item: [b] *Canite tuba in Sion: ſanctificate ieiunium*, id autem cum non ſit cæremoniale vel iudiciale, ſed morale, plane ad nos etiam pertinebit.

[a] *v. 12.*

[b] 15.

[c] *Math. 6. v. 17.* σὺ δὲ νηστεύων, ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν.

Secundò, cum Dominus dixit: [c] *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum*, præſupponit aliquod tempus quo ex præcepto ieiunandum erat. Alioquin id fruſtra diceret. Per ieiunium autem intelligi nequit ibi moderatio cibi. Nam hæc, omni tempore eſt obſeruanda. Ad Dominus loquitur de re, quæ fit aliquando: ſed non ſemper.

[d] *epiſt. 86.*

Tertiò, ex PP. Auguſt. [d] *Ego in Euangelicis, & Apoſtolicis literis, totoque inſtrumento, quod appellatur Teſtamentum nouum, animo id reuoluens: video præceptum eſſe ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare: & quibus oporteat: præcepto Domini, vel Apoſtolorum non inuenio definitum.*

[e] *ſerm. 4. de ieiunio decimi menſis.*

Leo: [e] *Sicut permanet ad intelligentiam Chriſtianam, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, & cætera talia mandatorum: ita quod in eiſdem libris, de ieiuniorum ſanctificatione præceptum eſt, nulla interpretatione vacuatur.*

Quartò, *peccata vitare: tentatori reſiſtere*: ac *ſatisfacere pro culpis* eſt iuris naturalis. Ergo ſi aliter nequeat ſatisfactio exhiberi: aut peccatum vitari: vel tentatio excludi, quam ieiunio: id obſeruandum ex præcepto, erit.

[f] *7. in Leuit. 27.*

Obijcitur Primò [f] Heſichius, docens ieiunium à Domino fuiſſe præceptum.

Reſpondeo: eum loqui de præceptis Decalogi. Hæc enim ad iuſtitiam: ieiunium autem ad Temperantiam pertinet.

[g] *cap. 3. hiſtoriæ Religioſæ.*

Secundò, [g] Martianus apud Theodoret. affirmat charitatem eſſe ieiunio præſtantiorem: quia charitas eſt præcepta: ieiunium quiſque, pro arbitrio, ſuſcipit.

Reſpondeo: agere de ieiunijs voluntarijs: quibus, proculdubio, eſt præferenda charitas proximi.

Lege Eccleſiaſtica obligari in conſcientia fideles ad certa quædam ieiunia, & ciborum delectum.

CAP. VII.

NEGANT [a] Euſthatiani, & Æriani: ac noſtro tempore omnes hæretici. Probatur tamen Catholica ſententia.

Primò, [b] Ionadab potuit obligare filios ad vini abſtinentiam. Quidni ergo mater Eccleſia poterit filios ſuos in conſcientia obligare, ad abſtinentiam carnium?

Secundò, [c] Mardochæus præſcripſit ieiunium à toto populo ſuſceptum: & Zach. 8. [d] mentio fit ieiuniorum quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis. Ergo Eccleſia antiqua ius ſanciri ieiunia habebat. Igitur ſimile quoque ius Eccleſia præſens habebit.

Tertiò, ex Concilijs can. 68. Apoſtolor. [e] Concil. Gangrenſ. quo anathema dicitur ſoluentibus ieiunium, ſine maxima neceſſitate Laodicen. cap. [f] 50. Toletan. [g] 8. Bracarenſ. [h] 2. ac [i] Moguntino ſub Carolo magno.

Quartò, ex PP. Tertull. [k] *Benè, quod & Epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia aſſolent.* Epiph. [l] teſtatur ieiunia quædam ab ipſis Apoſtolis mandata fuiſſe. Baſilic. de Quadrageſimæ ieiunio. [m] *Omnes æqualiter, & præceptum audiunt, & cum gaudio ſuſcipiunt,* &c. Ambroſ. [n] *Quiſquis Chriſtianus ieiunando non impleuerit Quadrageſimam, præuaricationis, & contumaciæ reus tenebitur.* Hierony. [o] ad Marcellum,

[a] *apud Socratem 2. hiſt. 33. & Epiph. hæreſi. 75.*
[b] *Hierem. 35. v. 6. & 8.*
[c] *Eſther. 9. v. 31.*
[d] *v. 19.*
[e] *can. 19.*
[f] *quo præcipitur vt in Quadrageſima eſcis aridis omnes vtantur.*
[g] *cap. 9. priuatur communione in Paſcha: & à carnibus per annū abſtinere coguntur, qui nō ieiunauerint Quadrageſimam.*
[h] *can. 9.*
[i] *can. 35.*
[k] *libro de ieiunio.*

[l] *hæreſi 75.* [m] *orat. 2. de ieiunio.* [n] *ſerm. 34.*
[o] *de erroribus Montani. Nos* (inquit) *vnam Quadrageſimam, ſecundum traditionem Apoſtolorum tempore nobis congruo ieiunamus.*

Theophil. 3. Paſchali, & Chryſoſt. Homil. 6. ad populum Antioch. Auguſt. [p] *Alijs diebus ieiunare remedium eſt, aut præmium: in Quadrageſima non ieiunare, peccatum eſt.*

Leo: de [q] ieiunio ſeptimi menſis: *Res* (inquit) *eſt præcipuum operis, quam ex authoritate indicimus, & ex charitate ſuademus.*

Quintò, Eccleſia poteſt præſcribere leges obligantes [r] in conſcientia. Ergo & legem de ieiunio ferre, obligantem, non propter ſcandalum ſimpliciter: ſed propter præceptum. Nam ſcandalum non eſt aliqua lex noua: vel Eccleſiaſtica: ſed antiqua naturalis.

[p] *ſerm. 62. de tempore.*
[q] *ſerm 1.*
[r] *vide tom. 1. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 16. & ſeq.*

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.

CAP. VIII.

PRIMA, Deus creauit omnia propter hominem. At ſunt multa quæ non niſi ad eſum ſeruiunt vt gallinæ: anſeres &c. Ergo prohiberi non debent.

Reſpondeo 1. eſſe omnia condita, primò ad gloriam Dei 2. ad pulchritudinem vniuerſi 3. vt ex creaturarum varietate homo Deum miretur, & laudet. Nulla eſt autem creatura: quæ & ſi non comedatur: ad hos non conducat fines.

Reſpondeo 2. eſſe quidem eſcas ad hominum vſum ordinatas: ſed ſuo tempore, & loco ſumendas.

Secunda: [a] *Quod intrat per os non coinquinat hominem. At* ſi poſſent quidam prohiberi cibi, coinquinarent hominem, dum comederentur.

Reſpondeo: Maiorem non eſſe ſimpliciter vniuerſalem. Alioquin crapula & ebrietas non coinquinarent hominem. [b] Intelligenda eſt ergo de

[a] *Math. 15. v. 11.* οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.
[b] *ita Aug. libro 1. de moribus Eccleſiæ. cap. 33.*

cibo, & potu, non quomodocumque: ſed quatenus ſimpliciter ſunt res corporales: quæ ex natura ſua nequeunt animam, ſpiritualem ſubſtantiam, inquinare. Quamuis ratione concupiſcentiæ adiunctæ vel alia de cauſa, eandem poſſint coinquinare.

Tertia: Dominus [c] iubet manducari omnia, quę apponuntur.

Reſpondeo, Dominum loqui de cibis licitis. Nam certè cùm nondum lex antiqua abrogata eſſet, ſequeretur alioquin Dominum voluiſſe Apoſtolos manducare de animantibus prohibitis à lege. Solùm ergo [d] vult Chriſtus nos ad temperantiam & modeſtiam hortari: ne cum hoſpitio recipimur, ſumptuoſos requiramus cibos.

Quarta. [e] *Omne quod in macello venit manducate*, inquit Apoſtolus.

Reſpondeo: ſolum velle Paulum fideles liberare a ſolicitudine inquirendi, vtrum carnes illæ eſſent idolis immolatę, necne. Alioquin ipſemet iubebat ſeruari decretum Apoſtolorum de ſanguine, & ſuffocato: nec dubium eſt voluiſſe ſimiliter ieiunia indicta ſeruari.

Quinta, [g] *Si mortui eſtis cum Chriſto, ab elementis mundi huius: quid adhuc decernitis* (inquit Paulus) *ne tetigeritis, ne guſtaueritis, ne contrectaueritis?*

Non loqui autem de cęremonialibus legibus Iudæorum, patet quia hæ a Deo erant inſtitutæ. At ſubiungit Paulus: *Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſecundum præcepta, & doctrinas hominum.*

Reſpondeo 1. loqui Apoſtolum de legalibus cæremoniis &c. vt explicant [h] Hierony. & [i] Chryſoſtom. Quod verò eas dicit Paulus doctrinas ho-

[c] *Luc.10. v. 7.*

[d] *ita Ambroſ. Theophyl. & alij in hunc locum.*

[e] *1. Corinth. 10. v. 21.* πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον, ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες, διὰ τὴν συνείδησιν. *Nibil interrogantes propter conſcientiam.*

[f] *Actor. 15. v. 41. & cap. 16. v. 4.*

[g] *Coloſſ. 2. v. 20.* εἰ ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε, *v. 21.* μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, μὴ θίγῃς. *v. 22.* ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα, καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων.

[h] *epiſt. ad Algaſiam q. 10. Aug. epiſt. 59. q. 7.*

[i] *& alij in hunc locum.*

minum, Reſpondet [k] Chryſoſt. *Etiamſi legem obiicias: ea tamen ipſa, iam deinceps humana doctrina eſt, elapſo videlicet temporis ſui præſcripto* 2. quamuis non loqueretur de cæremonialibus: tamen non propterea ad Eccleſiæ leges reſpicere: ſed ad dogmata Philoſophorum quorundam Græcorum: qui cibos arbitrabantur immundos. Nam hîc Paulus per doctrinas humanas non intelligeret à SS. dictatas: ſed à proprio capite fictas.

Sexta, 1. Timoth. 4. [m] *In nouiſſimis diebus diſcedent quidam à fide, prohibentes nubere, & abſtinere à cibis, quos Deus creauit.*

Reſpondeo, damnare Apoſtolum hæreticos, qui cibos, per ſe immundos putabant: vt [n] Tertull. [o] Hierony. [p] Auguſt. exponunt, & per, *nouiſſimos dies*, intelligit [q] tempus, à Chriſti aduentu, vſque ad conſummationem ſæculi.

Septima, [r] Dominus à Diſcipulis Ioannis & Phariſçis interrogatus, cur non indiceret ſuis diſcipulis ſtata ieiunia, reſpondit: *filios nuptiarum non eſſe legibus, ad ieiunia adigendos*: quia vetus veſtimentum id eſt, *lex antiqua de ieiunio*, non eſt aſſuendum cum panno nouo, *id eſt Euangelica nouitate*, vt Hierony. interpretatur.

Reſpondeo, hoc totum, malè produci. 1. quia Dominus non dixit: *filios nuptiarum, non debere ſimpliciter ieiunare*: ſed ſolùm, *quandiu erit cum eis ſponſus: cum autem eis ablatus fuerit*, eis quoque ieiunandum fore, quare ſicut illa verba: *cur tui diſcipuli non ieiunant?* exponuntur à Kemnitio, de ieiunio legitimo: ſic & illa debent de eodem exponi: *cum ablatus fuerit ab eis ſponſus tunc ieiunabunt*. 2. non dixit Chriſtus, *veſtimentum vetus non eſſe aſſuendum ad pannum nouum*: ſed contra: *pannum nouum non eſſe aſſuendum ad vetus veſtimentum*: id eſt, iuxta expoſitionem PP. & ipſiuſmet Hierony. *non eſſe infirmis, & veteribus*, id eſt, *carnalibus*, vt tunc Apoſtoli erant, *indicenda præcepta Euangelica vitæ auſterioris*: *quorum vnum, erat ieiunium.*

[k] *homil. 7. in epiſt. ad Coloſſ.*
[l] *vt patet ex ſimilibus locis ad Titum 1. Iſaiæ 29. v. 13. Math. 15. v. 8.*
[m] *v. 1. ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, &c. v. 3. κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν.*
[n] *lib. de ieiunio cap. 15.*
[o] *2. in Iouin.*
[p] *30. in Fauſtum 5. Chryſoſt. Ambroſ. Theophylact. in hunc locum Theodor. in 4. prior. ad Timoth.*
[q] *ita enim 1. Cor. 10. v. 11. vocat hoc tempus fines ſæculorum & Petrus Actor. 2. v. 17. exponit de hoc tempore quod Ioel de nouiſſimis diebus prædixerat.*
[r] *Marci 2. v. 18. & ſeqq.*

Soluuntur ex Antiquitate ducta.

Cap. IX.

PRima, [a] Irenæus teſtatur, ſuo tempore non ſolum fuiſſe quæſtionem de Paſchate: ſed etiam de ieiunio, id eſt, *extitiſſe quoſdam volentes cum Papa præſcribere Quadrageſimã Chriſtianis.* At reſpondet Irenæus liberas & diſſimiles in diuerſis regionibus eſſe has obſeruationes. Ergo, non obligant in conſcientia.

[a] *epiſt. ad Victorem apud Euſeb. 5. hiſt. 24.*

Negatur, illa verborum Irenæi interpretatio. 1. quia nec quidẽ inſinuat eam Irenæus. 2. quia quod narrat de ieiunio Paſchali non ſpectat ad ſubſtantiam rei: ſed ad modum, ſicut quæſtio de Paſchate non erat, *an eſſet celebrandum Paſcha*: ſed quo die celebrari deberet. Sic ergo quæſtio non erat: *an eſſet Quadrageſima ieiunanda, ex Eccleſiæ præcepto:* ſed, *an ſemel cibus in die: vel poſt triduum ac ſimilia, ſumendus eſſet.*

Secunda, refert [b] Euſebius Montanum, primùm introduxiſſe in Eccleſiam, ieiunij legem.

[b] *apud Euſeb. 5. cap. 17.*

Reſpondeo: illud *primum*, hæreticos addidiſſe. 1. quia in nulla editione habetur, excepta Baſilienſi. 2. quia [c] Tertullianus Montanum cum defendit, nullibi dixit accuſatum fuiſſe, quod primus leges ieiuniorum impoſuerit: ſed, *quod nouas leges addiderit.* 3. quia ibid. fatetur Tertull. ieiunium Paſchale ſeruatum in Eccleſia ante Montanum.

[c] *libro de ieiunio.*

Tertia: Catholici apud [d] Tertullianum pro hæreſi habent, *nouas indicere leges ieiunij: ac interdicere aliquos, in diebus ieiunij, cibos.*

[d] *ibidem.*

Reſpondeo: mala fide Tertullianum Montaniſtam ibi producere Chriſtianorum ſententiam: ſolùm enim reprehendebant Montanum quod vellet homo priuatus, Eccleſiam adigere ad tres [e]

[e] *item ad ieiunandum vſque ad veſperã feria quarta, & ſexta.*

Quadrageſimas obſeruandas, tanquam à Spiritu-ſancto mandatas.

Quarta, [f] Spiridion appoſuit in Quadrageſima hoſpiti carnes edendas ipſeque primus ex eis guſtauit.

Reſpondeo 1. hoſpitem hanc alimoniam recuſaſſe, quòd ſe Chriſtianum aſſereret. Vnde liquet morem tunc Chriſtianis fuiſſe, à carnibus abſtinere in Quadrageſima 2. id ex charitate, ac neceſſitate cogente, Spiridionem feciſſe. nulli enim alij tunc cibi in domo aderant [g] nec quidem panis.

Quinta, Spiridion reſpondit hoſpiti: *ideo quia Chriſtianus erat, debere carnibus veſci:* Chriſtianis quippe dictum eſt: *Omnia munda mundis.*

Reſpondeo, ſenſum non eſſe: *omnia Chriſtianis licere*: ſed non debuiſſe hoſpitem in illa neceſſitate, ſibi ingerere ſcrupulum: quaſi eſſent cibi ex naturâ ſuâ immundi. Cum enim neceſſitas excuſet à lege: qui non vult, nec quidem in neceſſitate, comedere carnes, patefecit non ideò ſe abſtinere, quòd lex prohibeat: ſed quia putat cibos ex ſe immundos contra illud: *Omnia munda mundis.*

Sexta, *Chriſtiani* (inquit [h] Auguſt.) *non ſolùm à carnibus, verum à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent: vel ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus, atque temporibus, ſicut per Quadrageſimam ferè omnes, quanto magis quiſque vel minus, ſeu voluerit, ſeu potuerit.*

Reſpondeo: illud, [i] *ferè*, dici, quia ægroti à carnibus in Quadrageſima non abſtinent: illud verò *quanto magis*, &c. referri ad abſtinentiam fructuum quorumdam, vt ſenſus ſit: *vnumquemque à fructibus abſtinere prout voluerit.*

Septima, [k] Chryſoſtom. hortatur eos, qui ob infirmitatem ieiunare nequeunt: vt pranſi ad concionem accedant.

Reſpondeo infirmos excuſari etiam à ieiunio.

Octaua, [l] Theodoret. ait hæreticos, leges de cibis, tanquam immundis, ſancire: Eccleſiam verò nihil tale præcipere: ſed omnes permittere cibos.

[f] *apud Sozomen. 1. cap. 11.*

[g] *quia ſine vllo cibo erat eo die, Spiridiō ieiunaturus: Solebat enim plures dies ſine cibo tranſmittere.*

[h] *3. contra Fauſtum 5.*

[i] *[poſſet etiam illud, Fere, ad fructus referri: quatenus ſenſus eſſet: Chriſtianos in Quadrageſima, non ſolum à carnibus abſtinere, ſed etiam ferè omnes, id eſt, maiorem partem, ſibi ipſi indicere abſtinentiam à quibuſdam fructibus: alij minus: alij maius.]*

[k] *homil. 10. in Geneſim.*

[l] *Epitome di-*

Reſpondeo nos fateri nullum prohiberi ab Eccleſia cibum tanquam immundum: ſed permitti vti omnibus cibis pro tempore, & loco.

uinorum decretorum cap. de Abſtinentia.

Quinam excuſentur a ieiunij lege.

CAP. X.

BEGARDI [a] aſſeruerunt, perfectos legibus ieiuniorum non teneri. Quia ieiunium eſt ad peccata cauenda: vel delenda. Peccatis autem perfecti non ſubiiciuntur. Hæc ſententia damnata eſt 1. longe antea a SS. viris, vt Ioanne Baptiſta, Petro &c. qui ieiunium obſeruarunt 2. a Leone magno: *id eſt* (inquit) *maximum, Sacratiſſimumque ieiunium, quod obſeruantiam ſui: vniuerſis fidelibus ſine exceptione denunciat. Quia nemo tam ſanctus eſt, vt non ſanctior: nemo tam deuotus, vt non debeat eſſe deuotior.* 3. [c] à Concilio Viennenſ. ex profeſſo. Ad probationem hæreſis huius Begardorum.

[a] *apud Turrecrem. 4. Summæ de Eccleſia, par. 2. cap. 36.*

[b] *ſerm. 11. de Quadrageſima.*

[c] *Clementina, Ad noſtram: tit. de hæreticis.*

Reſpondeo, 1. falſum eſſe, perfectos à periculo peccandi immunes eſſe. 2. etſi immunes forent: nihilominus ſemper legem obligare vniuerſaliter quantumuis in vno, vel altero non inueniatur finis legis: modo res præcepta non ſit contra finem legis. Lex enim non reſpicit quid vni, aut alteri expediat: ſed quid communitati.

Excuſantur ergo verè à ieiunio, primò, *ob impotentiam*, ſenes & pueri: vt [d] aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens.

Secundò, *ob pietatem*, concionatores: lectores: confeſſarij, & alij qui nequirent officio pietatis ſatisfacere, & ſimul ieiunare.

Tertiò, *ob neceſſitatem*, qui laborioſis operibus ex officio incumbunt, vt Fabri murarij, ferrarij, lignarij, &c.

[d] *Hieronym. epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.*

De fructibus, & vtilitate ieiunij.

CAP. XI.

PRIMVS fructus eſt; [a] *carnis edomatio*, 1. quia de ieiunio [b] PP. intelligunt illud Pauli: [c] *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* 2. quia hanc ieiunij vtilitatem prædicant PP. [d] Cyprian. [e] Baſil. [f] Hieron. [g] Auguſtinus.

Secundus, *eſt præparatio animi ad orationem, & cæleſtium contemplationem.* 1. quia propterea [h] Moyſes & [i] Helias. 40. diebus ieiunarunt: [k] Daniel tribus hebdomadis. 2. quia ideò Eccleſia ieiunat in profeſtis magnatum celebritatũ. 3. ex PP. [l] Athan. [m] Ambroſ. [n] Baſil. [o] Chryſoſt. *Ieiunium* (inquit) *animæ noſtræ alimentum eſt, leues ei pennas producit, vt in ſublime feratur, & ſumma contemplari queat.*

Tertius, *eſt cultus erga Deum*: quatenus ieiunium aſſumitur ad aliquem virtuoſum finem. Et quidem propriè ad temperantiam pertinet actus ieiunij: tamen poteſt ad alias etiam pertinere virtutes: ſi in earum dirigatur finem. Qui enim ieiunat, vt melius oret: aut votum perſoluat exhibet religionis actum. Qui vt fidem Catholicam, contra Lutheranos proteſtetur, producit fidei actum. Qui vt peccatum puniat, exercet actum punitiuę iuſtitiæ. Qui vt Chriſtum ieiunãtem imitetur: dilectionis actum generat. Probatur hic fructus. 1. Luc. [p] 2. Anna dicitur Deum, νηστείαις, καὶ δεήσεσι λατρεύουσα: *Ieiuniis, & orationibus colens Deum.* 2. [r] *Obſecro vos* (inquit

[a] *hanc placere Deo, hinc patet: quod ei proculdubio placeat carnem noſtram crucifigi cum concupiſcentiis.*
[b] *Chryſoſt. & Theoph. in hunc locum: Ambroſ. epiſt.* 82.
[c] 1. *Cor.* 9. *v.* 27.
[d] *ſerm. de ieiunio, & tentatione Chriſti.*
[e] *orat.* 1. *de ieiunio.*
[f] *Hieron. epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis.*
[g] 10. *Confeſſ.* 31. *Chryſoſt. hom.* 2. *in Geneſ.*

[h] *Exodi* 34.
[i] 3. *Reg.* 19. [k] *Daniel.* 10. [l] *lib. de Virginit.*
[m] *lib. de Helia, & ieiunio ca* 3. [n] *orat.* 1. *&* 2. *de ieiunio.*
[o] *homil.* 1. *in Geneſ. Bernard. ſerm. in Vigilia S. Andreæ.*
[p] *v.* 37. [q] *Rom.* 12. *v.* 1. [r] *can.* 5.

Paulu

Paulus) *per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum* : λογικὴν λατρείαν, id eſt: *rationabilem cultum:* loquitur autem de compreſſione carnalium concupiſcentiarum: quæ fit potiſſimum per ieiunium. 3 quia Concil. [s] Nicen. 1. ait: Quadrageſimale ieiunium offerri Deo. [s] Tertullianus vocat ieiunia, *Sacrificia*. 4. ieiunium eſt, [t] *Satisfactorium*, & *meritorium*. Igitur, & cultus Dei eſt: vt nunc de cultu agimus.

Quartus, *eſt ſatisfacere Deo; atque illum placare.* Probatur primò, exemplis filiorum [v] Iſrael, [x] Achab. [y] Niniuitarum & [z] Iudæorum tempore Iudith, & Eſther. 2. ex PP. [a] Tertull. *Sicut primum vſus cibi perdidit: ita ieiunium Deo ſatisfaciat.* Cyprian. [b] *Iram, & offenſam eius, ieiuniis, fletibus, planctibus, ſicut monet ipſe, placeamus.* Baſil. [c] *Pœnitentia ſine ieiunio ocioſa, & infrugifera eſt: per ieiunium ſatisfacito Deo.* Ambroſ. [d] *Ieiunium culpæ mors: excidium delictorum: remedium ſalutis.* Hierony. [e] *Saccus, & ieiunium arma ſunt pœnitentiæ: auxilia peccatorum,* [f] Aug. *Nemo pro laude humana: ſed pro peccatorum indulgentia ieiunet.* [g] Bernard. *Ego interdum abſtineo, ſed abſtinentia mea ſatisfactio eſt pro peccato: non ſuperſtitio pro impietate.*

Quintus, *eſt meritum & impetratio beneficij.* 1. quia [h] Anna, ieiunio, Samuelem impetrauit: Sara Tobiæ, liberationem à Dæmonio. 2. [k] *Tu autem* (inquit Dominus) *cum ieiunas vnge caput tuum: & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* At quid reddet, niſi mercedem? Opponit enim hoc ieiunium illi, de quo dixerat: [l] *Exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes: Amen dico vobis quia receperunt mercedem ſuam.* 3. ex PP. Sanctus Ioan. Euange-

[s] *libro de Reſurrectione carnis.*
[t] *vt proxime probatur.*
[u] 1. *Reg.* 7. 6.
[x] 3. *Reg.* 21. *v.* 27.
[z] *Ionæ.* 3.
[z] *Eſther.* 4. *v.* 16. *Iudith.* 4. *v.* 7. *Item Ioelis* 2.
[a] *libro de ieiunio.*
[b] *ſerm. de lapſis.*
[c] *orat.* 1. *de ieiunio.*
[d] *libro de Elia, & ieiunio cap.* 3. *Epiphanio in compendiaria doctrina.*
[e] *in* 3. *Ionæ, & Chryſoſt. hom.* 1. *in Geneſ.*
[f] *ſerm.* 60. *de tempore. Leone ſerm.* 4. *de Quadrageſ.*
[g] *ſerm.* 66. *in Cantica.*
[h] 1. *Reg.* 1.
[i] *Tobiæ.* 3. *v.* 12. *& ſeqq.*
[k] *Math.* 6. *v.* 17. 18.
[l] *verſ.* 16.

liſta ieiunauit, [m] vt gratiam cuidam impetraret iuueni: item vt gratiam recte ſcribēdi Euangeliū mereretur. Tertul. [o] *Sacramentorū agnitionem* (inquit) *ieiunia de Deo merentur.* Ambroſ. [p] *Qui ſunt hi præceptores noui, qui meritum excludunt ieiunij?* Athanaſ. [q] *Vides quid faciat ieiunium? morbos ſanat, diſtillationes exſicciat: dæmones fugat: prauas cogitationes expellit: cor mundum efficit.* Baſil. [r] *Ieiunium ad venturi ſæculi mala fugienda, & aſſequenda bona, vtile eſt.* Chryſoſt. [s] *Ieiuna, quia peccaſti: ieiuna, vt non pecces: ieiuna vt accipias: ieiuna vt permaneant, quæ accepiſti.* Auguſt. [t] *Ieiunium remedium eſt, aut præmium. Hoc eſt: aut indulgentiam peccatorum: aut præmium regni cæleſtis acquirit.* Leo, [u] *Per humilitatem, ieiunij contra omnes hoſtes noſtros diuinum mereamur auxilium.*

Reſpondet Kemnit. 1. Patres per exaggerationem loqui.

Contra. Quis credat tot PP. etiam, in libris dogmaticis, exaggeraſſe ieiunium ſupra veritatem?

Secundò, attribuiſſe PP. ieiunio, quod pœnitentiæ: vel orationi competebat, quibus ieiunium inſeruit.

Cōtra. PP. cum ieiuniū aſſerunt meritorium eſſe: illud apertè ab oratione & pœnitentia diſtingunt.

Tertiò, PP. docere nihil ieiunium ſine abſtinentia à vitijs prodeſſe. Sed quis hoc negat?

[m] *apud Euſeb. 3. hiſtoriæ. 17. ex Clemente Alexandro.*
[n] *apud Hiero. præfatione cōmentarior. in Mathæ.*
[o] *ſupr.*
[p] *epiſt. 82.*
Nazianz. orat. de laudib. Cypriani.
[q] *libro de Virginitate.*
[r] *orat. 1. de Ieiunio.*
[s] *ſer. 1. de Ieiunio. Hieron. ex propoſito, lib. 2. in Iouin.*
[t] *ſerm. 62.*
[v] *ſerm. 1. de Ieiunio Septimi menſis.*

Soluuntur obiectiones ex ſcripturis.

CAP. XII.

[a] *v. 5. & 6.*

PRIMA, Iſaiæ 58. [a] *Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi per diem affligere hominem animam ſuam? Nonne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? diſſolue cogitationes impietatis.*

Reſpondeo, ex hoc, & ſimilibus teſtimonijs colligi ieiunium, reuera Deo placere.

Cum enim Dominus dicat ieiunium ſibi non placere ieiunantium ſine emendatione vitæ, indicat ſibi placere ieiunium cum emendatione morum.

Secunda, [b] *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra*: id eſt, *non carnis afflictione: ſed cordis contritione, conuertimini ad Deum.*

[b] *Ioelis* 2. v. 13.

Reſpondeo, 1. per *ſciſſionem veſtium*, neque ieiunium: neque aliam corporis ſignificari afflictionem: ſed ſolum externum doloris ſignum. 2. quidquid ſit: ſolùm ſignificari, *nihil prodeſſe ſciſſionem veſtium*, cui non reſpondeat contritio cordis.

Tertia, [c] 1. Timoth. 4. *Exerce te ad pietatem. Corporalis enim exercitatio*: id eſt (iuxta Ambroſ.) corporale ieiunium *ad modicum valet: pietas autem ad omnia.* At pietas ad Dei cultum ſpectat: opponitur autem hîc ieiunio. Ergo ieiunium non eſt Dei cultus.

[c] v. 7. γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. v. 8. ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ὠφέλιμος, ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν.

Reſp. etſi commentarius, qui tribuitur Ambroſio, per, *corporalem exercitationem*, intelligat *ieiunium*, & *nomine pietatis*, intelligat non quidem, *cultum Dei proprie dictum*: ſed, *miſericordiam in pauperes*: tamen verior eſt Chryſoſto. Theodoret. Theophyl. & aliorum expoſitio nimirum hîc per *corporalem exercitationem*, ſignificari, *ſtudium corroborandi* corpus, ducta ſimilitudine ab athletis. vult enim Apoſtolus dicere: [d] *Athletæ in viribus corporis confirmandis toti incumbunt: quamuis id parum, aut nihil proſit. Quare tu, vt bonus athleta Chriſti, exerce te pietati: quæ ad omnia prodeſt.*

[d] *ſimilis locus eſt.* 1. *Cor.* 9. *v.* 25. *Qui in agone* (inquit) *contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronã accipiant: nos autem incorruptam.*

Hunc eſſe Pauli ſenſum probatur 1. quia corporale ieiunium, eſt potius attenuatio, quam corporis exercitatio. 2. quia frequenter hortatur Paulus diſcipulos ad ieiunium: quomodo ergo dixiſſet illud prodeſſe modicum? 3. nuſquam illud pietati oppoſuiſſet: cum vtrumque habeat promiſſionem mercedis æternæ.

Quarta, [e] Phariſæus allegans ieiunia ſua, iuſtificatus non fuit.

[e] *Lucæ* 18.

Reſpondeo, id verum: non quia ieiunia producebat: ſed quia, ſe coram Deo iactabat.

Quinta, [f] Apoſtolus reprehendit traditiones hominum quæ humilitatis ſpecie, & ſeuerioris diſciplinæ, corpori non parcunt.

Reſpondeo, arguere illos qui indiſcretis ieiuniis corpus extenuant: vel, [g] qui, ſpecie quidem pietatis ieiunare videntur: cum tamen, ideò abſtineant a cibis, quod eos arbitrentur immundos. [h]

[f] *Coloſſ. 2. v. 23.*

[g] *ita Chryſoſt. in hunc locum, & Hierony. epiſt. ad Algaſiam. q. 10.*

[h] *iuxta Aug. epiſt. 59.*

Soluuntur ex PP.

CAP. XIII.

PRIMA: *Ieiuniis, & orationibus* (inquit [a] Ignatius) *vacato: ſed non immodicè: ne teipſum deſtruas.* Item: [b] *Quicumque dicit aliquid contra ea, quæ mandata ſunt: etiamſi fide dignus ſit: etiam ſi ieiunet &c. lupus tibi habeatur.*

Reſpondeo, hæc omnia rectè dici: ſed quid inde? Nec enim ieiunium indiſcretum: aut hypocriticum defendimus.

Secunda, [c] *Si quis in reliquis rectè ſentiat: ex cibis autem quoſdam vocet abominabiles: ille inhabitatorem habet draconem apoſtatam.*

Reſpondeo: Et quis noſtrum vocat cibos, abominabiles: quantumuis abſtineat ab eis?

Tertia, Alcibiades quidam, [d] apud Euſeb. cum in carcere, etiam ſtrictè ieiunaret in præſtantiorem Dei cultum, reuelatum eſt Attalo: non rectè Alcibiadé agere: quod Dei creaturis non vteretur: fratribus verò ſimul incarceratis, ingeneraret propterea ſcandalum.

Reſpondeo 1. nullam fiere mentionem cultus præſtantioris apud Euſebium 2. merito Alcibiadem reprehendi: quia, cùm in illa carceris grauiſſima neceſſitate & tormentorum in Martyres agitatione, liceret Chriſtianis vti omnibus cibis

[a] *epiſt. ad Heronem.*

[b] *ibidem.*

[c] *Ignatius epiſt. ad Philippenſes.*

[d] *5. hiſt. cap. 3.*

ille ſua abſtinentia ſcandalizabat alios qui cibis vtebantur libere. Cũi offendiculo, non potuit rite ſatisfacere: niſi vteretur libere cibis cum fratribus ſecum incarceratis.

Quarta, [c] Euſthatius in Concilio Gangrenſi declarauit, ſe non contumaciæ gratia: ſed, cultus erga Deum, abſtinentiam à quibuſdam cibis inſtituiſſe: & tamen ab eodem Concilio damnatus fuit. Ergo Concilium abſolutè damnauit abſtinentiam a quibuſdam cibis.

[c] *apud Sozo.* 3. *cap.* 13.

Reſpondeo, non fuiſſe damnatum, quòd id in cultum Dei faceret: ſed quod inde, in abſurdiſſimas incidiſſe opiniones: vt patet ex [f] ipſomet Concilio: *Declaratum eſt hos* (Euſthatianos) *nuptias accuſare, & docere, quòd nullus in coniugali poſitus gradu ſpem habeat apud Deum* Item *: Ieiunia quæ in Eccleſia prædicantur contemnenda aſſeruiſſe. Nonnullos eorum etiam cibos carnium tanquam illicitos reputaſſe.*

[f] *in præfatione.*

Quinta, [g] Auguſt. refellit Manichæos, quòd apud eos in magno honore haberentur, qui à certis abſtinebant cibis in cultum diuinum.

[g] 30. *in Fauſtum.*

Reſpondeo, illos non reprehendi ab Auguſt. niſi quod putarent cibos illos, natura immundos.

De origine Quadrageſimæ.

Cap. XIIII.

PRIMA opinio, eſt [a] hæreticorum neotericorum: *Quadrageſimam poſt Apoſtolos ortam fuiſſe*, iuxta illud: Irenæi, apud [b] Euſebium, ex verſione Chriſtophorſini: *Quidam vnum diem, ante Paſcha ieiunant: quidam duos: alij plures: alij quadraginta diurnas, & nocturnas horas ſupputantes, pro die. Et hæc diuerſitas non iam noſtra ætate primum cæpit: ſed longe ante: illorum ſcilicet tempore, qui ante nos fuerint: qui (vt coniectura aſſequi licet) non accu-*

[a] *Caluin.* 4. *Inſt.* 12. §. 20. *Magdeburg. Centur* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *col.* 577. *Kemnit.* 4. *par. Exam. pag.* 581.

[b] 5. *hiſt.* 24.

ratè conſuetudinem eorum, qui vel ſimplicitate quadam, vel priuata authoritate in poſterum aliquid ſtatuiſſent, obſeruarunt. Vnde patet. 1. veterum tempore fuiſſe diuerſas obſeruationes ieiunij: & non ſtatas leges. 2. ieiunium Quadrageſimæ fuiſſe conſuetudinem vulgarem: non mandatum, aut traditionem Apoſtolicam. 3. conſuetudinem illam, priuata authoritate introductam à ſimplicibus hominibus. 4. viros Apoſtolicos non accuratè hanc conſuetudinem obſeruaſſe.

Reſpondeo, 1. quidquid ſit de verſione Chriſtophorſoni, ita Græcè haberi: *οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς, καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* id eſt: *Neque enim ſolum de die* (id eſt Paſchate) *eſt dubitatio: ſed etiam de ſpecie ipſius ieiunij. Quidam enim exiſtimant vnam diem oportere ſe ieiunare: quidam duas: quidam etiam plures: quidam Quadraginta horis diurnis & nocturnis metiuntur ſuum diem.* Quibus verbis non agit Iræneus de ſubſtantia Quadrageſimæ, ſed de modo ieiunandi in ea, id eſt vtrum pluribus diebus abſtinendum ſit ab eſcis: an vno. Ita rem ſe habere probatur 1. quia non ait Irenæus dubitari de ipſo Quadrageſimæ ieiunio: ſed de ſpecie, & forma ieiunij. 2. quia ſimile dubium de Paſcha producit. At certum eſt nuſquam dubitatum fuiſſe: an deberet Paſcha celebrari: ſed tantum quo die. 3. quia incredibile videtur tantam fuiſſe varietatem de ipſa Quadrageſimæ ſubſtantia: vt aliqui vno die: alij duobus, alij 40 cõſtare Quadrageſimam putarent. 4. quia reuera ſemper,[c] fuit cõſuetudo varia circa modum ieiunandi, & quidem libera: vt aliqui vno tantum die: aliqui pluribus abſtinerent à cibis.

Reſpondeo ſecundo: Et ſi de Quadrageſima ageretur: tamen non ſignificari, hanc ab Apoſtolis minimè manaſſe: ſed aliquos ex antiquis non

[c] *Epiph. in compendiaria doctrina Hier. epiſt. ad Marcellam de obitu Aſellæ Aug. 1. de moribus Eccleſiæ 33.*

accurate ſeruaſſe ſimplicem conſuetudinem ad illos tranſmiſſam, vt vertit Ruffinus teſtanturque ſequentia verba Græca: καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς, ὡς εἰκὸς, κρατούντων τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων. id eſt: *Et talis quidem diuerſitas obſeruantium, non nunc noſtro tempore facta eſt: ſed & multo antea, tempore maiorum noſtrorum qui non accuratè (vt par erat) tenentes ſimplicem, & propriam conſuetudinem, eam ad poſteros tranſmiſſerunt.*

Secunda, opinio eſt [d] Caſſiani: *fuiſſe in Eccleſia primitiua æquale per annum ieiunium, Deinde, frigeſcente deuotione, placuiſſe Sacerdotibus indici Quadrageſimale ieiunium.* [d] *collat.* 21. *cap.* 30.

Contra. 1. nulla inuenitur lex illa perpetui ieiunij, per annum totum 2. Apoſtolus monet fideles, vt comedant quidquid in macello venit: & proinde etiam carnes. At in diebus ieiunij non licet comedere carnes. 3. ordinatur in Euangelij opus Paulus, & Barnabas per ieiunium, & orationem [f] Actor. 13. At ſi perpetuum viguiſſet ieiunium, non erat neceſſe, ieiunij mentionem facere, quaſi alicuius rei ſpecialis. [e] 1. *Cor.* 10. *v.* 25. [f] *v.* 2.

Tertia opinio arbitratur, *Teleſphorum Quadrageſimam inſtituiſſe.* [g] *epiſt. ad Marcellum de erroribus Mõtani.*

Contra. fit Quadrageſimæ mentio ante Teleſphorum.

Quarta, eaque vera, *ab Apoſtolis fuiſſe introductam Quadrageſimam.* probatur 1 ex can. 68. Apoſtolorum 2. ex Hierony. [g] *Nos* (inquit) *vnam Quadrageſimam, ſecundum traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus*: & Leone [h] *Quod ergo dilectiſſimi in omni tempore vnumquemque conuenit facere Chriſtianum, id nunc ſollicitius eſt, & deuotius exequendum: vt Apoſtolica inſtitutio quadraginta dierum, ieiuniis impleatur.* 3. quia omnes PP. vſque ad tempora Apoſtolorum Quadrageſimæ meminerunt. Concilium Nicæn. 1. can. 5. Leodi- [h] *ſerm.* 6. *de Quadrageſ.* [i] *Aurilianeſe* 1. *can.* 11. *Aurelian.* 4. *can.* 2. *Agatheſe ca.* 8. *Antiſiodorenſe can.* 2. *Tolet.* 8. *can.* 9. *Bracarenſe* 2. *can.* 9.

cen. can 49. [k] Aug. [l] Epiphan. [m] Chriſoſt. [n] Hierony. [o] Baſilius, [p] Ambroſ. [q] Nazianz. [r] Nyſſen. [s] Athanaſ. [t] Origen. [u] Tertull. [x] Ireneus, Ignatius.

Obiicitur Aug. [y] *Ergo* (inquit) *in Euangelicis & Apoſtolicis literis toteque inſtrumento, quod appellatur teſtamentum nouum, animo id reuoluens video praeceptum eſſe ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, praecepto Domini vel Apoſtolorum non inuenio definitum.*

Reſpondeo: loqui Aug. de ſcripto præcepto in Euangelicis libris: nos autem de præcepto traditione habito loquimur.

De Quadrageſimæ varietate.

CAP. XV.

PRIMO, [a] Baſilius, *indicens publice Quadrageſimam, meminit tantum quinque dierum.*

Secundò, [b] Ambroſius ait, *ſuo tempore aliquos nõ Quadrageſimam: ſed Quinquageſimam ieiunari ſolitos.*

Tertiò, [c] Caſſianus ſcribit, *aliquos ieiunare ſolitos ſex hebdomadas: alios ſeptem.*

Quartò, Socrates [d] aſſerit, *Romanos ieiunare ſolitos tres tantum hebdomadas ante Paſcha Dominicis, & Sabbathis non ſupputatis: Græcos, Illyricos, Alexandrinos, ſex hebdomadas: alios ſeptem: ſed interuallo poſito, poſt decimum quintum diem.*

Quintò, [e] Leo indicat, *ſuo tempore ſolum quatuor dies per hebdomadam ieiunari conſueuiſſe, in Quadrageſima:* vera tamen ſententia eſt: *ieiunium Paſchale, ſemper Quadraginta dierum, aut ferè fuiſſe.*

Probatur primò, quoniam omnes PP. ſupra, vtuntur *Quadrageſimæ* nomine: cum ieiunium Paſchale commendant. At quis vocaret ieiunium

[k] *epiſt.* 119. *cap.* 15. *& in Pſal.* 110.
[l] *ſup.*
[m] *homil.* 1. *in Geneſ. &* 18. *ad populum Antioch.*
[n] *in* 58. *Iſaia, & in* 3. *Ionæ.*
[o] *orat.* 2. *de ieiunio.*
[p] *libro de Noe, & arca cap.* 13. *ac ſerm.* 23. *& ſeqq.*
[q] *orat. in S. Lauacrum.*
[r] *orat. de amãdis pauperibus.*
[s] *epiſt. ad Orthodoxos de perſecutione.*
[t] *hom.* 10. *in Leuitic.*
[u] *lib. de ieiunio cap.* 2.
[x] *epiſt. ad Victorem apud Euſeb.* 5. *hiſtor.* 24.
[y] *epiſt.* 86.
[a] *orat.* 2. *de ieiunio.*
[b] *ſerm.* 34.
[c] *Collat.* 21. *cap.* 27.
[d] 5. *hiſtor.* 21.
[e] *ſerm.* 4. *de*

Quadrageſimale, dierum quindecim,aut viginti?

Secundò, docent [f] PP. Quadrageſimam ieiunari,ad exemplum Chriſti, Moſis & Heliæ. At hi Quadraginta dies ieiunarunt.

Tertiò, [g] Ambroſ. [h] Gregor. [i] Caſſian. docent, Quadrageſimam cõtinere quadraginta duos dies,detractiſque Dominicis, quibus nõ ieiunatur, remanere dies ieiunij triginta ſex.

Quartò, [k] Auguſt. diſertis tradit verbis, *ieiunium ante Paſcha, quadraginta dierum eſſe.*

Ad primum, loqui Baſilium de ieiunio ſingularum hebdomadarum Quadrageſimæ: ac ſolum quinque numerare dies: quoniam Græci die Sabbathi, & Dominico non ieiunabant.

Ad 2. loqui de ieiunantibus more Græcorum: id eſt prætermiſſo Sabbathi die. Ita enim vna addita ieiunij hebdomada, quæ hunc ſuppleat defectum,redeunt Græci ad eundem ieiuniorum numerum, cum ieiunantibus more Latinorum.

Ad 3. reſponſio eadem. Nam Latini, qui ſex hebdomadas ieiunabant, non niſi 36. dies ieiuniorum numerabant. Quia Dominicas non includebant. Et Græci in ſeptem hebdomadis ſuis non niſi 36. dies ieiunabant: quia Sabbatha (excepto Sabbatho Sancto) & Dominicas excipiebant.

Ad 4. reſpondeo 1. non multum eſſe fidendum Socrati, vt qui vellet feſta,& ieiunia libera eſſe. 2. videri corruptum codicem, & *pro tribus ſeptimanis*, ſcribendum eſſe, *quinque*, excluſa ſcilicet hebdomada ſancta. Quia falſum eſt, (ſicut conſtat ex Caſſiano, qui illo tempore vixit) Romanos non ieiunaſſe niſi tribus ſeptimanis ante Paſcha, detractis Sabbathis & Dominicis. maximè cum etiam extra Paſchale tempus, [l] Romæ ieiunaretur Sabbatho. Dicuntur autem Græci ſex tantum ieiunare hebdomadas: quia excludebant Hebdomadam ſanctam. Illi quoque qui ſeptem hebdomadas,cum interpoſitione quindecim dierum ieiunabãt, ſemper in eundem incidebant numerum. Nam ieiu-

Quadrageſ.
[f] *Baſil. orat. in 40. Martyr. Aug. epiſt. 119. & alij.*
[g] *ſerm. 23.*
[h] *homil. 16.*
[i] *Collat. 21. cap. 27.*
[k] *epiſt. 119. cap. 17. Leo, ſermon. 4 de Quadrag. Petrus Chryſologus ſerm. 11.*
[l] *teſte Aug. epiſt. 86.*

nabant duas hebdomadas primas integrè : deinde ceſſabant à ieiunio, hebdomadâ tertiâ : rurſus ieiunabant quartâ, & quintâ integrè : & in ſexta ſoluebant ieiunium : demque ieiunabant hebdomadam ſeptimam: eique addebant hebdomadam ſanctam. Atque ita ſolùm ieiunabant ſex hebdomadas integras.

Ad 5. loqui Leonem de quatuor diebus ante Dominicam Quadrageſimæ primam additis : vt numerus dierum ieiuniorum quadragenarius cōpleretur. Alioquin Leo aperte [m] ſæpius meminit ieiunij quadraginta dierum.

[m] *vt ſerm. 5. 6. 8. 10. & 12. de Quadrageſ.*

De ratione Quadrageſimæ inſtituendæ.

CAP. XVI.

PRIMA, [a] *vt Chriſtiani omnes pro negligentijs, toto commiſſis anno, pœnitentiam communem, & publicam agant.*

Secunda, [b] *vt omnes, ad ſacram communionem in Paſchate ſumendam, præparentur.*

Tertia, [c] *vt impleatur quod Dominus ait :* [d] *Cum auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus.*

Quarta, [e] *vt ad celebrationem Paſsionis, & Reſurrectionis Dominicæ, diſponemur.*

Quinta, [f] *vt Chriſtiani pro Catechumenis in Paſchate regenerandis, ieiunent, & orent.*

Sexta, [g] *vt quaſi decimas vitæ noſtræ per abſtinentiam Quadrageſimalem Domino conſecremus.* Nam dierum totius anni decima pars ſunt triginta ſex dies: quibus propriè ieiunatur in Quadrageſima : exceptis quatuor primis ante Dominicam primam: proprie enim Quadrageſima in illa Dominica incipit.

[a] *Leo ſerm. 4. de Quadrageſ.*
[b] *Chryſ. hom. 1. in Geneſ. ac Hieronym. in 3. Ionæ.*
[c] *Tertull. lib. de ieiunio.*
[d] *Math. 9. v. 15.* ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, ϗ τότε νηστεύσουσιν.
[e] *Leo ſerm. 9. de Quadrag.*
[f] *Ambroſ. ſerm. 27.*
[g] *Caßiani collat. 21. cap. 27. Gregor. homil. 6. Iſidori 1. offic. diuin. 36.*

Digitized by Google

Septima, *vt Chriſtum eo modo quo poſſumus imitemur.* ita PP. [h] Ignatius, Baſil. [i] *Caput omnium renatorum Dominus noſter, cum per ieiunium carnem, quam pro nobis aſſumpſit, muniuiſſet, ſic in ipſo diaboli inſultus ſuſtinuit, quo & nos erudiret, vt per ieiunia vngamus, ac exerceamus nos ipſos ad certamina in tentationibus.* Hierony. [k] *Dominus Quadraginta diebus in ſolitudine ieiunauit, vt nobis ſolemnes ieiuniorum dies relinqueret.* Chryſoſt. [l] *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & ipſe Quadraginta dierum ieiunio declarato, ſic certamen contra diabolum aggreſſus eſt: omnibus nobis exemplum dans, vt per illud armemur.* Auguſt. [m] *Quadrageſima ieiuniorum habet authoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Moyſis, & Eliæ, & ex Euangelio: quia totidem diebus Dominus ieiunauit.* Ambroſ. [n] *Quadrageſimam nobis Dominus ſuo ieiunio conſecrauit.*

Obiicitur primò. Ergo debuiſſet Chriſtus ſingulis annis ieiunare, quia ſingulis ieiunamus annis.

Secundò, non debuiſſet abſtinere omnino à cibo: ſed vnam in die accipere refectionem.

Tertiò, Moſes ieiunauit Quadraginta diebus, & tamen non fuit exemplum ieiunandi Iudæis.

Quartò, *Non dicit Chriſtus,* (inquit [o] Chryſoſt.) *ieiunium ſuum eſſe imitandum, quamuis Quadraginta illos dies poſſet proponere: ſed: diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Imo verò contra: omne quod apponitur vobis, manducate.*

Quintò, quia deberemus ergo, ieiunare eo tempore, quo Chriſtus, nimirum à ſexta die Ianuarij vſque ad 14. Februarij.

Ad 1. negatur: ſufficit enim vnum ieiunium & vna tentatio Chriſti, pro exemplo. Nec enim ille in aliquo verſabatur periculo tentationis, vt toties ieiunaret: nos verò verſamur.

Ad 2. nos mirari, & imitari pro modulo noſtro Chriſtum: illud, quod abſtinuerit omninò ab omni cibo: hoc, quod ſimpliciter ieiunarit: quamuis refectionem quotidianam adhibeamus.

Ad 3. aliam eſſe Eccleſiæ, & Synagogæ rationem

h *epiſt. ad Philippenſ. qua monet ieiunandam eſſe à Fidelibus Quadrageſimam: quia imitationem continet conuerſationis domini.*
i *orat. 1. de ieiunio, Naziãz. orat. in S. Lauacrum.*
k *in 58. Iſaiæ.*
l *homil. 1. in Geneſim.*
m *epiſt. 119. cap. 15.*
n *ſerm. 34.*
o *homil. 47. in Math.*

dumtaxat. 1. quia Chriſtus eſt dignior Moſe ad imitandum, 2. maior obligatio Eccleſiæ erga Chriſtum, quam Synagogæ erga Moſem. 3. quia non fuerat propoſitus Moſes ad imitandum ſicut fuit Chriſtus.

Ad 4. ſolum velle Chryſoſtom. *non dixiſſe Chriſtum, verbo, ieiunandum eſſe, ſicut dixit, humilitatem amplectandam: quia ieiunium ſine humilitate nihil prodeſt*: dixiſſe tamen exemplo: Chryſoſtomus non negat.

Ad 5. reſpondeo congruentius in vere ieiunari à nobis. 1. quia ita ſerui ſequuntur Dominum. 2. quia nullum eſt aptius nobis ieiunandi tempus: hyeme ſiquidem, frigus exigit alimenti multum: & piſces, eo tempore, non multum valetudini cōferunt, ac olera vix reperiuntur. Æſtate nimis calor exigit modicum cibum, ſed frequentem: vix piſces conſeruari poſſunt à putrefactione: graues ſunt agricolarum labores, & ægritudines frequentes. In vere autem, piſces ſunt ſalubres: copia olerum: opera in agris rara, & acriores tentationes, & proinde ieiunio caſtigandæ.

[a] *meminit huius ieiunij Ignatius epiſtola ad Philippenſ. Tertull. lib. de ieiunio Clemens 7. Stromat. vltra medium, Orig. homil. 10. in Leuitic. Epiph. in compendi. doctrina, Hier. in 4. ad Galat. Aug. epiſt. 86. Pallad. hiſtoria Lauſiaca cap. 52.*

[b] *4. par. Exa. pag. 578.*

[c] *ita Clemens 5. Apoſtolicarū conſt. 16. Aug. epiſt. 86.*

[d] *hæreſi 75.*

De [a] ieiunio feria quarta & ſextæ.

CAP. XVII.

KEMNITIVS [b] putat iſtud ieiunium ideò inſtitutum, quod his diebus conuenirent in Eccleſiam fideles, ad verbum Domini, & menſam.

Contra. ſequeretur eos etiam Dominica die ieiunaſſe: cum tunc celeberrimè conuenirent. At conſtat eo die non ieiunaſſe. vera ergo huius inſtitutionis cauſa eſt: [c] *Quia feria 4. fuit Chriſtus venditus: ſextâ verò crucifixus.*

An verò lege fuerit ſancitum iſtud ieiunium, dubium videtur eſſe: Quia can. 68. Apoſtolor. [d] &

Epiphanius indicant eſſe hoc ieiunium, per totum annum, Apoſtolico lege latum.

Contra. 1. [e] Tertullianus aſſerit hoc ieiunium permitti non imperari 2. Aug. [f] ſcribit frequenter ieiunari Romæ his diebus, & Sabbatho. vnde ſequitur, aliquando non ieiunari 3. quia alioquin fruſtra inſtituta fuiſſent ieiunia quatuor temporum. 4. iniungebantur, his diebus, ieiunia pœnitentibus. Ad quid autem: ſi iam tenebantur his ieiunare diebus? Quæſtio iſta componetur, ſi dicamus præceptum fuiſſe abſtinendi quidem à carne: non tamen præceptum vnam tantum refectionem ſumere. In Eccleſia porrò Latina fuit feriæ quartæ ieiunium in Sabbathum tranſlatum. vnde [g] Innocent. 1. ſæpe repetit, feria 6. & Sabbatho ieiunandum: nuſquam verò meminit feriæ 4.

[e] *lib. de ieiunio.*
[f] *ſupr.*
[g] *epiſt. 1.*

De *Ieiunio Sabbathi.*

CAP. XVIII.

PRIMA [a] opinio, *Nefas eſſe ieiunare* [b] *Sabbatho, quia prohibetur can. 65. Apoſtolorum, & ab* [c] *Ignatio.*

Secunda, [d] *nefas eſſe eo die non ieiunare.*

Tertia, [e] *conuenientiſſime eo die ieiunari.*

Quarta, Ambroſ. & Auguſt. *alio die congruentius ieiunium celebrari.*

Tertia, tamen ſententia præualuit in Eccleſia Latina, & merito, quia ſi conueniens eſt ieiunare Sabbatho hebdomadæ Maioris, propter Chriſti ſepulturam, & diſcipulorum mærorem: quidni & aliis per annum Sabbathis?

Ad probationem primæ opinionis reſpond. tunc iuſtè prohibitum fuiſſe Sabbathi ieiunium: quod hæretici extatent, aſſerentes ieiunandum eſſe Sabbatho, ne viderentur gaudere de requie Dei in

[a] *Græcorū in Concilio Quiniſexto, can. 55.*
[b] *excepto Sabbatho Sancto.*
[c] *epiſt. ad Philippenſ.*
[d] *Vrbici apud Aug. epiſt. 86.*
[e] *Innocentij 1. ſupr.*

ſeptima die : quia negabant verum Deum, eſſe mundi conditorem.

1. De origine. 2. varietate. 3. cauſa ieiunij quatuor temporum.

CAP. XIX.

ORIGO ab Apoſtolis ducitur. 1. quia [a] Athanaſ. meminit ieiunij Pentecoſtes, [b] Leo verò teſtatur ieiunia quatuor temporum in vniuerſa Eccleſia celebrari. Nec in vllo Concilio reperitur huius ieiunij, prima inſtitutio. Ergo ab Apoſtolis emanat. 2. [c] Calixtus, Apoſtolis vicinus, affirmat iam ante ſua tempora, conſueuiſſe in Eccleſia ſeruari trium ieiunia temporum : à ſe verò additum quartum, ſiue quarti temporis ieiunium.

Varietas duplex inuenitur. Nam nonnulli celebrabant *primum* ieiunium prima hebdomada menſis primi : *Secundum*, ſecunda hebdomada quarti menſis: *tertium*, tertia hebdomada ſeptimi menſis. *quartum* quarta hebdomada decimi menſis.

Alij, [e] idque magis communiter, *primum*, conſtituebant, prima hebdomada Quadrageſimæ: *ſecundum*, hebdomada Pentecoſtes: *tertium*, tertia hebdomada Septembris. *Quartum*, tertia hebdomada Decembris.

Cauſa multiplex: Prima, [f] ne Chriſtiani Iudæis hac in parte remiſſiores viderentur : [g] conſtat enim apud Iudæos fuiſſe ieiunium ſolemne quater in anno.

Secunda, propter ordines eo tempore conferendos. [h] Tertia, tum ad ſupplicationes fundendas pro frugibus terræ: tum ad gratias agendas pro fructibus collectis.

[a] *Apolog. pro fuga ſua.*
[b] *ſerm. 7.*
[c] *epiſt. ad Benedictum.*
[d] *id eſt Martij vide Concil. Moguntinum can. 34. & apud Rabanū lib. 2 de Inſtit. Clericor. cap. 24.*
[e] *Leo 1. ſerm. 8. de ieiunio 10. menſis, Gelaſ 1. epiſt. 1. cap. 13.*
[f] *Calixtus ſup. Leo ſerm. 7. de ieiunio ſeptimi menſis.*
[g] *Zachariæ 8.*
[h] *Leo ſerm. 2.*

Tertia, vt ſicut eſt vnum totius anni ieiunium, *Quadrageſima*: ſunt etiam ieiunia ſingulis hebdomadis: ſic & ſingulis haberentur aliqua menſibus. Quæ enim per tres menſes diſtribuenda erant, in vnum fere, collecta, commoditatis gratia. Ita namque ieiunamus tribus diebus primi menſis, pro menſe primo, ſecundo & tertio: & ſic de cæteris. *5. & 8. de ieiunio decimi menſis.*

Obijcitur Primò, Chriſtianos apud Tertullianum, libro de Ieiunio, aſſerere nullum fuiſſe impoſitum illis iugum ieiunij ab Apoſtolis, excepto ieiunio Paſchali.

Reſpondeo 1. Tertullianum hunc librum dedita opera contra Chriſtianos ſcripſiſſe. 2. fieri poſſe Apoſtolos hoc ieiunium inſtituiſſe: ſed non ſub lege præcepti.

Secundò, [1] Hierony. ait, Montaniſtas tres quidem Quadrageſimas ieiunare: nos vnam: per reliquum verò annum, libera ieiunia eſſe. [1] *epiſt. ad Marcellam de erroribus Mõtani.*

Reſpondeo, non dixiſſe Hierony. nulla eſſe per annum ieiunia à lege Eccleſiaſtica præſcripta: ſed licere vnicuique ſi velit per reliquum annum ieiunare. *Non quod* (inquit) *per totum annum* (*excepta Pentecoſte*) *ieiunare non liceat: ſed quod aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate, munus offerre.*

Tertiò, ieiunium quatuor temporum ex proprio capite manarat apud Iudæos, & ideo arguitur à Deo. Zachar. 8.

Reſpondeo, potius ibi laudari: cum Dominus aſſerat cõuertendum eſſe iſtud ieiunium in ſolemnitates præclaras. Alioquin dixiſſet ſimpliciter, extirpandum eſſe.

Quartò, non licet nobis imitari Iudæos.

Reſpondeo, id verum de cæremonialibus præceptis ex lege: non pijs, à natura inſtitutis, quale iſtud ieiunium eſt.

De ieiunio Aduentus & Rogationum.

Cap. XX. & XXI.

[a] Cap. 20.
[b] *cap. Conſiliũ de obſeruatione ieiuniorum.*
[c] *in quo preces ad ſingulas horas legendæ ponuntur. Vide Radulphum de Riuo libro de canonum obſeruatione cap. 16.*
[d] Cap. 21.
[e] *Greg. Turonenſ. 2. hiſt. Franc. 34.*
[f] *cap. 29.*
[g] *vt intelligi poteſt ex Ordine Romano.*

ADVENTVM [a] Domini ieiunio celebrari ſolitum Romæ teſtis eſt [b] Innocent. 3. & [c] vſus Rom. Breuiarij. Cæterum hoc ieiunium, non tam ex præcepto quam ex conſilio, aut voto à multis ſeruari, Eccleſiæ vſus demonſtrat.

[d] *Ieiunium Rogationum*, id eſt, *tridui ante Aſcenſionem, vna cum Litanijs*, inſtituiſſe [e] fertur Sanctus Mamertus, Viennæ Epiſcopus: propter multa terræ motus, & luporum incurſionum incommoda in Gallijs. Fuit autem receptum in Concilio Aurelianenſi [f] primo. Romæ olim, ita etiàm ſeruabatur, vt ſolis Quadrageſimalibus cibis populus [g] veſceretur. Qua quidem in re ſeruanda eſt Eccleſiarum conſuetudo.

De ieiunijs Vigiliarum & Stationibus.

Cap. XXII.

[a] *ſerm. de Vigilia S. Andreæ, Buchardus lib. 13. decreti cap. 16. Innocent. 3. cap. 1. & 2.*
[b] *Iſidor. 6. Etymolog. vlt. Raban. 2. de*

PRIDIE magnorum feſtorum nõ ſolum Vigilias agi per noctem: ſed etiam interdui ieiunari, [a] teſtis eſt Bernardus.

Stationes autem, non dicuntur à *ſtando*: quaſi populus ſtans oraret Dominicis diebus, vt nonnulli putant ex Tertulliano, libro de Corona militis. Nam ipſemet ibidem docet, *Stationes* nuſquam celebrari Dominico die: ſed propriè ſtatio erat, *Vigilia diurna tempore ſolemnis ieiunij*, cùm ijdem homines, à ſummo mane vſque ad Nonam, aut Veſperas, in oratione perſeuerabant:

nec ante, ieiunium ſoluebant.

Diſtinguebatur *Statio* à ieiunio: quod ieiunium noctu, & interdiu fieri poſſet. Statio verò [c] diu. A Vigilia vero quod hæc ſolum nocte celebraretur.

Porro Gregor. 1. [d] Stationibus attribuit certa loca Romæ: ipſeque ad ea veniens, tempore Stationum, viginti Homilias in varijs Eccleſijs declamauit. Et fortè etiam primus *Stationes* à ieiunio ſeparauit: ac in Dominicis Aduentus, Quadrageſ. & Reſurrect. fieri voluit.

Nunc enim Stationes iuxta hunc ritum obſeruantur. Nec ſolum ante cibum: ſed etiam poſt celebrantur.

Inſtit. Cleric. Tertull. lib. de ieiunio.

[c] *Tertull. libro de fuga in perſecutione.*

[d] *Paulus Diaconus in Gregorio lib. 2. cap. 18. & lib. 4. cap. 74.*

De diebus, quibus ieiunare non licet.

Cap. XXIII.

PER omnes Dominicas: in die Natalis Domini: & à Paſcha vſque ad Pentecoſten ieiunandum non eſſe docent communiter PP.

Tertull. [a] *Die Dominico ieiunare nefas ducimus.*

Ambroſ. [b] *Dominica ieiunare non poſſumus: quia Manichæos etiam ob iſtius diei ieiunia iure damnamus.*

Hilar. [c] *Et hæc Sabbatha Sabbatorum ea ab Apoſtolis religione celebrata ſunt: vt his Quinquageſimæ diebus nullus neque in terram ſtrato corpore adoret: neque ieiunio feſtiuitatem ſpiritualis huius beatitudinis impediret. Quod idipſum extrinſecus etiam in diebus Dominicis eſt conſtitutum.* [d] Epiphan. *Neque in die Epiphaniorum, hoc eſt apparitionis, & Aduentus, quando natus eſt in carne Dominus ieiunare licet: etiamſi contingat, vt ſit quarta: aut eſt in Dominica ieiunare.*

[a] *libro de corona militis.*

[b] *epiſt. 83.*

[c] *præfat. in Pſal.*

[d] *in compendiaria doctrina. Item: Dominicas omnes delicatas ducit Sancta hæc catholica Eccleſia, & communes mane perficit, & non ieiunat. Inconſentaneũ enim*

e *epiſtol. ad Lucinium Beticum & epiſt. ad Marcellam contra Montanum.*
f *epiſt.86. & 119.cap.15.*
g *epiſt.91. ad Turbium.*
h *can. 18.*
i *can 64.*
k *can.4.*

proſabbathum. [e] Hierony. [f] Auguſt. [g] Leo. [h] Concil. Grangr. [i] Carthag. 4. [k] Bracarenſ. Cauſa huius prohibitionis fuit, tum lætitia, & celebritas horum dierum: tum in odium hæreticorum, qui data opera his ieiunabant diebus.

Hæc autem prohibitio non ſe extendit niſi ad eos qui vel ſuperſtitione: vel errore: vel contemptu Eccleſiæ, vel aliorum ſcandalo ieiunant. Quare licet ieiunare alioquin his diebus, ex deuotione, aut voto.

De fraudibus [a] Kemnitij in hiſtoria antiquitatis.

CP. XXIIII.

a *4.par. Examin.pag.542.*
b *apud Hierony.2.in Iouin. Volaterranum 13. Antropologiæ 4. Alexandrum ab Alexandro 6.cap. 2.& lib.4.cap. 7.& 17.*

PRIMÒ, producit loca ſcripturæ quibus reprehenduntur ieiunia: & quibus reſponſum eſt, ſupra.

Secundò, [b] ieiunia Gentilium: ex quibus colligit noſtra eſſe, à ſpiritu Dæmoniorum.

Contra. 1. quamuis Gentes errarent, falſis diis ieiunia celebrantes: non tamen quod arbitrarentur ieiunia Deo placere. 2. quidquid ſit de ieiuniis Gentium: [c] certum eſt Synagogæ ieiunium, & abſtinentiam à vino, Dei cultum fuiſſe, quidni ergo & in Eccleſia, erit?

c *Num. 6. & 30.v. 14. ac Luc.2.v. 37.*
d *2. in Iouin.*
e *2. de bello Iudaico cap.7.*

Tertiò, ait Hieronymum. [d] erraſſe, cum ſcripſit, Eſſænos à vino & carnibus abſtinuiſſe, teſte Ioſepho.

Contra. [e] Ioſephus diſerte ait nihil Eſſænis apponi ſolitum in cibum, præter panem, & vaſculum vnum cum edulio: eoſque paſſim laudat à ſobrietate victus. vnde non male Hierony. collegit eos abſtinuiſſe à vino, & carnibus.

Quartò, Chriſtianorũ ieiunia, ſub Marco in Phi-

Google

lone, non fuiſſe traditiones Apoſtolicas contendit, ſed reliquias veteris Eſſænorum fermenti, teſte [f] Niceph. [g] Sophronio, [h] Sozom, qui hos Chriſtianos adhuc iudaizaſſe dicunt.

[f] 2. *cap.* 15.
[g] *in Marco.*
[h] 1. *cap.* 12.

Contra. 1. ſi Eſſæni iuxta Kemnitium non abſtinebant à carne, & vino: quomodo ieiunia Chriſtianorum, ſub Marco in abſtinentia à carne, & vino, erant reliquiæ Eſſenorum? 2. Nicephorus & Sozom. miris efferunt laudibus horum Chriſtianorum ieiunia: quare cum dicunt eos iudaizaſſe: intelligendum eſt de ritibus aliis, Iudæorum propriis. Sophronius autem diſerte aſſerit, quos Philo tantopere commendat, fuiſſe Marci diſcipulos.

Quintò, Ærium improbando ſtata ieiunia, non tam Eccleſiæ, quam Euſtathij leges ieiuniorum oppugnaſſe.

Contra. etſi Ærius, Euſtathiuſque in quibuſdam diſſentirent: tamen vterque ſtata Eccleſiæ ieiunia, oppugnabat. Epiphanius enim qui ipſo tempore Ærij vixit melius quam Kemnitius nouerat Ærij hæreſim.

Sextò, antiquitùs ſemper extitiſſe quoſdam PP. ieiuniis ſe ſe opponentes: At ab anno, 460. deficientibus contradicentibus, inoleuiſſe ſuperſtitioſas ieiuniorum leges.

Contra. debuiſſet ergo Kemnitius ſaltem vnum Patrem ritè producere. Quod ſi iuxta ſententiam eius, Eccleſia per ann. 460. habuit veritatis defenſores: quomodo hac in re per mille & centum annos Eccleſia Chriſti defecit? An deſeruit Chriſtus Eccleſiam?

LIBER TERTIVS
DE BONIS OPERIBVS,

Qui eſt

De Eleemoſyna.

Quid ſit Eleemoſyna.

CAP. PRIMVM.

ELEEMOSYNA *eſt opus quo datur aliquid indigenti ex miſericordia.* Probatur 1. ab etymologia, dicitur enim Eleemoſyna ab ἐλεέω ἐλεῶ quod eſt *miſereor.* 2. quia [a] Scripturæ Eleemoſynam per, *miſericordiam*, deſcribunt. 3. ex Auguſt. [b] *Eſt enim* (inquit) *eleemoſyna*, *opus miſericordiæ.* 4. quia omnes gentes id eleemoſynam vocant, quod erogatur egenti.

Quamuis autem *eleemoſyna* ſit actus elicitus miſericordiæ: tamen [c] imperatur à charitate: ac iuuatur à liberalitate. Quia Auaritiam remouet: & promptum animum reddit, atque hilarem ad dandum. Si tamen ſine charitate fieret, non propterea deſineret eſſe veræ actus virtutis. Scripturæ namque, & PP. ſimpliciter eleemoſynas vocant, quas peccatores erogant.

[a] *Prouerbior. 19. v. 17. Fæneratur Domino, qui miſeretur pauperis, Danielis. 4. v. 24. peccata tua Eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſeriis pauperum.*

[b] *cap. 76. Enchiridij.*

[c] 1. *Cor.* 13. *v.* 4. *Charitas benigna eſt &* 1. *Ioan.* 3. *v.* 17.

- Miſeria humana.
  - *Animæ*
    - *culpa*: ad quã tollẽdam iuuat
      - *Oratio pro peccatoribꝰ*. Mat. 5. v. 44. *Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.*
      - *Cõdonatio iniuriarũ*. Matth. 6. v. 14. *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet, & vobis pater veſter peccata veſtra*
      - *Correptio delinquẽtis*. Matt. 18. v. 15. *Si peccauerit in te frater. &c.*
    - *Pæna* læ-dés.
      - Intellectum
        - Ignorãtia
          - *Theoretica: cui medemur per Doctrinã*: docẽdo ſcilicet imperitos. Matth. 5. v. 19. *Qui fecerit & docuerit. &c.*
          - pratica: cui medemur per Conſilium. Galat. 6. v. 1.
      - *Voluntatem*
        - *Triſtitia*
          - cui medemur per conſolationẽ. 1. Theſſ. 5. v. 14. *Conſolamini puſillanimes.*
      - *Cõuerſationẽ.*
        - Moroſitas: cui medemur per Patientiam. Epheſ. 4. v. 2. *Supportantes inuicem.*
  - Cor*poris* De operibꝰ miſericordiæ corporalibus, vide Matt. 25. & Tob. 2.
    - *in vita*
      - *ærũna generalis*, ſiue *carẽtia rerum quibus omnes indigẽt.*
        - *Interior*
          - *carentia cibi*: cui reſpõdet, opus Miſericordiæ: *Paſcere eſurientem.*
          - carẽtia potus: cui reſpõdet, *potare ſitientem.*
        - *exterior*
          - *carentia veſtiũ*, cui reſpõdet, *veſtire nudum.*
          - *carentia hoſpitij*, cui reſpõdet, *ſuſcipere peregrinum.*
      - *Ærũna ſpecialis*
        - *interior*
          - *morbus*, ac infirmitates corporales, cui reſpõdet, *viſitare ægrotum* ac ſimilia vt, *dirigere cæcos, ſuſtentare claudos. &c.*
        - *exterior*
          - *captiuitas*: ac externæ afflictiones aliæ: cui reſpõdet, *redimere captiuos protegere viduas: dotare virgines. &c.*
    - *Poſt mortem*
      - *carẽtia ſepulturæ*: cui reſpõdet *ſepelire mortuos.*

De fructu Eleemoſynæ.

CAP. III. & IIII.

[a] PRIMA [b] opinio aſſerit, *non poſſe damnari, qui eleemoſynam facit.*

Primò, Luc 11. [c] *Date eleemoſinam, & omnia munda vobis.*

Secundò, [d] *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

Tertiò, *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet* vobis *pater veſter peccata veſtra.*

Quartò, [f] *iudicium ſine miſericordia, ei qui non fecerit miſericordiam.*

Quintò, [g] *Eleemoſyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.*

Sextò, [h] PP. comparant Eleemoſynam cum Baptiſmo. Sicut ergo, qui Baptiſmi gratiam conſeruauerit vſque in finem non poterit perire, ſic nec qui Eleemoſynam vſque in finem exercebit.

Septimò, quia examen Iudicij extremi circa Eleemoſynas fiet.

Octauò, [i] Auguſtinus introducit Chriſtum ita in iudicio loquentem. *Difficile eſt, ſi examinem vos, & appendam vos, & ſcruter diligentiſſimè facta veſtra non inueniam vnde vos damnem: ſed ite in Regnum: Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c.*

Contra. 1. [k] *Omnis arbor qui non facit fructum excidetur: & in ignem mittetur* Item. [l] *facite fructus dignos pænitentiæ*: Ergo eleemoſina ſine penitentia, nihil proderit peccatori ad ſalutem.

Secundò, [m] *Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles*, &c. *regnum Dei poſſidebunt.*

Tertiò, [n] *Si diſtribuero in cibum omnes facultates*

[a] CAP. III.
[b] *apud Aug.* 21. *Ciuit.* 22.
[c] *v.* 41. πλὴν τὰ ἐνόντα *verū tamen quod ſupereſt*, δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.
[d] *Math.* 5. *v.* 7. μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.
[e] *Math.* 6. *v.* 14.
[f] *Iacobi* 2. *v.* 13.
[g] *Tobiæ* 4. *v.* 11. *Item Eccleſiaſt.* 3. *v.* 33.
[h] *Cypr. ſerm. de Eleemoſyn. Ambroſ. ſerm.* 31. *Chryſ. hom.* 25. *in Acta.*
[i] *ſerm* 1. *in Septuageſima.*
[k] *Math.* 3. *v.* 10.
[l] *ibid. v.* 8. *item. Luc.* 13. *v.* 15.
[m] 1. *Cor.* 6. *v.* 9. 10. 11.
[n] 1. *Cor.* 13. *v.* 3.

meas, &c. *Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.*

Ad 1. reſpondeo 1. ſenſum eſſe: [o] *furta, & rapinas quibus Phariſæi laborabant, eleemoſynis expiari.* 2. [p] ideo voluiſſe Chriſtum eleemoſynam commendare, quòd præcipuum Phariſæorum vitium eſſet auaritia: quo eradicato, cætera ſimul facile conuellerentur. Sicut, ſi ægrotanti vario genere morborum, ex repletione, diceretur: *inediam adhibe, & conualeſces.*

[o] *Baſil. in qq. Breuioribus q. 271.*

[p] *Euthym. & Theophyl. in hunc locum.*

Ad 2. reſpondeo 1. ſingulas virtutes conducere ad vitam: ſi aliæ non deſint. [2. ſenſum eſſe: *miſericordiam mouere Deum, vt illi miſericordiam impertiatur*, pœnitentiam conferendo ſi ſit in peccatis. 3. loqui Dominum de eleemoſyna poſt Baptiſmum & in gratia, facta.]

Ad 3. non tam doceri, quid iuſtificet: quam quid requiratur tanquam neceſſaria conditio, ad iuſtificationem.

Ad 4. id verum: quia qui offendit in vno factus eſt omnium reus.

Ad 5. ibi agi de eleemoſynis quatenus ſunt pœnitentiæ fructus, verè namque huiuſmodi eleemoſinæ: tum vt diſpoſitiones ad iuſtificationem, impetrant remiſſionem culpæ: tum poſt iuſtificationem, ſatisfaciunt pro pœna culpæ, & ſuo quodam modo peccatum extingunt.

Ad 6. comparationem in eo ſitam eſſe quod, *ſicut decedentes ſtatim à Baptiſmo liberantur à gehenna, & Purgatorio: ſic liberari ab omnibus pœnis qui poſt Baptiſmum iuſtificati*, ſatisfecerint, per eleemoſynas, pro pœnis debitis.

Ad 7. omnium operum futurum examen fieri: proponi tamen miſericordiæ opera, vt inde de grauioribus rebus iudicium faceremus.

Ad 8. non ſignificati, *peccata inueniri in iuſtis quibus damnari poſſent*: ſed, *quibus damnari potuiſſent niſi per pœnitentiam, & dignos fructus eius, peccata deleri ſtuduiſſent.*

Secunda opinio, [q] *negat eleemoſynas mereri vitam æternam: aut ſatisfacere pro peccatis: Qua de re* [r] *alibi diximus.*

Tertia, [s] *hos numerat eleemoſynæ fructus.*

Primum, [t] *gloriæ præmium.*

Secundum, [u] *Satisfactionem* pro peccatis.

Tertium, [x] *accreſcionem fiduciæ erga Deum.*

Quartum, [y] *conciliationem beneuolentiæ multorum deprecantium Deum, pro eleemoſynariјs.*

Quintum, [z] *diſpoſitionem ad gratiam iuſtificationis.*

Sextum, [aa] *copiam temporalium bonorum.*

Vnde ſumatur eleemoſynæ magnitudo.

CAP. V.

TRIA, maiorem eleemoſynam reddunt, *magnitudo rei datæ: promptitudo voluntatis: & dignitas perſonæ dantis.* Semper enim, cæteris paribus, maior, & Deo gratior eſt eleemoſyna, quo plura, & precioſiora dantur. Item cæteris paribus, maior, quæ fit cum maiori feruore: item, & ſimiliter maior, quæ à digniori perſona, id eſt meliori procedit. Si tamen hæc tria conferanter inter ſe, primum obtinebit locum [a] *promptitudo. 2. dignitas perſonæ. 3. rei magnitudo.*

[q] CAP. IIII.

[r] *4. de Pænitentia & in 5. de Iuſtificatione.*

[s] *Catholicorum eſt.*

[t] *Math. 25. v. 34. & ſeqq. vnde portæ Sãcti Sanctorum ſiue tabernaculi fieri debebãt ex ligno oliuæ 3. Reg. 6. v. 31. 32. per oliuam autem ſignificatur miſericordia. Sicut è contra Portæ inferorum ferreæ dicuntur: vt intelligamus per inhumanitatem patefieri aditum ad gehennam.*

[u] *ſi modo Eleemoſyna fiat in charitate ſicut, & neceſſe eſt in primo fructu.*

[x] *Tobiæ 4. v. 12. iuxta vulgatam editionem & Hebræor. 10. v. 34. 35.*

[y] *Luc. 16. v. 9.*

[z] *Actor. 10. v. 4. & 5.*

[aa] *Prouerbio. 19. v. 17. & cap. 28. v. 27. Qui dat pauperi, non indigebit: exempla vide in Tobia: & Sareptana vidua 4. Reg. 4. ac plurima alia in Gregorio Turonenſi 5. hiſtor. Franc. 19. & apud Leontium in vita S. Ioannis Eleemoſynariј atque apud Sophronium in prato ſpirituali. cap. 185. & 201.*

[a] *Cyprian. 3. ad Quirinum 2. Ambroſ. libro de viduis Chryſoſt. hom. 34. ad populum Antiochen. Eleemoſynæ magnitudo* (inquit) *non in pecuniarum multitudine iudicatur: ſed in dantium promptitudine. Auguſt. in Pſal. 125. Leo. ſerm. 4. de Quadrag.*

Digitized by Google

Eſſe præceptum aliquod eleemoſynæ, & illud ad Decalogi quartum reuocari.

CAP. VI.

ESSE aliquod dumtaxat præceptum conſtat. 1. quia damnantur in iudicio qui eleemoſynas, non fecerunt. 2. quia maximum eſt præceptum, *diligere proximum.* At dilectio non conſiſtit in verbis: ſed in opere & veritate.

Pertinere ad Decalogi præceptum probatur. 1. quia Paulus commendans pietatis opera [a] 1. Timoth. 4. indicat ea ad illud præceptum reuocari quod habet promiſſionem vitæ æternæ. At nullum tale eſt in Decalogo præter illud: *Honora patrem & matrem*, &c. 2. quia præceptum de eleemoſyna eſt affirmatiuum. At nullum eſt affirmatiuum Decalogi ſpectans ad proximum præter quartum. Scriptura tamen ſolos parentes expreſſit: quia nobis propinquiores ſunt, & magis erga eos relucet iuſtitiæ ratio.

a *v.* 8.

Diuites obligari diuino præcepto ad eroganda pauperibus ſuperflua.

CAP. VII.

SVPERFLVAE dicuntur opes, vel *ratione naturæ*: quia videlicet ſine his quis, & ſe & familiam ſuam alere poteſt: vel ratione perſonæ: quia nimirum ſine his ſtatum conditionis ſuæ honeſtè conſeruare poteſt: cuius rei iudicium ad prudentis &

Chriſtiani viri examen trutinandum erit. Agimus autem de ſuperfluo non ſolum naturæ, ſed etiam perſonæ: nec ſuperfluum putamus quod quidem abundat in præſenti, nec neceſſarium eſt, probabiliter tamen iudicatur poſtea neceſſarium fore: ita enim Patres filiorum matrimonia longè ante præparant: Nulli verò dubium eſt quin ſint ex præcepto ſuperflua eroganda pauperibus occurrentibus in extrema, aut graui neceſſitate: ſed tota quæſtio verſatur [a] citra extremæ, aut grauis neceſſitatis caſum. Non deſunt qui negent diuites tunc teneri ſuperflua erogare: [b] teneri tamen probamus. Primò Math. 6. [c] *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ:* id eſt iuxta [d] Chryſoſt. & Hierony. *in ſuperfluis diuitiis congregandis vacare.*

Secundò, Luc. 3. [e] *Qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet eſcas ſimiliter faciat.* per alteram tunicam intelligi ſuperflua [f] Hieronymus docet, id autem præceptum eſſe patet quia præmittitur: [g] *Omnis arbor qui non facit fructum bonum, excidetur, &c.*

Tertiò, Luc. 12. dicitur diuiti congreganti ſuperflua: [h] *ſtulte* ſcilicet in damnationis iudicium: *hac nocte repetent à te animam tuam: & quæ paraſti cuius erunt? ſic eſt omnis qui theſaurizat, & non eſt in Deum diues.*

Quartò, Luc. 16. damnatur diues, ſolum, quod malè ſuperfluis vtens, non miſerabatur Lazari: non quidem in extrema neceſſitate agentis, ſed qualis ſolent ad ianuas iacere pauperes.

Quintò, Luc. 11. [i] *Quod ſupereſt, date eleemoſynam.*

Sextò, ex PP. Baſil. [k] *At tu* (inquit) *nonne ſpoliator es, qui quæ diſpenſando accepiſti, propria reputas? eſt panis famelici quem tu tenes: nudi tunica, quam in conclaui conſeruas? &c. Quocirca tot pauperibus iniuriam facis, quot dare valeres.*

Chryſoſt. [l] *Non ad hoc accepiſti, vt in delicias abſumeres, ſed vt in eleemoſynam erogares. Nunquid enim tua poſſides? res pauperum tibi ſunt creditæ: ſiue ex laboribus*

a *nimirum an teneantur diuites erogare ſuperflua: quia ſuperflua ſunt.*
b *D. Thom. 2. 2. q. 66. ar. 7. & q. 87. ar. 1. & 4. Albert. Richard. Palud. in 4. diſt. 15.*
c *v. 24.* οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, *&c.* οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ.
d *in hunc locū.*
e *v. 11.*
f *epiſt. ad Hedibiam. q. 10.*
g *v. 9.*
h *v. 20.* ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ. ἃ δὲ ἡτοίμασας τίνι ἔσται. *v. 21.* οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς θεὸν πλουτῶν.
i *v. 41.*
k *orat. in illud: Deſtruam horrea mea, &c.*
l *homil. 34. ad populum Antioch.*

iuſtis:ſiue ex paterna hæreditate poſsideas. Ambroſ. [m] *Non minus eſt criminis,habenti tollere: quam cùm poſsis, & abundas,indigentibus denegare.* Auguſt. [n] *Superflua diuiti,neceſſaria ſunt pauperi: aliena retinet, qui iſta tenet.* Gregor. [o] *Incaſſum ſe innocentes putant*(ſcilicet qui ſuperflua conſeruant) *qui commune Dei munus* (id eſt opes) *ſibi priuatum vendicant.*

Septimò,debet vnuſquiſque diligere proximum ſicut ſeipſum. At quomodo diligit, qui ei ſua non communicat ſuperflua?tunc enim reuera magis ſe, quam proximum amat.

Octauò, diuites, reſpectu Dei, ſunt diuitiarum ſuarum diſpenſatores tantum,redditurì,dumtaxat, rationem Deo.Igitur iuxta Dei voluntatem diuitias erogare debent.Non vult autem Deus, pater omnium communis,vt alij ſint ita diuites,vt ſuperfluis abundent:alij ita pauperes, vt neceſſariis careant.Sed vult diuites per miſericordiam: pauperes per patientiam,ingredi in regnum cœlorum.

Obiicitur illud Pauli: [p] *non imperans dico,ſed conſilium do*:loquitur autem de ſuperfluis.*In præſentia*(inquit)*veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat.*

Reſpondeo, vel nomine *abundantiæ* non intelligi *ſuperfluum* ſed, *quod ſufficiebat commodè Corinthiis*:vel ſi de ſuperfluo agatur. Non imperari: quia non tenebantur Corinthij ſuperflua ſua Hieroſolymis diſtribuere: ſed quibuſcumque pauperibus vellent.

m *ſerm.* 81. *Hieron. epiſt. ad Hedibiam. q.*1.
n *in Pſal.*147. *Leo.ſer.* 5. *de collectis.*
o *tertia par. Paſtoralis, admonitione* 22. *Bernard. epiſt.* 42.
p 2.*Cor.*8.

Quando ſit Eleemoſyna eroganda.

CAP. VIII.

PRIMO, de neceſſario propriæ naturæ Eleemoſyna fieri non debet: niſi forte publica aliqua perſona ex qua ſalus Reipublicæ pendeat, in extrema verſaretur neceſſitate. [a] Quia id ordo Charitatis poſtulat.

a *nimirum vt non diligamus magis proximos, quam nos ipſos: niſi fortè ex ſalute proximi ſalus Reipub. penderet.*

Digitized by Google

Secundò, de ſuperfluo naturæ, & neceſſario perſonæ, ſiue ſtatui debet Eleemoſyna fieri pauperibus neceſſitatem patientibus. Pluris enim debemus facere vitam proximi, quam ſtatum, ſiue conditionem noſtram.

Tertiò, non eſt neceſſe ſemper donare quod erogatur: ſed tunc ſolùm cùm egenti, neque per mutuum: neque per venditionem: aut alia ratione, ſuccurri poteſt.

Quartò, vitium eſt, nimis dare proximo, cùm graui detrimento conditionis, ſiue ſtatus eius qui dat: ſi nec proximus eius velit mutare ſtatum: nec occurrat grauis neceſſitas Reipublicæ.

Contra: virtus eſt, liberaliter profundere ſua, etiam cum detrimento proprij ſtatus: quando vel non graue detrimentum erit, vel occurrit grauis neceſſitas proximi vel reipublicæ.

Quando ex male partis Eleemoſyna fieri debet.

CAP. IX.

PRIMÒ *ex malè partis per Furtum, Rapinam, & Vſuram, nequit fieri Eleemoſyna niſi extremè egenti.* 1. quia Eleemoſyna [a] debet ex propriis fieri 2. quia: [b] *Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata.* 3. ex PP. Ambroſ. [c] *Non Probatur largitas, ſi quod alteri largitur, alteri quis exto^r queat: ſi iniuſtè quærat, & iuſte diſpenſandum putet.* Aug. [d] *De iuſtis laboribus iuſſit* (Deus) *dari: de Rapina vero prohibuit.*

Secundò, *ex male partis per lucrum iniuſtum, tam ex parte dantis, quam accipientis,* vt per *Simoniam: debet Eleemoſyna fieri: aut potius* [e] *reſtitutio, vel paupe-*

[a] *Tobia 4. v. 7. Ex tua ſubſtãtia fac Eleemoſynam.*
[b] *Eccleſiaſt. 34. v. 21.*
[c] *1. officior. 30.*
[d] *ſerm. 35. de verbis Domini. Gregor. 7. epiſt. 110. & Scholaſtici in 4. diſt. 15. & 16.*
[e] *Greg. ſupr.*

ribus, vel Eccleſiæ, in cuius iniuriam Simonia eſt commiſſa.

Tertiò, *ex malè partis, per lucrum, non iniuſtum quidem, ſed turpe,* vt lenocinij & meretricij, *fieri Eleemoſyna poteſt.* Quamuis Eccleſia non ſoleat oblationes meretricum lenonum, Hiſtrionum ac ſimilium ſuſcipere 1. ob reuerentiam rerum ſacrarum 2. vt huiuſmodi Perſonæ confundantur 3. ne videantur illorum acta ab Eccleſia probari 4. ad imitationem Teſtamenti veteris, in quo lege ſancitum erat, ne offerretur merces proſtibuli in Domo Domini. [f] *Deuteron. 22. v.18.*

Diuitias non eſſe Chriſtianis illicitas.

Cap. X.

Illicitas *eſſe Chriſtianis*, [a] Apoſtata Iulianus, atque hæretici [b] Apoſtolici aſſeruerunt: Probatur tamen noſtra ſententia.

Primò, quia [c] petenti Adoleſcenti quid opus facto eſſet ad vitam conſequendam æternam, non reſpondit Chriſtus, *abiice diuitias*: Sed *ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata.*

Secundo, Actor 5. [d] *Nonne manens tibi manebat, & venundatus in tua erat poteſtate?* vbi loquitur S. Petrus Ananiæ viro Chriſtiano.

Tertiò, 1. Timoth. 6. [e] *Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſuperbe ſapere: facile tribuere.*

Quartò, ſcriptura paſſim prohibet furta: imperat debita reddi: iubet ſolui tributa, mutuãtes laudat. Quæ omnia minifeſtè clamant, à Spiritu ſancto non improbari proprietatem, ac rerum poſſeſſionem.

Quintò, [f] ſemper in Eccleſia fuit collectarum vſus, id eſt Dominicis diebus, ex diuitibus colligi quod pauperibus erogaretur.

[a] *apud Naz. orat. 1. in Iulian.*
[b] *apud Epiph. hæreſi 61. & Auguſt. hæreſi 40. ac Pelagiani teſte Aug. epiſt. 89. & 106.*
[c] *Math. 19.*
[d] *v. 4.*
[e] *v. 17.* τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, *&c. v. 18.* εὐμεταδότους εἶναι.
[f] *1. Cor. 16. & epiſt. 2. cap. 9.*

Sextò, [g] PP.docent conſilium, non præceptum eſſe abdicare à ſe proprietatem bonorum ſuorum.

Septimò, ſi nulli poſſent Chriſtiani diuitias poſſidere, ſed omnibus omnia communia eſſent, fruſtra commendaretur Eleemoſyna Chriſtianis: cum nulli eſſent, qui darent vel qui acciperent.

Octauò, ſi omnia communia eſſent. 1. multi (ob corruptionem naturæ) vellent rebus melioribus vti: atque inde rixæ, & contentiones. 2. robuſtiores præualerent: ac minus laborarent & plus conſumerent. 3. vix inuenirentur qui in agrorum cultu verſaretur.

& 9. *Iuſtin. in Apolog. ad Antoninum. Tertull. in Apologet. cap. 39. Quod verò ibidem ait, omnia eſſe apud Chriſtianos indiſcreta, præter vxores: nihil aliud ſignificat, niſi omnia facilè, & libenter cõmunicari inter Chriſtianos, præter vxores.*

[g] *vide præter cæteros Euſeb. 1. demonſtrat. cap. 8. Chryſ. hom. 8. de Pœnitentia, Ambroſ. de viduis vltra medium. Aug. epiſt. 89. q. 4.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. XI.

PRIMA, Math. 19. [a] *Facilius eſt camelum tranſire per foramen acus, quam diuitem in regnum cœlorum.*

Reſpondeo, [b] quod difficile hominibus eſt, id facile Deo.

Secunda, Marc. 10. [c] *Adhuc vnũ tibi deeſt: vade, & quæcumque habes, da pauperibus.*

Reſpondeo, illi defuiſſe vnum, non ad vitam æternam abſolute comparandam: ſed ad perfectionem acquirendam.

Tertia, [d] *Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Reſpondet id verum, in præparatione animi, ſcilicet cùm, vel Chriſto: vel diuitijs eſt renunciandum.

Quarta, [e] *Facite vobis amicos de mammona iniqui-*

[a] *v. 24.* εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν.

[b] *ibid. verſ. 26.*

[c] *verſ. 21.* ἕν σοι ὑστερεῖ. ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς.

[d] *Luc. 14. verſ. 33.*

[e] *Luc. 16. v. 9.*

tatis. Dicitur autem, *iniquitatis*, iuxta [f] Chryſoſt. & [g] Hierony. quia primi, qui communia fecerunt ſibi propria, iniquitatem commiſerunt.

[f] *hom. 12. in priorem Timoth.*

Reſpondeo, dici, *iniquitatis*, vel quia valde inæqualiter poſſidentur bona: vel quia materiam plurium præbeant iniquitatum: vel quod ſibi iniuſtè nomen diuitiarum vſurpent. Ad Chryſoſt. & Hierony. reſpondeo, illos non damnare primam diuiſionem terræ, quoad ſubſtantiam: ſed in modo: quod plus longè alij alijs vſurparint.

[g] *epiſt. ad Hedibiam q. 1.*

Quinta, *Communis* (inquit [h] Clemens Rom.) *vita omnibus neceſſaria eſt, & maxime his qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt.*

[h] *epiſt. 5.*

Reſpondeo 1. hæc, & ſimilia intelligi poſſe de vita perfecta. 2. epiſtolam Clementis in qua hæc continentur, aut eius non eſſe: aut ſaltem valde corruptam haberi. tum quia ſcripta dicitur ad Iacobum Fratrem Domini à Clemente Epiſcopo Romano. At Iacobus obijt ſeptem annis ante Petrum: & proinde longè ante Clementem. tum quòd in ea epiſtola laudatur vxorum Communio. tum quod locus de communione rerum, & vxorum tranſlatus eſt ex 10. Recognit. vbi hæc dicuntur à Fauſtino Ethnico, iuxta Philoſophiam Platonis, & non Chriſti.

Sexta, [i] Athanaſ. & [k] Baſilius vocant Dominicum præceptum, verba illa: *Vade, vende omnia,* &c.

[i] *in Antonio.*
[k] *orat. ad diuites.*

Reſpondeo, vocari *præceptum*, non abſolutè, ſed tantum cupientibus perfectionem.

Septima, PP. non raro docent diuites non eſſe Dominos, ſed tantum rerum diſpenſatores.

Reſpondeo, ſolum velle, *non licere diuitibus pro libito de diuitijs agere: ſed eas rite diſpenſare debere: cum dumtaxat ſint rationem reddituri Deo.*

Octaua, Communio rerum in [l] vſu fuit apud Apoſtolos: ergo non eſt neceſſaria diuiſio bonorum. Ad Antecedens reſpondeo, *Communionem,* abſolute, meliorem eſſe diuiſione: ſi ſeruari poſſit:

[l] *Actor. 4.*

potuit autem inter Apoſtolos,& Chriſtianos paucos: nequit inter omnes Chriſtianos: quia non omnes capiunt hoc verbum.

Nona, iure naturæ omnia ſunt communia. Ergo id non potuit abrogari.

Reſpondeo, quoad vſum, eſſe communia, [m] poſitiue: id eſt, *nullus prohiberi poteſt rebus vti creatis:* quoad proprietatem verò eſſe communia, negatiuè, id eſt, non ſunt res, à natura diuiſæ, ſed communes relictæ: ita tamen vt diuiderentur, ſi id expediret: ſicut pater relinquit filijs hæreditatem cõmunem: quam poſtea tamen diuidunt filij.

[m] *hinc fit vt in articulo neceſſitatis non ſit fur, qui alienum ſurripit vnde viuat.*

Quis eleemoſynam facere & cui fieri debeat.

CAP. XII.

ELEEMOSYNAS ſolum facere poſſunt qui dominium rerum habent. Vnde excluduntur. 1. vxores. 2. filij in poteſtate parentum. 3. ſerui. 4. Regulares ſub Prælatis. Hi namque omnes tantum extremè egenti, aut ex tacito ſuperiorum conſenſu eleemoſynas elargiri poſſunt.

Pauperibus verò eleemoſynæ fieri debent etiam peccatoribus: Prouerbiorum. 25. [a] *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum.* [b] *Benefacite his qui vos oderunt.* [c] *Omni petenti tribue.* [d] *Operemur bonum ad omnes.*

Obiicitur Primò, Eccleſiaſtici 11 [e] *Da iuſto, & ne receperis peccatorem: prohibe panes illi dare.*

Reſpondeo, 1. reuera non eſſe benefaciendum impio minimè egenti. 2. prohibeti Eleemoſynam faciendam peccatori, quatenus peccator eſt, non autem quatenus indigens, ac miſer.

Secundò, [f] *Facite vobis amicos &c. vt cum defeceritis*

[a] *v.* 21.
[b] *Math.*5.*v.*4. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσι ὑμᾶς.
[c] *Luc.*6.*v.*30. παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου.
[d] *Galat.*6.*v.*10. ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας.
[e] *v.* 5.
[f] *Luc.*16.

feceritis recipiant vos in æterna tabernacula.

Reſpondeo, nos ibi equidem à Deo moneri, vt potiſſimum Eleemoſynam piis pauperibus faciamus: quia ipſi orabunt pro nobis: non tamen prohiberi Eleemoſynam peccatori faciendam. Quia etſi ipſi non orent pro nobis: orat tamen ſuo modo, Eleemoſyna ipſa.

Tertia, [g] *quandiu feciſtis vni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* At peccatores non ſunt fratres Chriſti. Eadem ſolutio. Laudantur enim, qui potius bonis pauperibus, quam malis diſtribuunt,

Quarta, ſæpe propter peccata ſua pauperes patiuntur inediam At non debemus contra Dei iudicium, aliquid facere.

Reſpondeo 1. nobis non conſtare, qui propter peccata, puniantur inedia 2. Deum non eos punire, vt moriantur fame: & proinde velle vt illis ſuccurramus, ne pereant 3. nobis licitum non eſſe quidquid Deus vult, velle: ſed tantum, quod ipſe vel præcepit, vel conſuluit. Nullibi autem præcepit vel conſuluit negandam eſſe Eleemoſinam alicui: ſed potius præcepit vt eam elargiremur omnibus.

Nihilominus anteponendi ſunt iuſti pauperes iniuſtis: tum quia digniores: tum quod vtilius.

[g] *Mat. 25. v. 4.* ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

Quomodo ſit Eleemoſina facienda.

CAP. XIII.

QVINQVE conditiones requiſuntur vt rite fiat 1. vt fiat [a] intentione placendi Deo. 2. [b] vt fiat promptè, & non extorqueatur precibus nec differatur de die in diem 3. [c] vt hilariter exhibeatur. 4. [d] humi-

[a] *non autem ad captandam aurem popularem Math. 6. v. 2. 3. 4.*

[b] *Pronerbior. v. 28.*

[c] *Eccleſiaſtici 35. v. 11. & 2. Corinth. 9. v. 7.*

[d] *Gregor. 21. Moral. 14.*

liter: ita vt dãs exiſtimet ſe potius beneficium accipere, quam conferre. 5. [e] vt abundanter fiat pro modo facultatum: ita tamen vt regulariter potius plus diſtribuatur in multos, quam vni vel paucis detur 1. ex [f] Pſal 111. *diſperſit dedit pauperibus* 2. ex 1. Corinth. 13. [g] *Si diſtribuero in cibos pauperum* 3. [k] exemplo [h] Tobiæ & [i] Paulæ Romanæ 4. ex *Ambroſ. non ſunt* (inquit) *profundendæ opes, ſed diſpenſandæ.*

[e] *Tobiæ.4.v.8. Chryſoſt. homil.* 37. *ad populum Antioch.*
[f] *v.* 9.
[g] *v.*3.
[h] *Tobiæ* 1.
[i] *Hieron. in Paula.*
[k] 1.*Offic.*10.

Digitized by Google

IVDICIVM

DE LIBRO CONCORDIÆ LVTHERANORVM nuper edito.

De vanitate Concordiæ.

Cap. primvm.

PRimò, ſubſcripſerunt Ludimagiſtri hypodidaſcali, &c. permulti. At id factum eſt [a] contra formam Conciliorum omnium in quibus ſoli Prælati iuriſdictionem habentes, ſubſcribunt:& interdum imperatores Reges aut Principes, ſed vt conſentientes non tanquam iudices. Ergo vane tot Ludimagiſtri concionatores & hypodidaſcali ſubſcripſerunt.

[a] *vide tom. 2. lib. 1. de Eccleſia & Conciliis.*

Secundò, tot priuatos ſubſcripſiſſe, diſcordiæ ſignum eſt: cum non ſolum principes ad concordiam redigi: ſed etiam priuati ad ſubſcribendum cogi debuerunt. Ergo in vanum refert concordiæ nomen.

Tertiò, etſi numeroſa videatur ſubſcriptio, tamen illa eſt argumentum paucitatis. Nam quid ſunt octo aut decem millia comparata cum Eccleſiæ Catholicæ populo? Ergo vanè ſuam concordiam efferunt.

[b] *hæc in Apologia Bellarmini habentur.*

Reſpondent aduerſarij primò, ſe etiam ſolere

ſolos inſignes Theologos ad ſubſcribendum admittere, in ſuis conuentibus.

Contra: non Theologi ſimpliciter ſed Prælati debent eſſe ſubſcribentes.

Secundò, ſe potuiſſe prætermittere nomina vulgarium Miniſtrorum, niſi eos coegiſſemus, iactando nullam eſſe concordiam inter eos.

Contra, non agimus de turba imperitorum, qui facile ducuntur à doctoribus ſuis: ſed de viris apud eos habitis pro doctis: quos inter ſe grauiter diſſentire conſtat.

Tertiò, in Concilio Tridentino ſubſcripſiſſe multos, qui nuſquam viderunt loca quorum titulos præ ſe ferunt.

Contra, vix tres, aut quatuor inuenientur Epiſcopi in ſubſcriptione Tridentina, quorum Eccleſiæ ſitæ non ſint, vbi Epiſcopis tutus pateat aditus.

Errores Concordiæ.

CAP. II.

PRIMVS [a] error, *Chriſtum fuiſſe, non ſolùm vt hominem, ſed etiam vt Deum, patri obedientem, vſque ad mortem.*

Refellitur Primò, quia ſequitur Chriſtum diſtingui à patre ratione deitatis: maxime cum dicant, ratione etiam deitatis obedientem fuiſſe. Debet enim eſſe diſtinctio realis, inter iubentem, & obedientem.

[b] Reſpondent, ſenſum ſuæ ſententiæ eſſe: *Chriſtum, vt perſonam diuinam obediuiſſe patri, vt alteri perſonæ diuinæ.*

Contra. Chriſtus iuxta eos, obedit patri ſecundum deitatem. At forma, ſiue naturæ, qua alius alteri paret diſtinguitur realiter ab illo. Ergo ſemper manebit diſtinctus eſſentiâ, Filius, à Patre.

Secundò, qui obedit, minor eſt iubente. Ergo

[a] *Epitome articul. controuerſorum ar. 3. pag. 556. Credimus* (inquiunt) *Chriſtum totum, ſecundum vtramque naturam, eſſe noſtram iuſtitiam: in ſola videlicet obedientia ſua: quam ille patri ad mortem vſque, abſolutiſſimâ præſtitit.*

[b] *Reſponſiones habentur in Apologia Bellarmini.*

filius vt Deus, erit minor patre.

Reſpondent, verum. Antecedens eſſe in diſparibus: falſum in æqualibus.

Contra. 1. quis vſquam audiuit inter æquales, quatenus æquales, obediẽtiam proprie eſſe? quamuis poſſit eſſe mutuus conſenſus, vt vnus faciat, quod alteri placet. [2. etſi eſſet inter æquales non tamen niſi libera: qua vnus ſe voluntariè alterius imperio ſubmitteret. At naturalis, qua vnus naturaliter alteri obedire tenetur, non niſi inter inæquales contingere poteſt. Chriſtus autem ſi obedit patri, vt perſona diuina, certè hoc obedientiæ debitum, erit naturale.]

Tertiò, Chriſtus ſecundum eam naturam obediuit patri, ſecundum quam mortuus eſt. Hæc autem fuit natura humana.

Reſpondent, voces κατὰ, *ſecundum*, cauſam indicare, propter quam, Filio Dei adſcribatur id quod humanitatis proprium eſt: & viciſſim cur deitatis propria, homini tribuantur.

Contra. ſi humanitas eſt cauſa propter quam Filio Dei adſcribatur obedientia. Igitur ſecundum illam ſolùm, proprie obediuit Patri. ſicut quia deitas eſt cauſa ob quam Chriſtus homo creator dicatur: propterea non licebit dicere: ſecundum humanitatem, Chriſtum creaſſe mundum.

Secundus error, [c] *Chriſtum fuiſſe mediatorem ſecundum vtramque naturam.*

Tertius, [d] *Naturam humanam Chriſti, eſſe vbique verè ac realiter.*

Quartus, [e] *Chriſti humanitati fuiſſe collata verè, & realiter multa attributa diuina, vt omnipotentiam omni ſcientiam, &c.*

Contra. 1. ergo humanitas eſt formaliter infinita, & immenſa, magnitudine virtutis. Igitur vel conuerſa in deitatem: vel duo Entia infinita omnino realiter diſtincta. 2. Ergo ſecundum humanam naturam Chriſtus erit Deus. Igitur ſecundum eandem, homo non erit.

[c] *pag. 736. in articulo de perſona Chriſti: Chriſtus* (inquiunt) *eſt noſter Mediator, &c. non ſecũdum vnam naturam, ſed etiam per diuinam. Huius erroris refutationem. vide tom. 2. lib. 5. de Chriſto cap. 3. & ſeqq.*

[d] *articulo de Cœna domini pag. 731. Reuera omnia implet, et vbique, non tantum, vt Deus, verum etiam vt homo. Refellitur hic error tom. 1. li. 3. de Chriſto à cap. 11. & ſeqq.*

[e] *pag. 731. Adeptus eſt Chriſtus, ſecũdum humanam naturam, plenã poſſeſſionẽ, & diuinæ maieſtatis vſurpationem & pag.*

744. *Iam etiã ſecundum aſſũptam humanã naturã omnia nouit, & reuera omnipotens eſt. Refellitur lib. 5 de Chriſto cap. 10.*

Quintus, [f] *vnionem hypoſtaticam conſiſtere in communicatione diuinorum attributorum.*

Sextus, [g] *totum Chriſtum Deum & hominem, ad inferos deſcendiſſe.*

Cõtra. deſcẽdit (iuxta eos) viuus totus homo. Ergo cũ corpore. Igitur neque mortuus eſt Chriſtus: neque iacuit in ſepùlchro: neque reſurrexit.

[f] *pag. 729. & 730. Refellitur ſupra cap. 8.*

[g] *pag. 750.*

Mendacia concordiæ.

Cap. III.

[a] *in Præfatione Concordiæ.*

PRIMVM, [a] *Confeſſionem Auguſtanam in totum terrarum orbem ſparſam percrebuiſſe.*

Contra. Aſia, & Africa nec quidem nomen audierunt huius confeſſionis: in Europa, Græcia, Italia, Hiſpania, ſiqui audierunt, eam execrantur. Caluiniſtæ Galliæ, apertè illam repudiant: in Britannia, nomine ſolùm recipiunt. Zuingliani, & Anabaptiſtæ Germaniæ, nuſquam receperunt. Ipſomet anno quo edita, eo & damnata fuit publicè â Carolo V. Electoribus quinque, Eccleſiaſticis Principibus 30. Sæcularibus 23. Abbatibus 22. Comitibus, & Baronibus 32. Ciuitatibus liberis ac Imperialibus 39. Cum ipſi Confeſſioni ſolùm ſubſcripſerint, Elector vnus, Principes 6. Ciuitates 2. latuerit illa annis 40. in Cancellaria Moguntina, & Bruxellenſi: quamuis interim ſingulis prope annis alię atque aliæ ederentur, tum inter ſe: tum à primâ diſſentientes.

[b] *in eadẽ præfatione.*

Secundum, [b] *proteſtantur ſe in negotio Cænæ ad fundamenta ſolius inſtitutionis Teſtamenti Chriſti velle pios homines deducere.*

[c] *pag. 571. & 717.*

Contra. in ipſa [c] Concordia quatuor alia fundamenta iaciunt, 1. quod Chriſtus ſit Deus, & ho-

by Google

mo. 2. quod dextra Dei ſit vbique. 3. quod verbum Dei, neque falſum, neque fallax ſit. 4. quod Deus varios habeat modos noſcatque quibus, aliquid in loco eſſe poteſt.

Tertium, ex Præfatione Confeſſionis Auguſtanæ ad Carolum V. *offerimus in hac religionis cauſa, noſtrorum Concionatorum & noſtram Confeſſionem: cuiuſmodi doctrinam ex ſcripturis ſanctis, & puro verbo Dei hactenus illi in noſtris terris, Ducatibus, ditionibus, & vrbibus tradiderunt, ac in Eccleſiis tractauerunt.*

Contra. 1. Confeſſio Lutheri paulo ante edita, ab Auguſtana [d] diſſentit. 2. Confeſſio Auguſtana [e] diſſentit à doctrina Lutheri, & Philippi.

Quartum, ex [f] eadem Confeſſione: [g] *Nos*, id eſt Catholicos, *docere, non requiri fidem in Sacramentorum vſu.*

Contra. ſi de adultis ſermo ſit, nullus Catholicus hoc dixit.

Quintum, [h] *nos perfectionem conſtituere, in deſerendis ciuilibus officiis: non autem in timore Dei & fide.*

Contra. *Ieiunia, vigiliæ* (inquit [i] Caſſian.) *meditatio ſcripturarũ, nuditas, ac priuatio omnium facultatum non perfectio ſed perfectionis inſtrumenta ſunt.*

[k] Sextum, *falſo accuſari Lutheranos, quod bona prohibeant opera.*

Contra. 1. cuius ergo niſi Lutheri hunt hæc verba? *Debemus* [l] *cum ſolo Iſaac venire: id eſt cum fide: ſeruos & Aſinos, hoc eſt opera deorſum dimittere oportet.*

[d] *Articulus* 11. *Confeſſionis Lutheri: Confeſſio priuata debet eſſe libera. Confeſſio verò Auguſtana cap. de Confeſſione: Nulli* (inquit) *admittuntur ad Sacramentum, niſi ante explorati, atque auditi.*

[e] *Lutherus cõtra Iacobũ Latomũ. Anima mea odit verbũ* ὁμοόυσιος (inquit) *Melancthon: in locis anni* 39. *pag.* 9. *neceſſe eſt in Filio aliquid eſſe diuinæ naturæ. Confeſſio Auguſtana: Eccleſiæ* (inquit) *magno conſenſu apud nos docent, decretum Nicænæ Synodi, de vnitate eſſentiæ diuinæ, & de tribus perſonis, verum & ſine vlla dubitione credendum eſſe. Lutherus aſſert. ar.* 36. *Liberum-arbitrium eſt figmentum in rebus Philipp. in locis anni* 31. *vſurpata eſt vox liberi arbitrij: à diuinis literis ac ſenſu & iudicio ſpiritus alieniſſima: Confeſſio Auguſtana ar.* 18. *De libero-arbitrio docet, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam ciuilem iuſtitiam & deligendas res rationi ſubiectas.*

[f] *ar.* 12. [g] *pag.* 15. *Concordiæ.* [h] *ar* 13 *Confeſſ. pag.* 16. *Concord.*
[i] *coll.* 1. *c.* 7. [k] *ar.* 20. *Confeſſ pag.* 18. *Concordiæ.* [l] *ſerm. de Piſcatione Petri.*

2.non tam accuſantur quod prohibeant opera: quam quod contemnant.

m artic. 20. Cōfeſſ. pag. 19. Concordiæ vide quomodo hoc ſit mendacium tom. 4. li. 5. & 6. de Gratia & libero-arbitrio.

n art. 20. Cōfeſſ. pag. 18. Concord.

o art. 21. Confeſſ. pag. 22. Concord.

[m] Septimum aſſerit, *nos iubere remiſſionem operibus. ſcilicet naturæ.*

[n] Octauum, *ante Lutherū fidei doctrinam fuiſſe ignotam: nec à concionatoribus explicatam.*

Contra. extant ſermões Bernardi, Petri Damiani, Innocentij 3. D. Thom. Vincentij, Bernardini, & aliorum multorum de Symbolo Decalogo oratione Dominica vitiis, & virtutibus.

Nonum: [o] *Nihil diſcrepare Lutheranos à ſcripturis: ab Eccleſia Catholica: & ab Eccleſia Romana.*

Contra. in ipſomet articulo, 21 Confeſſionis, inuocatio SS. reiicitur quam PP. ac tota Eccleſia ſemper recepit, vt tom. 2. probatum eſt libris de Eccleſia Triumphante.

Reſpondent, hos PP. pugnare cum verbo Dei. Contra quidquid ſit hac de re: ſemper falſum erit, *Lutheranos cum Eccleſia Catholica, & Romana cōuenire.*

p art. 21. Confeſſ. pag. 22. Concordeæ.

[p] Decimum, *apud Lutheranos, antiquas obſeruari ceremonias.*

Contra. vbi, inter Lutheranos, renunciatio Sathanæ in Baptiſmo: trina merſio: oblationes anniuerſariæ pro defunctis: ſignum crucis in fronte: benedictio aquæ olei, &c. profeſſio virginitatis: Solitudo Anachoretica: Exorciſmi: ex ſufflationes ieiunia & ſimilia multa, quæ paſſim in his controuerſiis ſunt notata?

q pag. 23. articulo de coniugio Sacerdotū.

r can. 10.

s can. 9.

[q] Vndecimum: *ante 400. an. Vi coactos Sacerdotes Germaniæ ad cælibatum.*

Contra: [r] Concil. Moguntinum ſub Arnulpho ante 400. annos nulli mulieri permittit cum Eccleſiaſticis habitare, niſi Sorori, aut Matri. [s] wormatienſe ante 700. annos prohibet Epiſcopis, Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis vxorum vſum. Zacharias Papa epiſtola ad Bonifacium Germanorum Apoſtolum: *A die* (inquit) *ſuſcepti Sacerdotij, etiam ab ipſo proprio coniugio prohibendi ſunt.*

t pag. 24. in eodē articulo.

[t] Duodecimum: *prohiberi coniugia contra canones*

à Pontificibus, & Synodis laudatiſſimis. vide Contra tom. [v] 2.

[x] Decimum tertium: *Falſo accuſari Eccleſias Lutheranas, quod ſuſtulerint Miſſam.*

Contra: ſi de Miſſæ ſacrificio loquuntur, iure [y] accuſantur, ſi de diſtributione Cœnæ accuſantur à nullis.

[z] Decimum quartum: *doceri à nobis Chriſtum ſatisfeciſſe in cruce pro Originali peccato tantum: pro actualibus verò, Miſſam inſtituiſſe.*

Contra: nos omnes fatemur Sacrificium Crucis pro omnibus oblatum fuiſſe peccatis. Quare autem ſit inſtituta Miſſa, dictum eſt tom. [a] tertio.

[b] Decimum quintum: *ante Gregorium non extitit mentio priuata Miſſæ.* vide [c] tom. 3.

[d] Decimum ſextum, *Auguſtini tempore Monaſteria erant collegia libera.*

Contra Auguſtinus ipſe, [e] *Nemo poſitus in Monaſterio frater dicat: recedo à monaſterio, neque enim ſoli qui ſunt in monaſterio peruenturi ſunt ad regnum cælorum, & illi qui ibi non ſunt ad Deum pertinent. Reſpondetur ei: ſed illi non vouerunt: tu voluiſti.*

[g] Decimum ſeptimum: *nullos recipi ab Eccleſiæ Prælatis, niſi iurent ſe non docturos puram doctrinam.*

[h] Decimum octauum, *aſſerere Auguſtinum, remitti peccatum in Baptiſmo non vt non ſit: ſed vt non imputetur.*

Contra nuſquam id Auguſt. dixit: [i] ſed, *dimitti concupiſcentiam carnis in Baptiſmo: non vt non ſit, ſed in peccatum non imputetur.*

[k] Decimum 9. *nos aſſerere opera legis mereri iuſtificationem, excluſo Chriſto.*

[l] Vigeſimum: *Canoniſtas velle, Romanum Pontificem poſſe condere articulos fidei: deſtruere ſcripturas: inſtituere ſacrificia.*

[m] Vigeſimum primum: *nos approbaſſe artic.* 10.

[v] *lib.* 1. *de membris Eccleſiæ cap.* 19. *& ſeqq.*

[x] *articulo de Miſſa pag.* 25.

[y] *pag.* 279. *ex articulis Smalcaldicis: Curetur vt publicè hominibus oſtẽdatur, Miſſam vt rem commẽtitiam, ſeu humanum figmẽtum, poſſe ſine peccato omitti vide tom.* 3. *lib.* 5. *&* 6. *de Euchariſtia.*

[z] *pag.* 27. *articulo eodem.*

[a] *ſupr.*

[b] *pag.* 28 *art. eod.*

[c] *lib.* 6. *de Euchariſtia cap.* 9.

[d] *pag.* 34 *art. de votis Monaſticis.*

[e] *in Pſal.* 75.

[f] *ibidem.*

[g] *pag.* 45 *articulo de poteſtate Eccleſiaſtica.*

[h] *Melancth. ar.* 2. *pag.* 59. *Concord.* [i] 1. *de nuptiis & concupiſc.* 25.

[k] *pag.* 112. *in Apologia.*

[l] *pag.* 129. *in Apolog.* [m] *pag.* 136. *in Apologia.*

Digitized by Google

quibus hic hæreticus inuocationem improbat SS.

[x] Trigeſimum. *Ante Gregorium. 1. nullam inueniri memoriam Inuocationis SS.*

Trigeſimum primum, [y] *Monachos velle Matrimonium non placere Deo, niſi ob procreationem.*

Contra. Monachi agnoſcunt tria Matrimonij bona: fidem coniugalem: Prolem: Sacramentum.

Trigeſimum ſecundum: [z] *ante Iouinianum mundus non nouerat legem cœlibatus.*

[a] Trigeſimum tertium: *Nos aſſerere Sacramenti applicatione liberari animas à Purgatorio.* Sed malitioſe, quod de Sacrificio dicimus: ad Sacramentum detorquent.

[b] Trigeſimum quartum: *nulla extare teſtimonia antiquitatis Miſſæ pro defunctis.*

[x] *ibid. vide Contrarium tom. 2. lib. 1. de Eccleſia Triũph. cap. 19. & 20.*

[y] *pag. 200.*

[z] *in 4. diſt. 31.*

[a] *pag. 223. vide contra tom. 2. lib. 2. de membris Eccleſiæ cap. 22. & ſeqq.*

[b] *pag. 239.*

[c] *vide contra tom. 2. lib. 2. de Purgatorij circunſtãt. cap. 15. & tom. 3. lib. 6. de Euchariſt. cap. 7.*

FINIS OMNIVM
Controuerſiarum.

LAVS DEO, VIRGINIQVE MATRI.
Noſtro à me debitæ grates vniuerſo
Minimorum Ordini.

Eccleſiaſticæ cenſuræ quidquid ſcripſi
humiliter expando.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
TOMI QVARTI.

A.

Adam accepit gratiam gratum facientē in ſua creatione fol. 6. pagina 1. Non eguit auxilio ſpeciali ad bene operandū vel vitanda peccata ibid. p. 2.

Adam ac eius poſteri mori non potuiſſent, niſi ille peccaſſet f. 11. pag. 1.

Adami immortalitas, ſi non peccaſſet, ſupernaturalis erat. ib. pag. 2.

Adamum non potuiſſe peccare nonnulli affirmarunt, refelluntur. 42. 43.

Adam non fuit ſeductus. 47. *eius primum peccatum non potuit veniale eſſe ibid.* 48. *eius peccatū quomodo omniū grauiſſimum.* 49 *p.* 2.

Adam ſepultus fuit in Caluariæ monte. 51.

Amor finis primus an ſit neceſſarius. 144 *p.* 2.

Angelorum electio, & reprobatio. 132. 133.

De Animæ productione opiniones. 61. 62. *producitur à ſolo Deo.* 62. 63 *quomodo concupiſcentia dominetur.* 163 *p.* 1.

Antiphona, Salue Regina defenditur. 275.

Auguſtinus quomodo intelligendus cum ait aliquos non poſſe reſiſtere cupiditati cogenti. 120. *p.* 2.

Auxilium ſufficiens & efficax datur. 108. 109. *efficax. quid ſit.* 109. 110. *Negari quibuſdam nulla eſt iniquitas ex parte Dei.* 111. *p.* 1. *De Auxilio ſufficienti opiniones præuenit omnia deſideria, & inuocationem noſtram.* 113.

Auxilium gratiæ non omnibus æqualiter adeſt. 114.

Auxilium ſufficiens. quomodo omnibus datur. 116. 117. 118. *per auxiliū efficax, nõautē per ſufficiens fit diſcretio pij ab impio* 120.

Auxilium Dei generale ſufficit & requiritur ad actiones naturales, & ciuiles. 150. *ſufficit item ad aliquod verum morale cognoſcendum.* 158. 59.

Auxilium ſpeciale non requiritur ad aliquod bonum morale perficiendum ſi nulla tentatio vrgeat. 163. & *ſeqq.*

C.

C*Antus in officio Eccleſiaſtico recte adhibetur.* 275. 276.

Certitudo propria, iuſtificationis non habetur communiter. 217. & *ſeqq.*

Certitudo ſpei duplex eſt. 225. 226.

Certitudo propria prædeſtinationis refellitur. 226. & *ſeqq.*

Charitas eſt virtus creata, diſtincta à Spiritu ſancto. 107.

Cherubin cuſtodientia Paradiſum terreſtrem, quid ſint. 17.

Chriſtus quomodo in lumbis Abrahæ, alia ratione quam Levi. 63.p.1. *fuit gratis prædeſtinatus.* 125.p.2. *quare dicatur iuſtitia noſtra.* 213.p.1.

Concordiæ Lutheranorum vanitas 304. *Errores. ibid.* & 305. *Mendacia ibid.* & *ſeqq.*

Concupiſcentia quomodo ſit mala, & *tamen ex natura.* 8.p. 2. *quomodo ſpectet ad Originale peccatum.* 73.p 2 *non eſt proprie peccatum* 75. & *ſeqq ac* 84. *Quare iniquitas dicatur.* 82.p.1 *quare dicatur peccatum ibid.p.* 2. *quomodo comparetur ab Auguſt. cum cæcitate cordis.* 83 p.1. *quomodo eam Deus odio habeat.* 84.p. 2. *Non eſt praua qualitas nobis ſuperaddita in carne: quid proprie ſit.* 85. *eſt malum* & *vitium natura* 96.p.1.

Cōuerſio, quomodo fiat in momento. 188.p.2.

Cor carneū, & *lapideum, quid.* 73 p.1.

Culpa quælibet non eſt punienda qualibet pœna. 29.p.2.

D.

D*Efuncti cum ſolo originali peccato abſolute ſunt damnati.* 90.91. *non patiuntur pœnam ignis.* 92.93. *patiuntur dolorem internum quamuis mitiſſimum.* 94.95 *hic dolor, ſtrictè non habet rationem pœnæ. ibid, pag.* 2.

Deus non poteſt quemquam ſine malis meritis damnare. 29. *pag.*2.

Deum eſſe peccati authorem proprie, iuxta Zuinglium, Caluinum, & *Bezam probatur:* 31.32.33. *Deum ſolum peccare: ex eadem ſententia probatur.* 33.

Deum peccare non poſſe probatur. 34. & *ſeqq.*

Deus quomodo vtatur actionibus creaturarum malis. 37. *quomodo dicatur in ſcripturis peccatores excitare ad peccatū* 38 p.1. *quomodo dicatur obdurare. ibid.p* 2.

Deus non habet poſitiue, Velle aut Nolle circa peccata. 39.p.2.

nuſquam fruſtratur fine ſibi propoſito in creatione hominis. 40. p. 2. quomodo non ſit cauſa peccati: quamuis ſit cauſa actionis peccati. 41. Cur permiſerit Deus hominem tentari, quem caſurum ſciebat. 43.

Deum habere de omnibus curam æqualiter, quomodo ſit intelligendum. 114. quomodo velit omnes fieri ſaluos. 115. p. 1. Non eſſet iuſtus: ſi omnibus negaret auxilium ſufficiens ad ſalutem. ibid. p. 2. quid ſit, Deum reliquiſſe in præteritis generationibus, gentes ingredi vias ſuas. 119. p. 2.

Deus eſt liberi arbitrij. 145 146. 147. Quare Angelos & homines donauerit libero arbitrio. 147. 148.

Dei præſcientia non imponit neceſſitatem voluntati humanæ. 154. p. 2. Neque Dei voluntas. 155. & ſeqq. quibus tractatur de concordia diuinæ cooperatione cum libero arbitrio. quomodo Deus cognoſcat contingentia futura. 156 157.

Dies, quibus ieiunare non licet. 295.

Dilectionis partitio 183. p. 2. Non poteſt diligi Deus ſine auxilio gratiæ. 184.

Diuites quomodo obligantur ad eleemoſynam. 299.

Diuitiæ non ſunt Chriſtianis illicitæ. 301.

E.

Eden quid ſit. fol. 15. p. 1. Enoch, & Helias fuerunt tranſlati in Paradiſum terreſtrem. 15. p. 1. quare in hoc Paradiſo, potius quam alio in loco conſeruantur. 16.

Eleemoſyna quid ſit. 296. p. 2. partitio. 297. fructus. ibid. & 298. vnde ſumatur eius magnitudo. ibid. p. 2. extat præceptum diuinum de eleemoſyna facienda. 299 p. 1. quando ſit faciẽda. 300. quando ex malè partis fieri debet. ibid. p. 2. quis eam facere debeat. 302. p. 2.

Electi poſſunt mortaliter peccare. 25. Electio ad gloriam, non naſcitur ex non reprobatione. 130.

Euam leuius peccaſſe quam Adam probabilius eſt. 48.

Eua non credidit prohibitum fuiſſe fructum ligni ſcientiæ boni, & mali. 46. p. 2. ſi ſola peccaſſet, nec peccatum nec mors in nos tranſiuſſent. 65. p. 2.

Error hæreticorum de fide iuſtificante. 193. 194.

F.

Fidei myſteria nequeunt credi ſine auxilio ſpeciali. 179. & 180.

Fides iuſtificans, quid. 193. Non eſt tam notitia quam aſſen-

ſus. 195. eius obiectum non eſt ſpecialis miſericordia, ſed omnia reuelata à Deo. 195. & ſeqq.

Fides quomodo dicatur ὑπόστασις rerum ſperandarum Hebraeor. 11 fol. 197. p. 2 quomodo iuſtificet per pauores. 19 . p. 2. Non iuſtificat ſola per modum diſpoſitionis. 199 202. & ſeqq. eſt ſeparabilis à Charitate. 200. non eſt integra formalis cauſa iuſtificationis. 209. p. 1.

Fiducia in meritis quomodo collocari poſſit. 248. & ſeqq.

G.

GRatia, quid, eiuſque partitiones. 103. & fol. praecedenti. datur habitualis gratia gratum faciens 104.

Gratia & Charitas idem ſunt. 19 4. Quid operans, & cooperans. fol. 112. Ad gratiam praeuenientem tria ſpectant. 188. p. 2.

Gratia iuſtificationis non cadit ſub meritum, ſed gratiae augmentum. 26 1. 262.

H.

HAEretici qui Deum peccati authorem fecerint. 30. & 3 .

Hominem creari ad imaginem & ſimilitudinem Dei, quid ſit. 5. primum hominem factum eſſe in animam viuentem, & quid ſit. 6. p. 2. in homine ſunt conſiderãda quatuor Dei dona ibid.

Homo non fuit initio creatus, qualis nunc naſcitur. 5. & ſeqq.

Homo in puris naturalibus creatus fuiſſet, aequè ac nunc in propenſus. 10. p. 1.

Homo eligitur gratis ad efficacem gloriam, id eſt ſine praeuiſione meritorum. 128. 129.

Homo eſt liberi arbitrij in ciuilibus actionibus. 151. & ſeqq. in moralibus etiam, quamuis in ſtatu naturae corruptae. 168. & ſeqq. item in actionibus piis, & ſalutaribus. 185. & ſeqq. quomodo dicatur iuſtificari gratis. 204. p. 1.

I.

IAcob dilexi Eſaü odio habui Rom. 9. quomodo ſit intelligendum. 123

Ieiunij nomen, quadruplex ieiunium. 279. p. 1.

Ieiunium Eccleſiaſticum vnicam tantum requirit refectionem, eamque coenam. 279. 280. Ad id pertinet abſtinentia à certis cibis. 281. p. 2. eſt praeceptum in lege diuina. 282 obligat in conſcientia iuxta Eccleſiaſticam legem. 283. & ſeqq. qui excuſantur à ieiunio. 286. fructus ieiunij ibid. & ſeqq.

Ieiunium feriae quartae & ſextae. 291. 293.

Ieiunium Sabbathi. 293 ieiunii quatuor temporũ 293. 294.

Ieiunium Aduentus 294.p 2. *Vigiliarum ibid.*

Imago tripliciter dicitur. 72. p. 2.

In magna domo ſunt vaſa aurea,&c. 2. *Timoth.* 2 *quomodo ſit intelligendum.* 126.

Iuſtitiæ, & iuſtificationis varia acceptio. 191. 192.

Iuſtificationis cauſæ. 192. *formalis iuſtificationis cauſa.* 206. & *ſeqq. non eſt ipſa Dei iuſtitia eſſentialis.* 209. *Non conſtat ſola peccatorum remiſsione.* 210. *Neque imputatione iuſtitiæ Chriſti. ibid.* & *ſeqq.*

Iuſtitia, qua formaliter iuſtificamur eſt habitualis, 217.

Iuſtitia non eſt electorum ſolũ, & *habita ſemel amitti poteſt.* 228. 229.

Iuſtitia originalis donum fuit ſupernaturale 7. & *ſeqq.*

Iuſtitiæ originalis priuatio duo importat. 89.

Iuſtus non indiget ordinariè gratia excitante. 191.

Liberi arbitrij nomen, & *definitio.* 134.

Libertas ad liberum arbitrium neceſſaria. 135.

Liberum arbitrium non eſt poteſtas à ratione, & *voluntate diſtincta.* 138. 139. *Radix liberi arbitrij eſt in voluntate.* 139.

Liberum arbitrium eſt ſimpliciter potentia actiua. 140. *Non expetit niſi bona.* 142. & 143. *eſt præſentium , atque futurorum.* 143. 144. *quomodo ſit finis* & *mediorum.* 144. *Ad ſolam ſpectat intelligentem naturam.* 145.

Lignum ſcientiæ boni & *mali, quare ita vocabatur.* 17.

Lignum vitæ quid contuliſſet. 17. & 18.

Locuſtæ natura. 1.

Lutherana hæreſis omnium peſsima. 2 3.

Lutheranorum hæreſis ſignificatur per tubam quintam Apocalyp. 9. *fol.* 1. & *ſeqq.*

Lutheri verba ſuperbiæ plena. 2. p. 1.

L.

Legis, & *Euangelij diſcrimen hæreticorum refellitur.* 232. *vera diſcrimina dumtaxat.* 233.

Libertas Chriſtiana aduerſariorum refellitur. 234. *quæ ſit vera.* 235.

Libertinorum huius temporis errores. 30. 31.

M.

De B. Mariæ Conceptione. 66. & *ſeqq.*

ad Meritum requiritur liberum arbitrium. 251. & 252. *ſtatus gratiæ requiritur etiam f.* 253. *requiritur promiſſio Dei gratuita.* 255. 256.

Minimum eſſe in regno cælorum quid ſit. 27. 28.

Miſeria humanæ, quæ ſint pœnæ originalis peccati. 96.

N.

Naturæ viribus poteſt cognoſci Deum eſſe vnum. 148. 149 *quomodo his ſolis viribus nequeant impleri omnia præcepta.* 160. 161. *nequit tentatio vlla ſolis viribus naturæ ſuperari* 162. *non ſufficiunt ad præparationem gratiæ.* 182.

Naturale quadrifariam dicitur. 7. p. 1.

Contra naturam aliquid dupliciter dicitur. 10. p. 2.

Neceſsitas ſeptuplex. 178. p. 2.

O.

Obduratio, & obcæcatio mentis, quid. 38. p 2.

Officij diuini nomen, & definitio. 270. *partes, tempus. ibid.* & 271. *antiquitas & ratio.* 272. & *ſeqq. conditiones.* 277. 278. *qui ad illud obligētur.* 278. p. 2.

Operum neceſſitatem hæretici neoterici negant. 231. *probatur huiuſmodi neceſſitas* 235. & 236.

Opera iuſtorum ſunt meritoria. 237. & *ſeqq. item ſ.* 244. & *ſeqq. Non ſunt peccata: ſed verè iuſta.* 239. 240. *iuſtificant.* 241. & *ſeqq. poſſunt fieri intuitu mercedis æternæ* 250. *ſunt meritoria vitæ æternæ ex condigno.* 254. 255. *principaliter à Charitate pendent.* 257. p. 2. *remunerantur à Deo ſupra condignum* 256.

Oratio, quid. 261 p. 1. *neceſſitas orationis & vtilitas* p. 2.

Orationis Dominicæ ordo. fol. 263. *Exponitur.* 264. & *ſeqq.*

Orare eſt proprium rationalis creaturæ 268.

Orari poteſt pro certis hominibus. ibid.

Orationis conditiones. 269. & *ſeq.*

Originale peccatum eſſe probatur. 51. & *ſeqq. quomodo ſit voluntarium & quomodo trãſfundītur in poſteros.* 60. 64. 65. *quomodo non ſit à Deo.* 64. 65. *ſpectare ad filios fidelium negat Zuinglius: ſpectare tamen probatur.* 66. *tribus modis dici poteſt communicari poſteris.* 68. *ſolum tranſit in poſteros, non autem cætera peccata parētum* 69.

De originalis peccati natura variæ opiniones. 70. 73. 74. 85. 86. 87.

Originale peccatum non eſt ſubſtantia. 70. & 71. *Non eſt actuale.* 74 p. 1. *non eſt Concupiſcentia. ibid, & ſeqq. non eſt vnũ tantum in omnibus nimirum Adami peccatum nobis imputatum.* 86. *Quid ſit propriè.* 87. 88. *eius effectus iuxta hæreticos.* 97.

P.

Parabola talētorum Math. 25. *quomodo intelligenda.* 116.

Digitized by Google

Paradiſus quid ſignificet.13.p.1.

Paradiſus terreſtris corporalis erat. 12. quando creatus.ib.p 2. quomodo non fuerit inutiliter creatus.13.p 2.in quo ſit loco ſit⁹ 13. & 14 eius flumina, quæ.14. Adhuc ſupereſt.15.16.ſtãte innocentiæ ſtatu ibid. non defuiſſent animantia bruta.16.

Parentes primi amiſerunt fidem,quæ fuerit infidelitas eorum 46 quis eorum grauius peccauerit 48. 49. eorum pœna peccati. 49.50. eorum pœnitentia: ſunt ſaluati.50.& 51.

Paruuli baptizantur in remiſſionem originalis peccati. 56. ſuã iniquitatem propriam portãt.57

Peccatum quid, & quomodo differat à vitio. 22. p. 2. peccati partitiones. p. 2. peccati venialis variæ acceptionis. 23. p. 1. peccati mortalis & venialis diſcrimen.p.2. peccata omnia æqualia nõ ſunt.24.p. quid peccatũ,quid crimen.ibid.peccatum non ſit veniale per non imputationem. 25. p.2.veniale diſtinguitur natura à mortali.26.venialia multa quomodo damnare dicantur.29.peccatum veniale non habet malitiam infinitam nec eſt irremiſſibile aut puniri poteſt pœna mortali debita. 30. peccatum nihil eſſe iuxta Caluinum probatur. 33.p.2. peccatum primorum parentum quale fuerit. 44. 45.

Peccatum proprie dictum, bifariam ſumitur. 87. poſt actum peccati quid remaneat in anima. fol.88.p.2.

Pelagiani quid ſentiant de ſtatu humanæ naturæ in ſua prima conditione. 5. p.1. negabant peccatũ originale. 52.

Prædeſtinatio quid ſit.121.p.2.

Prædeſtinationis ordo in mente diuina.122.p.1.

Prædeſtinationis noſtræ nulla ratio, ſine cauſa aſsignari poteſt ex parte noſtra ibid. & ſeqq.

Q.

QVadrageſimæ origo. 289. 290.Varietas. ibid. & 291. Ratio 291.292.

R.

R*Eparatio poſt lapſum non cadit ſub meritum de condigno. 260.*

Reprobationis cauſa.130. & ſeqq.

Reprobationis ordo in mente diuina. 130.p.2.

Reprobationis duo ſunt actus. ibid. & fol.131.p.1.

S.

S*Ententiæ variæ de ſtatu defunctorum in originali peccato.89 p.2.*

Serpens qui Euam tentauit, quid fuit. 43.Eius maledictio,& ſemen fol. 50 p.1.

V.

V*Aſa in honorem, & in contumeliam facere quid ſit.* fol 37.

Vita æterna habetur ab adultis iure hæreditatis & mercedis. 259.

Voluntarium dupliciter dicitur. 168.

Voluntatis electio pendet neceſſario ab vltimo iudicio practicæ rationis. 138. *quomodo tamen libera* 140.

Voluntatis formale principium duplex, 142.

Voluntas dici poteſt à Deo inclinari quadrupliciter 153.

Voluntas humana non poteſt aliquid credere ad pietatem pertinens ſine auxilio gratiæ Dei. fol. 180.

Z.

Z*Vinglius negat peccatum Originale.* 52

FINIS.

Laus Deo Virginique Matri.

ANT
1461165

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IX C53